

# RITUALE ROMANUM

PAULI V PONTIFICIS MAXIMI

JUSSU EDITUM

ALIORUMQUE PONTIFICIUM

CURA RECOGNITUM

ATQUE AUCTORITATE  
SSMI D.N. PII PAPÆ XI

AD NORMAM  
CODIS JURIS CANONICI  
ACCOMMODATUM

EDITIO JUXTA TYPICAM VATICANAM

© Laudate Dominum



*Liturgical Editions*

DECRETUM  
**VATICANAM RITUALIS ROMANI**  
**EDITIONEM APPROBANS**



**H**ANC Ritualis Romani Vaticanam editionem, diligenter revisam, emendatam et auctam ad normam Codis Juris Canonici, Rubricarum Missalis Romani atque Decretorum Apostilicæ Sedis, Sanctissimus Dominus noster Pius Papa XI, referente infrascripto Cardinali Sacræ Rituum Congregationi Præfecto, ratam habuit et approbavit, atque uti typicam habendam esse decrevit, cui futuræ editiones ejusdem Ritualis Romani conformandæ erunt.

Contrariis non obstantibus quibuscumque.

Die 10 Junii 1925.

† A. CARD. VICO  
EPISC. PORTUENSIS ET S. RUFINÆ  
S.R.C. Præfектus

L † S

ALEXANDER VERDE, Secretarius.

PAULI PAPÆ V  
CONSTITUTIO APOSTOLICA  
DE RITUALIS ROMANI EDITIONE

---

PAULUS PAPA V

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

**A**POSTOLICÆ Sedi per abundantiam Divinæ gratiæ, nullis suffragantibus meritis, præpositi, Nostræ sollicitudinis esse intelligimus, super universam Domum Dei ita invigilando intendere, ut opportunis in dies magis rationibus provideatur, quo, sicut admonet Apostolus, omnia in ea honeste et secundum ordine fiant, præcipue vero quæ pertinent ad Ecclesiæ Dei Sacramentorum administrationem, in qua religiose observari Apostolicis traditionibus et Ss. Patrum decretis constitutos ritus et cæremonias pro Nostri Officii debito curare omnino tenemur. Quamobrem fel. rec. Pius Papa V Prædecessor Noster, hujus Nostri tunc Sui officii memor, ad restituendam sacrorum rituum observationem in sacrosancto Missæ sacrificio, divinoque Officio, et simul ut Catholica Ecclesia in fidei unitate, ac sub uno visibili capite B. Petri successore Romano Pontifice congregata, unum psallendi et orandi ordinem, quantum cum Domino poterit, teneret, Breviarium primum, et deinde Missale Romanum, multo studio et diligentia elaborata, pastorali providentia edenda censuit. Cujus vestigia eodem sapientiae spiritu secutus similis memoriae Clemens Papa VIII etiam prædecessor Noster, non solum Episcopis et inferioribus Ecclesiæ Prælatis accurate restitutum Pontificale dedit, sed etiam complures alias in Cathedralibus et inferioribus Ecclesiis cæremonias promulgato Cæremoniali ordinavit.

His ita constitutis, restabat, ut uno etiam volumine comprehensi, sacri et sinceri Catholicæ Ecclesiæ ritus, qui in Sacramentorum administratione, aliisque ecclesiasticis functionibus servari debent ab iis, qui curam animarum gerunt, Apostolicæ Sedis auctoritate prodirent, ad cujus voluminis præscriptum, in tanta Ritualium multitudine, sua illi ministeria tamquam ad publicam et obsignatam normam peragerent, unoque ac fideli ductu inoffenso pede ambularent cum consensu. Quod sane jampridem agitatum negotium postquam Generalium Conciliorum graece latineque divina gratia editorum opus morari divisit, sollicite ugere Nostri munera esse existimavimus. Ut autem recte et ordine, ut par erat, res agretur, nonnullis ex Venerabilibus Fratribus Nostris S.R.E. Cardinalibus pietate, doctrina et prudentia praestantibus, eam demandavimus, qui cum consilio eruditorum virorum, variisque præsertim antiquis, et, quæ circumferuntur, Ritualibus consulti, eoque in primis, quod vir singulari pietatis zelo et doctrina bonæ memoriæ Julius Antonius S.R.E. Cardinalis S. Severinæ nuncupatus, longo studio, multaque industria et labore plenissimum composuerat, rebusque omnibus mature consideratis, demum divina aspirante clementia, quanta oportuit brevitate, Rituale confecerunt. In quo cum receptos et approbatos Catholicæ Ecclesiæ ritus suo ordine digestos conspexerimus, illud sub nomine Ritualis Romani merito edendum publico Ecclesiæ Dei bono judicavimus. Quapropter hortamus in Domino Venerabiles Fratres Patriarchas, Archiepiscopos, Episcopos, et dilectos Filios eorum Vicarios, nec non Abbates, Parochos universos, ubique locorum existentes, et alios ad quos spectat, ut in posterum tamquam Ecclesiæ Romanæ filii, ejusdem Ecclesiæ omnium matris et magistræ auctoritate constituto Rituali in sacris functionibus utantur, et in re tanti momenti, quæ Catholicæ Ecclesia, et ab ea probatus usus antiquitatis statuit, inviolate observent.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Anul Piscatoris, die XVII Junii MDCXIV, Pontificatus Nostri Anno X.      **S. COBELLUTIUS.**

# RITUALE ROMANUM

## TITULUS I

### CAPUT UNICUM

#### DE IIS QUÆ IN ILLUSTRATIONE SACRAMENTORUM GENERALITER SERVANDA SUNT

**U**t, ea quæ ex antiquis catholicae Ecclesiæ institutis, et sacrorum Canonum, Summorumque Pontificium Decretis, de Sacramentorum ritibus ac cæremoniis hoc libro præscribuntur, qua pars est diligentia ac religione custodiantur, et ubique fideliter observentur; illud ante omnia scire, et observare convenit, quod Sacrosancta Tridentina Synodus, Sess. VII, Can. XIII, de iis ritibus decrevit in hæc verba:

2. "Si quis dixerit, receptos et approbatos Ecclesiæ Catholicæ ritus in solemnni Sacramentorum administratione adhiberi consuetos, aut contemni, aut sine peccato a Ministris pro libito omitti, aut in novoxs alios per quemcumque Ecclesiarum Pastorem mutari posse: anathema sit."

3. Cum igitur in Ecclesia Dei nihil sanctius, aut utilius, nihilque excellentius, aut magis divinum habeatur, quam Sacraenta ad humani generis salutem a Christo Domino instituta, Parochus, vel quisvis alias Sacerdos, ad quem eorum administratio pertinet, meminisse in primis debet, se sancta tractare, atque omni fere temporis momento ad tam sanctæ administrationis officium paratum esse oportere.

4. Quamobrem illud perpetuo curabit, ut integre, caste, pieque vitam agat; nam etsi Sacraenta ab impuris coinquari non possint, neque a pravis Ministris eorum effectus impediri: impure tamen et indigne ea Ministrantes, in æternæ mortis reatum incurront. Sacerdos ergo si sit peccati mortalitatis sibi conscientius (quod absit), ad Sacramentorum administrationem ne audeat accedere, nisi prius corde poeniteat; sed si habeat copiam Confessarii, et temporis locisque ratio ferat, convenit confiteri.

5. Quæcumquæ diei ac noctis hora ad Sacraenta ministranda vocabitur, nullam officio suo præstanto (præsertim si necessitas urgeat) moram interponat. Ac propterea populum sæpe, prout sese offeret occasio, præmonebit, ut, cum sacro ministerio opus erit, se quamprimum advocet, nulla temporis, aut cujuscumue incommodi habita ratione.

6. Ipse vero antequam ad hujusmodi administrationem accedat, paululum, si opportunitas dabitur, orationi et sacræ rei, quam acturus est, meditationi vacabit, atque ordinem ministrandi, et cæremoniæ pro temporis spatio prævidebit et perleget.

7. In omni Sacramentorum administratione superpelliceo sit indutus, et desuper stola ejus coloris, quem Sacramenti ritus exposcit; nisi in Sacramento Pœnitentiæ ministrando occasio, vel consuetudo, vel locus interdum aliter suadeat.

8. Adhibebit quoque unum saltem, si habeat, vel plures Clericos, prout loci et Sacramenti ratio postulabit, decenti habitu, et superpelliceo pariter indutos.

9. Curabit etiam, ut sacra supplex, vestes, ornamenta, linteamina, et vasa ministerii integræ, nitidaque sint et munda.

## Titulus I—Caput unicum

10. In Sacmentorum administratione eorum virtutem, usum, ac utilitatem, et cæremoniarum significaciones, ut Concilium Tridentinum præcipit, ex Sanctorum Patrum et Catechismi Romani doctrina, ubi commode fieri potest, diligenter explicabit.

11. Dum Sacmentum aliquod ministrat, singula verba, quæ ad illius formam et ministerium pertinent, attente, distinete, et pie, atque clara voce pronuntiabit. Similiter et alias orationes et preces devote ac religiose dicet; nec memoriæ, quæ plerumque labitur, facile confidet, sed omnia recitat ex libro.

Reliquas præterea cæremonias ac ritus ita decenter, gravique actione peraget, ut adstantes ad cælestium rerum cogitationem erigat, et attentos reddat.

12. Administrandum procedens, rei, quam trataturus est, intentus sit, nec de iis, quæ ad ipsam non pertinent, quidquam cum alio colloquatur; in ipsaque administratione actualem attentionem habere studeat, vel saltem virtualem, cum intentione faciendi, quod in eo facit Ecclesia.

13. Illud porro diligenter caveat, ne in Sacmentorum administrationem aliiquid, quavis de causa vel occasione, directe vel indirecte, exigat, aut petat; sed ea gratis ministret, et ab omni simoniæ, atque avaritiæ suspicione, nedum crimine, longissime absit. Si quid vero nomine eleemosynæ, aut devotionis studio, peracto jam Sacramento, sponte a fidelibus offeratur, id licite pro consuetudine locorum accipere poterit, nisi aliter Episcopo videatur. Licet tamen exigere aut petere oblationes seu taxas quae a Concilio provinciali aut a conventu Episcoporum provinciæ fuerint præfinitæ et ab Apostolica Sede approbatæ. Gratitum vero ministerium ne deneget Parochus iis qui solvendo pares non sunt.

14. Vetitum est Sacmenta Ecclesiæ ministrare hæreticis aut schismaticis, etiam bona fide errantibus eaque patentibus nisi prius, erroribus rejectis, Ecclesiæ reconciliati fuerint.

15. Omnes autem, qui Sacmenta suscipiunt, loco et tempore opportuno monebit, ut, remoto inani colloquio, et habitu actaque indecenti, pie ac devote Sacmentis intersint, et ea, qui par est, reverentia suscipiant.

16. Librum hunc Ritualem (ubi opus erit) semper cum ministrabit, secum habebit, ritusque et cæremonias in eo præscriptas diligenter servabit.

17. Ceterum illorum tantum Sacmentorum, quorum administratio ad Parochos pertinet, ritus hoc opere præscribuntur, cuiusmodi sunt Baptismus, Pœnitentia, Eucharistia, Extrema Unctio, et Matrimonium. Reliqua vero duo Sacmenta, Confirmationis et Ordinis, cum propria sint Episcoporum, ritus suos habent in Pontificali præscriptos. Et ea, quæ de iis, atque aliis Sacmentis scire, servare, et docere Parochi debent, cum ex aliis libris, tum præcipue ex Catechismo Romano et Codice Juris Canonici summi possunt. Siquidem hic de iis fere tantum agere instituti operis ratio postulat, quae ad ipsorum quinque Sacmentorum ritus pertinent.

18. Postremo quisquis Sacmenta administrare tenetur, habeat libros necessarios ad officium suum pertinentes, eosque præsertim, in quibus variarum parochialium functionum notæ ad futuram rei memoriam describuntur, ut ad finem hujus Ritualis habetur.

# TITULUS II

## CAPUT 1

### DE SACRAMENTO BAPTISMI RITE ADMINISTRANDO

**S**acrum Baptisma, christianæ religionis et æternæ vitæ janua, quod inter alia novæ Legis Sacra-menta a Christo instituta primum tenet locum, omnibus in re vel saltem in voto necessarium esse ad salutem, ipsa veritas testatur illis verbis: "Nisi quis renatus fuerit ex aqua et Spiritu Sancto, non potest introire in regnum Dei" (Joann. 3, 5). Itaque summa ad illud opportune, riteque administrandum ac suscipiendum diligentia adhibenda est.

2. Cum autem ad hoc Sacramentum conferendum alia sint de jure divino absolute necessaria, ut materia, forma, minister; alia ad illius solemnitatem pertineant, ut ritus, ac cæremoniæ, quas ex Apostolica et antiquissima traditione acceptas et approbatas, nisi necessitatis causa, omittere non licet; de iis aliqua præmonenda sunt, ut sacram hoc ministerium rite et sancte peragatur.

3. Cum Baptismus ministratur servatis omnibus ritibus et cæremoniis quæ in hoc Rituali libro præcipiuntur, appellatur "solemnis"; secus "non solemnis" seu "privatus".

#### DE MATERIA BAPTISMI

4. Primum, intelligat Parochus, cum hujus Sacramenti materia sit aqua ac naturalis, nullam alium liquorem ad id adhiberi posse.

5. Aqua vero solemnis Baptismi sit eo anno benedicta in pervigilio Paschatis vel Pentecostes, quæ in fonte mundo nitida et pura diligenter conservetur; et hæc, quando nova benedicenda est, in ecclesiæ, vel potius Baptisterii sacrarium effundatur.

6. Si aqua benedicta in Baptisterio adeo sit imminuta, ut minus videatur sufficere, alia non benedicta admisceatur, etiam iterato, minore tamen copia. Si vero corrupta fuerit, aut effluxerit, aut quovis modo defecerit, Parochus in fontem bene mundatum ac nitidum, recentem aquam infundat, eamque benedicat ex formula, quæ infra præscribitur.

7. Sed si aqua conglaciata sit, curetur, ut liquefiat: sin autem ex parte congelata sit, aut nimium frigida, poterit parum aquæ naturalis non benedictæ calefacere, et admiscere aqua baptismali in vasculo ad id parato, et ea tapefacta ad baptizandum uti, ne noceat infantulo.

#### DE FORMA BAPTISMI

8. Quoniam Baptismi forma his verbis expressa: *Ego te baptizo in nōmine Patris, et Fílii, et Spíritus Sancti*, omnino necessaria est; ideo eam nullo modo licet mutare, sed eadem verba uno et eodem tempore, qui fit ablutio, pronuntianda sunt.

9. Latinus Presbyter latina forma semper utatur. Cum Baptismum absolute iterare nullo modo liceat, si quis sub conditione (de quo infra) sit baptizandus, ea conditio explicanda est hoc modo: *Si non es baptizatus, ego te baptizo in nomine Patris*, etc. Hac tamen conditionali forma non pas-sim aut leviter uti licet, sed prudenter; et ubi, re diligenter pervestigata, prudens dubium existat, num revera vel num valide Sacramentum Baptismi collatum fuerit.

10. Licet Baptismus conferri valide possit aut per infusionem aquæ, aut per immersionem, aut per aspersionem; primus tamen, vel secundus modus, aut mixtus ex utroque, qui magis sit in usu, pro Ecclesiarum consuetudine retineatur; ita ut trina ablutione caput baptizandi perfundatur, vel im-mergatur in modum crucis uno et eodem tempore, quo verba proferuntur, et idem sit aquam ad-hibens et verba pronuntians.

### De sacramento Baptismi rite administrando

11. Ubi vero Baptismus fit per infusionem aquæ, cavendum est, ne aqua ex infantis capite in fontem extractum defluat, aut in aliquo vase ad hunc usum parato recepta, in ipsius Baptisterii, vel in ecclesiæ sacrarium effundatur.

### **DE MINISTRO BAPTISMI**

12. Minister ordinarius Baptismi solemnis est Sacerdos; sed ejus collato reservatur Parocho vel alii Sacerdotii de ejusdem Parochi vel Ordinarii loci licentia, quæ in casu necessitatis legitime præsumitur.

Etiam peregrinus a arocho proprio in sua Parœcia solemniter baptizetur, si id facile et sine mora fine potest; secus peregrinum quilibet Parochus in suo territorio potest solemniter baptizare.

13. In alieno territorio nemini licet, sine debita licentia, Baptismum solemnem conferre ne sui quidem loci incolis.

14. Ubi Parœciæ aut quasi-parœciæ nondum suntconstitutæ, statutorum peculiarium et receptarum consuetudinum ratio habenda est, ut constet cuinam Sacerdoti, præter Ordinarium, in universo territorio vel in ejus parte jus insit baptizandi.

15. Extraordinarius Baptismi solemnis minister est Diaconus; qui tamen sua potestate ne utatur sine loci Ordinarii vel Parochi licentia, juste de causa concedenda, quæ ubi necessitas urgeat, legitime præsumitur.

16. Baptismus non solemnis, in mortis periculo, potest a quovis ministrari, servata debita materia, forma et intentione; quatenus vere fieri potest, adhibeantur duo testes vel saltem unus, quibus baptismi collatio probari possit.

Si tamen adsit Sacerdos, Diacono præferatur, Diaconus, Subdiacono, Clericus laico et vir feminæ, nisi pudoris gratia deceat feminam potius quam virum baptizare, vel nisi femina noverit melius formam et modum baptizandi.

Patri aut matri suam prolem baptizare non licet, præterquam in mortis periculo, quando aliis præsto non est, qui baptizet.

17. Curet Parochus ut fideles, præsertim obstetrices, medici et chiurgi, rectum baptizandi modum pro casu necessitatis probe ediscant.

18. Adulorum Baptismus, ubi commode fieri possit, ad loci Ordinarium deferatur, ut, si voluerit, ab eo vel ab ejus delegato solemnius conferatur.

### **DE BAPTIZANDIS PARVULIS**

19. Cum agitur de Baptismo:

1º Parvulorum seu infantium nomine veniunt, qui nondum rationis usum adepti sunt, eisdemque accensentur amentes ab infantia, in quavis ætate constituti;

2º Adulti autem censemur, qui rationis usu fruuntur; idque satis est ut suo quisque animi motu Baptismum petat et ad illum admittatur.

20. nemo in utero matris clausus baptizetur, donec probabilis spes sit ut rite editus baptizari possit. Si infans caput emiserit et periculum mortis immineat, baptizetur in capite; nec postea, si vivus evaserit, est iterum sub conditione baptizandus.

Si illud membrum emiserit, in illo, si periculum immineat, baptizetur sub conditione; at tunc si natus si vixerit, est rursus sub conditione baptizandus.

Si mater prægnans mortua fuerit, fetus ab iis ad quos spectat extractus, si certo vivat, baptizetur absolute; si dubie, sub conditione.

Fetus in utero baptizatus, post autem denuo sub conditione baptizari debet.

### De sacramento Baptismi rite administrando

21. Currandum ut omnes fetus, abortivi, quovis tempore editi, si certo vivant, baptizentur absolute; si dubie, sub conditione.
22. Monstra et ostenta semper baptizentur saltem sub conditione: **Si tu es homo, ego te baptizo, etc.** in dubio autem unusne an plures sint homines. Unus absolute baptizetur. ceteri sub conditione: **Si non es baptizatus, ego te baptizo, etc.**
23. Infantes expositi et inventi nisi, re diligenter investigata, de eorum Baptismo constet, sub conditione baptizentur.
24. Infans infidelium, etiam invitis parentibus, licite baptizatur, cum in eo versatur vitae discriminae, ut prudenter prævideatur moriturus, ante usum rationis attingat.  
Extra mortis periculum, dummodo catholicae ejus educationi cautum sit, licite baptizatur:  
1º Si parentes vel tutores, aut saltem unus eorum, consentiant;  
2º Si parentes, idest pater, mater, avus, avia, vel tutores desint, aut jus in eum amiserint, vel illud exercere nullo pacto queant.
25. Circa Baptismum infantium duorum hæreticorum aut schismaticorum, aut duorum catholicorum qui in apostasiam vel hæresiam vel schisma prolapsi sint, generatim serventur normæ in superiori rubrica constitutæ.

### **DE RITIBUS ET CÆREMONIIS BAPTISMI**

26. Baptismus solemniter conferatur, salvo præscripto rubr. num 28.  
Loci Ordinarius potest, gravi et rationabili de causa, indulgere ut caeremoniæ præscriptæ pro Baptismo infantium adhibeantur in Baptismo adulorum.
27. Proles ritu parentum baptizari debet  
Si aliter parentum pertineat ad ritum latinum, alter ad orientalem, proles ritu patris baptizetur, nisi aliud jure speciali cautum sit.  
Si unus tantum catholicus, proles hujus ritu baptizanda est.
28. In mortis periculo Baptismum privatum conferre licet; et, si conferatur a ministro qui nec Sacerdos sit nec Diaconus, ea tantum ponantur, quæ sunt ad Baptismi validitatem necessaria; si a Sacerdote vel Diacono, serventur quoque, si tempus adsit, cæremoniæ quæ Baptismum sequuntur.  
Extra mortis periculum Baptismum privatum loci Ordinarius permittere nequit, nisi agatur de hæreticis qui in adulta aetate sub conditione baptizentur.  
Cæremoniæ autem quæ in Baptismi collatione prætermissæ quavis ratione fuerint, quamprimum in ecclesia suppleantur, nisi agatur de hæreticis qui in adulta ætate sub conditione privatum baptizati fuerint ex Ordinarii loci licentia, ut supra
29. Cum Baptismus sub conditione iteratur, cæremoniæ, si quidem in priore Baptismo omissæ fuerunt, suppleantur, salvo præscripto rubr. num. 28; sin autem in priore Baptismo adhibitæ sunt, repeti in altero aut omitti possunt.
30. Curent Parochi ut ei qui baptizatur, christianum imponatur nomen; quod si id consequi non poterunt, nomini a parentibus imposito addant nomen alicujus Sancti et in libro baptizatorum utrumque nomen presribant.

### **DE PATRINIS**

31. Ex vetustissimo Ecclesiæ more nemo solemniter baptizetur nisi suum habeat, quatenus fieri possit, patrinum.  
Etiam in Baptismo privato patrinus, si facile haberi queat, adhibeatur; si non interfuerit, adhibeatur in supplendis Baptismi cæremoniis, sed hoc in casu nullam contrahit spiritualem cognationem.

### De sacramento Baptismi rite administrando

32. Cum Baptismus iteratur sub conditione, idem patrinus, quatenus fieri possit, adhibeat, qui in priore Baptismo forte adfuit; extra hunc casum in Baptismo conditionato patrinus non est necessarius.

Iterato Baptismo sub conditione, neque partrinus qui priori Baptismo adfuit, neque posteriori, cognitionem spiritualem contrahit, nisi idem patrinus in utroque Baptismo adhibitus fuerit.

33. Patrinus unus tantum, licet diversi sexus a baptizando, vel ad summum unus et una adhibeantur.

34. Ut quis sit patrinus oportet:

1º Sit baptizatus, rationis usum assecutus et intentionem habeat id munus gerendi;

2º Ad nullam pertineat haereticam aut schismaticam sectam, nec sententia condemnatoria sit excommunicatus aut infamis infamia juris aut exclusus ab actibus legitimis, nec sit clericus depositus vel degregatus;

3º Nec sit pater vel mater vel conjux baptizandi;

4º Ab ipso baptizando ejusve parentibus vel tutoribus aut, his deficientibus, a ministro sit designatus;

5º Baptizandum in actu Baptismi per se vel procuratorum physice teneat aut tangat vel statim levet seu suscipiat de sacro fonte aut de manibus baptizantis.

35. Ut autem quis licite patrinus admittatur, oportet:

1º Decimum quartum suae ætatis annum attigerit, nisi aliud justa de causa de ministro videatur;

2º Non sit propter notorium delictum excommunicatus vel exclusus ab actibus legitimis vel infamis infamia juris, quin tamen sententia intercesserit, nec sit interdictus aut alias publice criminosus vel infamis infamia facti;

3º Fidei rudimenta noverit;

4º In nulla religione sit novitius vel professus, nisi necessitas urgeat et expressa habeatur venia Superioris saltem localis;

5º In sacris ordinibus non sit constitutus, nisi accedat expressa Ordinarii proprii licentia.

36. In dubio utrum quis valide vel licite admitti possit, necne, ad patrini munus, parochus, si tempus suppetat, consulat Ordinarium.

37. Ex Baptismo spiritualem cognitionem contrahunt tantum baptizato baptizans et patrinus.

38. Patrinorum est, ex suscepto munere spiritualem filium perpetuo sibi commendatum habere, atque in iis quae ad christianæ vitæ institutionem spectant, curare diligenter ut ille talem in tota vita se præbeat, qualem futuram esse solemni cæremonia spoponderunt.

### **DE TEMPORE ET LOCO BAPTISMI CONFERENDI**

39. Infantes quamprimum baptizentur; et Parochi ac concionatores frequenter fideles de hac gravi eorum obligatione commoneant.

40. Baptismus privatus urgente necessitate, quovis tempore et loco administrandus est.

41. Etiam solemnis Baptismus qualibet die administrari potest; decet tamen adulorum Baptismum, secundum antiquissimum Ecclesiæ ritum, conferri, si fieri commode queat, in pervigilio Paschatis et Pentecostes, præcipue in metropolitanis aut cathedralibus ecclesiis.

42. Proprius Baptismi solemnis administradni locus est Baptisterium in ecclesia vel in oratorio pubblico.

### De sacramento Baptismi rite administrando

43. Quaelibet Parœcialis ecclesia, revocato ac reprobato quovis contrario statuto vel privilegio vel consuetudine, baptismalem habeat fontem, salvo legitmo jure cumulativo aliis ecclesiis jam quæsito.

Loci Ordinarius potest pro fidelium commoiditate permittere vel jubere ut fons baptismalis ponatur etiam in alia ecclesia vel publico oratorio intra parœciæ fines.

44. Si ad ecclesiam parœcialiam, aut ad aliam quæ jure fontis gaudeat, baptizandus, propter locorum distantiam aliave adjuncta, sine gravi incommodo aut periculo, accedere aut transferri nequeat, Baptismus solemnis a Parocho conferri potest et debet in proxima ecclesia aut oratorio publico intra parœciæ fines, licet hæc baptismali fonte careant.

45. In domibus autem privatis Baptismus solemnis administrari non debet, nisi hisce in adjunctis:  
1º Si baptizandi sint filii aut nepotes eorum qui supremum actu tenent populorum principatum vel jus habent succendi in thronum, quoties isit id rite poposcerint;

2º Si loci Ordinarius, pro suo prudenti arbitrio et consentia, justa ac rationabili de causa, in casu aliquo extraordinario id concedendum consuerit.

In memoratis casibus Baptismus conferendus est in sacello domus aut saltem in alto decenti loco, et aqua baptismali de more benedicta.

46. Baptisterium sit decenti loco et forma, materique solida, et quæ aquam bene contineat, decenter ornatum, et cancellis circumseptum, sera et clave munitum, atque ita obseratum, ut pulvis, vel aliæ sordes intro non penetrant, in eoque, ubi commode fieri potest, depingatur seu collocetur imago sancti Joannis Christum baptizantis.

### **DE SACRIS OLEIS, ET ALIIS REQUISITIS**

47. Sacrum Chrisma, et sanctum Oleum, quod et Catechumenorum dicitur, quorum usus est in Baptismo, debent esse ab Episcopo benedicta Feria V in Cœna Domini proxime superiore; neque adhibeantur vetera, nisi necessitas urgeat.

48. Curet Parochus, ut ea suo tempore quamprimum habeat a suo Ordinario, et tunc vetera in ecclesia comburat.

49. Mox deficiente Oleo benedicto aliud Oleum de olivis non benedictum adjiciatur, etiam iterato, minore tamen copia.

50. Chrisma, et Oleum sacrum sit in suis vasculis argenteis aut saltem stanneis, bene obturatis: quæ vascula sint inter se distincta et proprium unumquodque inscriptionem habeat, majusculis litteris incisam, ne quis error commitatur.

51. Ad usum vero quotidianum minora habeantur vascula ex argento, si fieri potest, aut stanno, sive separata, sive etiam conjuncta: apte tamen distincta, et bene cooperta, et cum suis inscriptionibus, ut supra, ne Parochus aberret, et unum pro altero sumat, quod cavere debet diligenter.

52. In ea igitur ex majoribus vasculis Chrismatis et Olei, quod sufficiat, infundatur, atque ut effusionis periculum caveatur, commodum erit, in his vasculis bombacum, seu quid simile habere, Oleo sacro, et Chrismate separatim perfusum, in quo pollex, cum opus est, ad ingendum immittatur.

53. Hæc vascula ita paratur in ecclesia, loco proprio, honesto, ac mundo, sub clave, ac custodia decenter asserventur, ne ab aliquo, nisi a Sacerdote, temere tangantur, aut eis sacrilege quisquam abluti possit; nec ea domi Parochus retineat, nisi propter necessitatem aliamve rationabilem causam, accidente Ordinarii licentia.

54. Parochus, quantum fieri potest, curet, ne per laicos, sed per se, vel aliam Sacerdotem, vel

## De sacramento Baptismi rite administrando

saltem per alium Ecclesiæ ministrum hæc Olea deferantur: caveat item, ne de iis quidquam ulli umquamtribuat cuiusvis rei praetextu.

55. Sal, quod in os baptizandi immittendum est, sit benedictum sua peculiari benedictione, quæ infra præscribitur; neque utatur sale exorcizato ad benedicendam aquam; sitque prius bene confractum et attritum, siccum ac mundum. Sal ita benedictum nemini tradatur, neque etiam iis, qui benedicendum attulerint, reddatur, sed ad alias baptizandos servetur, aut sacrarium abjiciatur.

56. Cum igitur Baptismi Sacramentum jam administrandum est, hæc in promptu esse debent:

57. Vascula sacra Olei catechumenorum, et Chrismatis.

58. Vasculum cum sale benedicendo, vel jam, ut dictum est, benedicto.

59. Vasculum, seu cochleare ex argento, vel alio metallo nitidum, ad aquam Baptismi fundendam super caput baptizandi, quod nulli præterea alii usui deserviat.

60. Pelvis, seu bacile ad excipiendam aquam ex capite defluentem, nisi statim in sacrarium defluat.

61. Gossipium, alio nomine bombacium, seu quid simile, ad abstergenda loca sacris Oleis inuncta.

62. Stolæ duæ, ubi commode haberi possunt, una violacea, et altera alba, ut infra notatur, mutanda; sin minus, una saltem adhibeatur.

63. Medulla panis, qua inuncti Sacerdotis digitæ, cum manus lavat, abstergantur; et vas pro manum lotione post Baptismum, quod huic tantumusui deservire decet.

64. Alba vestis in modum pallioli, seu linteolum candidum, infantis capiti imponendum.

65. Cereus, seu candela cerea, baptizato ardens tradenda.

66. Hic denique Ritualis liber sit paratus; et item liber Baptismalis, in quo baptizati describuntur.

67. Omnibus igitur opportune præparatis, Sacerdos ad tanti Sacramenti administrationem, lotis manibus, superpelliceo et stola violacea indutus, accedat: Clericum unum, seu plures, si potest, secum adhibeat, superpelliceo pariter indutos, qui sibi ministrent.

68. Ita paratus accedat ad limen ecclesiæ, ubi foris expectant qui infantem detulerunt.

69. Interroget (nisi de his bene sibi constet), an sit suæ parœciæ , masculus, an femina, an sit domi baptizatus, et a quo, et quam rite, et qui sint compatres, qui infantem tenant, pro eoque respondant: quos pie ac decenter assistere, ac prout opus erit, pro baptizando ad interrogationes respondere admoneat.

70. Et quoniam iis qui baptizantur, tamquam Dei filius in Christo regenerandis, et in ejus militiam adscribendis, nomen imponnitur, curet ne obscoena, fabulosa, aut redicula, vel inanum deorum, vel impiorum ethnicorum hominum nomina imponantur, sed potius, quatenus fieri potest, Sanctorum, quorum exemplis fideles ad pie vivendum excitentur, et patrociniis protegantur.

71. His igitur expeditis, et accepto nomine baptizandi, positi, si infans fuerit, super brachium dexterum illius, qui eum defert, Parochus ad Baptismum procedat, in hunc modum nominatum interrogans.

## CAPUT 2

### ORDO BAPTISMI PARVULORUM

Sacerdos interrogat infantem (si plures sint baptizandi singulariter singulos):

N. Quid petis ab Ecclésia Dei?

Patrinus respondet: Fidem.

Sacerdos: Fides, quid tibi præstat?

Patrinus respondet: Vitam ætérnam.

2. Sacerdos (etiam singulariter singulis):

Si ígitur vis ad vitam íngredi, serva mandáta. Díliges Dóminum Deum tuum ex toto corde tuo, et ex tota ánima tua, et ex tota mente tua, et próximo tuum sicut teípsum.

3. Deinde ter exsufflat leniter in faciem infantis, et dicit semel (singulariter singulis):

Exi ab eo (ea), immúnde spíritus, et da locum Spirítui Sancto Paráclito.

4. Postea pollice facit signum Crucis in fronte, et in pectore infantis, dicens (singulariter singulis):

Accipe signum Crucis tam infron ✕ te, quam in cor ✕ de, sume fidem cælestium præceptórum: et talis esto móribus, ut templum Dei jam esse possis.

#### Pro uno vel una

Orémus

P reces nostras, quæsumus, Dómine, cleménter exáudi: et hunc eléctum tuum N. (hanc eléctam tuam N.), Crucis Domínicæ impressióne signátum(-am), perpétua virtúte custódi: ut, magnitúdinis gloriæ tuæ rudiménta servans, per custódiam mandatórum tuórum ad regeneratiónis glóriam pervenire mereátur. Per Christum Dóminum nostrum. Rx. Amen.

Oratio

#### Pro pluribus

Oratio

Orémus

P reces nostras, quæsumus, Dómine, cleménter exáudi: et hos eléctos tuos N. (si feminæ tantumadsint has eléctas tuas N.) crucis Domínicæ impressione signatos (signatas) perpétua virtúte custódi: ut magnitúdinis gloriæ tuæ rudiménta servans, per custódiam mandatórum tuórum ad regeneratiónis glóriam pervenire mereántur. Per Christum Dóminum nostrum. Rx. Amen.

5. Deinde imponit manum super caput infantis (singulorum infantium), et postea manum extensam tenens dicit:

#### Pro uno vel una

Orémus

O mnípotens, sempitérne Deus, Pater Dómini nostri Jesu Christi, respícere dignáre super hunc fámulum tuum N., quem (hanc fámulam tuam N.,quam) ad rudiménta fidei vocáre dignátus es: omnem cæcitatétem cordis ab eo (ea) expélle: disrúmpe omnes láqueos sátanæ, quibus fúerat colligátus (-a): áperi ei, Dómine, jánuam pietatis tuæ, ut, signo sapiéntiæ tuæ imbútus (-a, ómnium cupiditátum fœtoribus cáreat, et ad suávem odórem præceptórum tuórum lætus (-a)

Oratio

#### Pro pluribus

Oratio

Orémus

O mnípotens sempitérne Deus, Pater Dómini nostri Jesu Christi, respícere dignáre super hos fámulos tuos N. (has fámulas tuas N.) quem (quas) ad rudiménta fidei vocáre dignátus es; omnem cæcitatétem cordis ab eis expélle: disrúmpe omnes láqueos sátanæ quibus fúerant colligáti (colligátæ); aperi eis, Dómine, jánuam pietatis tuæ, ut signo sapiéntiæ tuæ imbútæ, ómnium cupiditátum fœtoribus cáreat, et ad suávem odórem præceptórum

### Ordo Baptismi parvolorum

tibi in Ecclésia tua desérviat et proficiat de die in diem. Per eúmdem Christum Dóminum nostrum. **R.** Amen.

tuórum læti (lætæ) tibi in ecclésia tua desérviant, et proficiant de die in diem. Per eúmdem Christum Dóminum nostrum.

**R.** Amen.

#### 6. Deinde Sacerdos benedicit sal, quod semel benedictum alias ad eumdem usum deservire potest.

**E**xorcízo te, creatúra salis, in nómine Dei **✚** Patris omnipoténtis, et in caritáte Dómini nostri Jesu **✚** Christi, et in virtúte Spíritus **✚** Sancti. Exorcízo te per Deum **✚** vivum, per Deum **✚** verum, per Deum **✚** sanctum, per Deum **✚**, qui te ad tutélam humáni géneris procreávit, et pôpulo veniénti ad credulitátem per servos suos consecrári præcépit, ut in nómine sanctæ Trinitatis efficiáris salutáre sacraméntum ad effugándum inimícum.

Proínde rogámus te, Dómine Deus noster, ut hanc creatúram salis sanctificándo sanctí **✚** fices, et benedicéndo bene **✚** dices, ut fiat ómnibus accipiéntibus perfécta medicína, pérmanens in viscéribus eórum, in nómine ejúsdem Dómini nostri Jesu Christi, qui ventúrus est judicáre vivos et mórtuos, et sáculum per ignem. **R.** Amen.

#### 7. Deinde immittit modicum salis benedicti in os infantis, dicens (singulariter singulis):

**N.** Accipe sal sapiéntiæ: propitatio sit tibi in vitam ætérnam. **R.** Amen.

**Sacerdos:** Pax tecum. **R.** Et cum spíritu tuo.

#### Pro uno vel una

Orémus

**D**eus patrum nostrórum, Deus univérsæ cónditor veritátis, te súpplices exorámus, ut hunc fámulum tuum **N.** (hanc fámulam tuam **N.**) respícere dignéris propítius, et hoc primus pábulum salis gustántem, non diútius esuríre permíttas, quo minus cibo expleátur cælesti, quátenus sit semper spíritu fervens, spe gaudens, tuo semper nómini sérviens. Perduc eum (eam), Dómine, quæsumus, ad novæ regeneratiónis lavácrum, ut cum fidélibus tuis promissiónum tuárum ætérrna præmia cónsequi mereátur. Per Christum Dóminum nostrum.

**R.** Amen.

Exorcízo te, immúnde spíritus, in nómine Pa**✚** tris, et Fi**✚** lii, et Spiritus **✚** Sancti, ut éxeas, et recédas ab hoc fámulo (hac fámula) Dei **N.**:

Ipse enim tibi ímparat, maledicte damnáte, qui pédibus super mare ambulávit, et Petro mergénti déxteram porréxit.

#### Pro pluribus

Orémus

**D**eus patrum nostrórum, Deus univérsæ cónditor veritátis, te súpplices exorámus, ut hos fámulos tuos **N.** (has fámulas tuas **N.**) respícere dignéris propítius, et hoc primus pábulum salis gustántes, non diútius esuríre permíttas, quo minus cibo expleátur cælesti, quátenus sit semper spíritu ferventes, spe gaudéntes, tuo semper nómini servíentes. Perduc eos (eas), Dómine, quæsumus, ad novæ regeneratiónis lavácrum, ut cum fidélibus tuis promissiónum tuarum ætérrna præmia cónsequi mereántur. Per Christum Dóminum nostrum.

**R.** Amen.

Exorcízo te, immúnde spíritus, in nómine Pa**✚** tris, et Fi**✚** lii, et Spiritus **✚** Sancti, ut éxeas, et recédas ab his fámulis (hac fámulabus) Dei **N.**: Ipse enim tibi ímparat, maledicte damnáte, qui pédibus super mare ambulávit, et Petro mergénti déxteram porréxit.

## Titulus 2—Caput 2

Ergo, maledicte diábole, recognósce senténtiam tuam, et da honórem Deo vivo et vero, da honórem Jesu Christo Fílio ejus, et Spirítui Sancto, et recéde ab hoc fámulo (hac fámula) Dei N., quia istum (istam) sibi Deus, et Dóminus noster Jesus Christus ad suam sanctam grátiam, et benedictiónem fontémque Baptismátis vocáre dignátus est.

8. **Hic pollice in fronte signat infantem, dicens (singulariter singulis):**

Et hoc signum sanctæ Cru **✚** cis, quod nos fronti ejus damus, tu, maledicte diábole, numquam áudeas violáre. Per eúmdem Christum Dóminum nostrum.

R<sup>g</sup>. Amen.

9. **Mox imponit manum super caput infantis (singulorum infantium), et postea manum extensam tenens dicit:**

### **Pro uno vel una**

Orémus

**A**eternam ac justissimam pietátem tuam déprecor, Dómine sancte, Pater omnípotens, aëterne Deus, auctor lúminis et veritatis, super hunc fámulum tuum N. (hanc fámulam tuam N.) ut dignérис eum (eam) illumináre lúmine intellígentiæ tuæ: munda eum (eam) et sanctifica: da ei sciéntiam veram, ut dignus (digna) grátia Baptísmi tui efféctus (effécta), téneat firmam spem, consílium rectum, doctrínam sanctam. Per Christum Dóminum nostrum. R<sup>g</sup>. Amen.

Oratio

### **Pro pluribus**

Orémus

**A**eternam ac justissimam pietátem tuam déprecor, Dómine sancte, Pater omnípotens, aëterne Deus, auctor lúminis et veritatis, super hos fámulos tuos N. (has fámulas tuas N.) ut dignérис eos illumináre lúmine intellígentiæ tuæ: munda eos (eas) et sanctifica: da eis sciéntiam veram, ut digni (dignæ) grátia Baptísmi tui effécti (effécta), téneant firmam spem, consílium rectum, doctrínam sanctam. Per Christum Dóminum nostrum. R<sup>g</sup>. Amen.

Oratio

10. Postea Sacerdos imponit extremam partem stolae pendentem a suo humero sinistro super primum infantem, et introducit eum (quam sequunter ceteri) in ecclesiam, dicens:

### **Pro uno vel una**

N. Ingrédere in templum Dei, ut hábeas partem cum Christo in vitam aëternam. R<sup>g</sup>. Amen.

### **Pro pluribus**

N. et N. Ingredímini in templum Dei, ut habeáti partem cum Christo in vitam aëternam. R<sup>g</sup>. Amen.

11. **Cum fuerint ecclesiam ingressi Sacerdos procedens ad Fontem, cum susceptoribus conjunctuim clara voce dicit:**

**C**redo in Deum, Patrem omnipoténtem, Creatórem cæli et terræ. Et in Jesum Christum, Filium ejus únicum, Dóminum nostrum; qui concéptus est de Spíitu Sancto, natus ex María Vírgine, passus sub Póntio Piláto, crucifixus, mórtuus, et sepultus: descéndit ad ínferos; tértia die resurréxit a mórtuis; ascéndit ad cælos; sedet ad déxteram Dei Patris omnipoténtis: inde venturus est judicáre vivos et mórtuos.

Credo in Spíritum Sanctum, sanctam Ecclésiam cathólicam, Sanctórum communióinem, remisióñem peccatórum, carnis resurrectiōñem, vitam aëternam. Amen.

## Ordo Baptismi parvolorum

**P**ater noster, qui es in cælis, sanctificétur nomen tuum. Advéniat regnum tuum. Fiat volúntas tua, sicut in cælo, et in terra. Panem nostrum quotidiánum da nobis hódie. Et dimítte nobis débita nostra, sicut et nos dimíttimus debitóribus nostris. Et ne nos indúcas in tentatióne: sed líbera nos a malo. Amen.

12. Ac deinde, antequam accedat ad Baptisterium, versis renibus ostio cancellorum Baptisterii, dicit:

### **Exorcismus**

#### **Pro uno vel una**

**E**xorcízo te, omnis spíritus immúnde, in nómine Dei ✕ Patris omnipoténtis, et in nómine Jesu ✕ Christi Fílli ejus, Dómini et Júdicis nostri, et in virtúte Spíritus ✕ Sancti, ut discédas ab hoc plasmatæ Dei N., quod Dóminus noster ad templum sanctum suum vocáre dignátus est, ut fiant templum Dei vivi, et Spíritus Sanctus hábitet in eo. Per eúmdem Christum Dóminum nostrum, qui ventúrus est judicáre vivos et mórtuos, et sáculum per ignem. R. Amen.

#### **Pro pluribus**

**E**xorcízo te, omnis spíritus immúnde, in nómine Dei ✕ Patris omnipoténtis, et in nómine Jesu ✕ Christi Fílli ejus, Dómini et Júdicis nostri, et in virtúte Spíritus ✕ Sancti, ut discédas ab his plasmáribus Dei N.N., quæ Dóminus noster ad templum sanctum suum vocáre dignátus est, ut fiant tempa Dei vivi, et Spíritus Sanctus hábitet in eis. Per eúmdem Christum Dóminum nostrum, qui ventúrus est judicáre vivos et mórtuos, et sáculum per ignem. R. Amen.

13. Postea Sacerdos pollice accipit de saliva oris sui (quod omittitur quotiescumque rationabilis adest causa munditiae tuendae aut periculum morbi contrahendi vel propagandi quin tamen in tali casu tactus praescriptus cum sua formula omitatur); et tangit aures et nares infantis: tangendo vero aurem dexteram et sinistram, dicit (singulariter singulis):

Ephpheta, quod est adaperíre.

Deinde tangit nares dicens:

In odórem suavitatis. Tu autem effugáre, diábole; appropinquábit enim judícium Dei.

14. Postea interrogat baptizandum nominatim, dicens (singulariter singulis):

N. Abrenúntias satanae?

Respondet patrinus: Abrenúntio.

Sacerdos: et ómnibus opéribus ejus?

Respondet patrinus: Abrenúntio.

Sacerdos: Et ómnibus pompis ejus?

Respondet patrinus: Abrenúntio.

### **Unctio Olei**

15. Deinde Sacerdos intingit pollicem in Oleo Catechumenorum, et infantem ungit in pectore, et inter scapulas in modum crucis, dicens semel (singulariter singulis):

Ego te línio ✕ Oleo salútis in Christo Jesu Dómino nostro, ut hábeas vitam ætérnam. R. Amen.

16. Subinde pollicem et inuncta loca abstergit bombacio, vel re simili.

### **In Baptisterio**

17. Stans ibidem extra cancellos, deponit stolam violaceam, et sumit stolam albi coloris. Tunc ingreditur Baptisterium, in quod intrat etiam patrinus cum infante.

Sacerdos ad Fontem interrogat, expresso nomine, baptizandum (singulos baptizandos), patrino respondente:

## Titulus II—Caput 2

N. Credis in Deum Patrem omnipoténtem, Creatórem cæli et terræ?

R<sup>g</sup>. Credo.

Sacerdos: Credis in Jesum Christum, Fílium ejus únicum, Dóminum nostrum, natum, et passum?

R<sup>g</sup>. Credo.

Sacerdos: Credis in Spíritum, sanctam Ecclésiam cathólicam, Sanctórum communiónem, remisiónem peccatórum, carnis resurrectióne, et vitam ætérnam?

R<sup>g</sup>. Credo.

18. Subinde, expresso nomine baptizandi, Sacerdos dicit (singulariter singulis):

N. Vis baprizári?

Respondet patrinos: Volo.

### **Baptismus**

19. Tunc patrino vel matrina, vel utroque (si ambo admittantur) infantem tenente, Sacerdos vasculo, seu urceolo accipit aquam baptismalem, et eam ter fundit super caput infantis in modum crucis, et simul verba proferens, semel tantum distinete et attente, dicit (singulariter singulis):

N. Ego te baptizo in nómine Pa~~+~~ tris (fundit primo), et Fí~~+~~ lii (fundit secundo), et Spíritus ~~+~~ Sancti (fundit tertio).

20. Ubi autem est consuetudo baptizandi per immersionem, Sacerdos accipit infantem, et advertens ne laedatur, caute immergit, et trina immersione baptizat, et semel tantum dicit:

N. Ego te baptizo in nómine Pa~~+~~ tris , et Fí~~+~~ lii , et Spíritus ~~+~~ Sancti .

21. Mox patrinos, vel matrina, vel uterque simul infantem de sacro Fonte levant, suscipientes illum de manu Sacerdotis.

22. Si vero dubitetur, an infans fuerit baptizatus, utatur hac forma:

N. Si non es baptizátus (-a), ego te baptizo in nómine Pa~~+~~ tris, et Fí~~+~~ lii, et Spíritus ~~+~~ Sancti.

### **Unctio Chrismatis, etc.**

23. Deinde intingit pollicem in sacro Chrismate, et ungit infantem in summitate capitis in modum crucis, dicens (singulariter singulis):

**D**eus omnípotens, Pater Dómini nostri Jesu Christi, qui te regenerávit ex aqua et Spíritu Sancto, qui dedit tibi remissiónem ómnium peccatórum (**hic inungit**), ipse te líniat ~~+~~ Chrísmate salútis in eodem Christo Jesu Dómino nostro in vitam ætérnam. R<sup>g</sup>. Amen.

Sacerdos: Pax tibi. R<sup>g</sup>. Et cum spíritu tuo.

24. Tum bombacio, vel re simili, abstergit pollicem, et locum inunctum, et imponit capiti ejus lin-teolum candidum loco vestis albae, dicens (singulariter singulis):

Accipe vestem cándidam, quam pérferas immaculátam ante tribúnal Dómini nostri Jesu Christi, ut hábeas vitam ætérnam. R<sup>g</sup>. Amen.

25. Postea dat ei, vel patrino, candelam accensam, dicens (singulariter singulis):

Accipe lámpadem ardéntem, et irreprehensíbilis custódi Baptísmum tuum: serva Dei mandáta, ut, cum Dóminus vénerit ad núptias, possis occurrere ei una cum ómnibus Sanctis in aula cælesti, et vivas in sǽcula sæculórum. R<sup>g</sup>. Amen.

26. Postremo dicit:

### **Pro uno vel una**

N. Vade in pace et Dómnus sit tecum.

R<sup>g</sup>. Amen.

### **Pro pluribus**

N.N. Ite in pace, et Dóminus sit vobiscum.

R<sup>g</sup>. Amen.

### Ordo Baptismi parvolorum

27. Ritus superius descriptus servandus est etiam a Diacono Baptismum solemnem ministrante, qui tamen sale et aqua utetur a Sacerdote ad hunc usum rite prius benedictis.
28. Si vero sint plures baptizandi, sive masculi, sive feminæ, in catechismo masculi statuantur ad dexteram, feminæ vero ad sinistram; et omnia pariter dicantur ut supra, in proprio genere, et numero plurali. Verum prima nominis interrogatio, exsuffratio, crucis impressio, seu signatio, tactus aurium et narium cum saliva, abrenuntiationis interrogatio, unctio Olei Catechumenorum, interrogatio de Fide, seu Symbolo, et ipse Baptismus, inuncto Chrismatis, candidae vestis impositio, atque accensæ candelæ traditio, singulariter singulis, et primum masculis, deinde feminis, fieri debent.
- Sed pro majori commoditate adnotatum est propriis locis in rubricis parenthesi notatis; ita ut, quando dicitur intali rubrica “singulariter singulis”, intelligatur quod illa verba, vel actiones, usque ad aliam rubricam dici, vel fieri debent singulariter singulis, et primum masculis, deinde feminis, mutato solum genere, ut dictum est supra. Quando vero in simili rubrica dicitur “in plurali pro pluribus”, intelligatur, quod illa verba usque ad aliam rubricam dici debent semel, sed pro pluribus in plurali, mutato solum genere, si omnes sint feminæ.
29. Si infans, vel adultus ægrotus adeo graviter laboret, ut periculum immineat, ne pereat antequam Baptismus perficiatur, Sacerdos, omissis quæ Baptismus præcedunt, eum baptizet, ter, vel etiam semel infundens aquam super caput ejus in modum crucis, dicens: Ego te baptizo, in nōmine Patris, etc., ut supra, pag. 16
- Si non habeatur aqua Baptismalis, et periculum impendeat, Sacerdos utatur aqua simplici.
- Deinde si habeat Chrisma lineat eum in vertice, dicens: Deus omnípotens, etc., ut supra, pag. 16
- Postea dat ei linteolum candidum dicens: Accipe vestem etc., ut supra, pag. 16
- Ac demum dat ei ceream candelam accensam, dicens: Accipe lámpadem, ut supra, pag. 16
- Si supervixerit, suppleantur alii ritus omissi.
30. Si plures sint baptizandi, et periculum mortis immineat, tempusque non suppetat, ut singuli separatim baptizentur, poterit minister singulorum capitibus aquam infundens omnes simul baptizare, dicendo: Ego vos baptizo in nōmine Pa  tris, et Fí  lii, et Spíritus  Sancti. Quam tamen formam ad plures simul baptizandos solum in mortis periculo, et ubi tempus non patiatur, ut singuli separatim baptizentur, alias numquam licet adhibere.
31. Admonendi sunt susceptores de spirituali cognitione, quam contraxerunt cum baptizato; quæ cognatio impedit Matrimonium, ac dirimit.
32. Curet Parochus parentes infantis admoneri, ne in lecto secum ipsi, vel nutrices parvulum habeant, propter oppressionis periculum; sed eum diligenter custodian, et opportune ad christianum disciplinam instituant.
33. Commendendi sunt etiam parentes, et alii, si opus fuerit, ne filios hebræis, aliisve infidelibus, vel hæreticis mulieribus ullo modo lactandos, aut nutriendos tradant.
34. Antequam infans ex ecclesia asportetur, aut susceptores discedant, eorum nomina, et alia de administratio Baptismo ad praescriptam formam in Baptismali libro Parochus accurate describat.
35. Si Baptismus nec a proprio Parocho nec eo praesente administratus fuerit, minister de ipso collato quamprimum proprium ratione domicilii Parochum baptizati certiorem reddat.
36. Ad collatum Baptismum comprobandum, si nemini fiat præjudicium, satis est unus testis omni exceptione major, vel ipsius baptizati jurisjurandum si ipse in adulta ætate Baptismum receperit.

## CAPUT 3

### DE BAPTISMO ADULTORUM

1. Adultus, nisi sciens et volens probeque instructus, ne baptizetur; in super admonendus ut de peccatis suis doleat.

In mortis autem periculo, si nequeat in præcipius fidei dum, ut aliquo modo ostendat se eisdem assentire serioque promittat se christianæ religionis mandata servaturum.

Quod si Baptismum ne petre quidam queat, sed vel antea vel in præsenti statu manifestaverit aliquo probabili modo intentionem illum suscipiendi, baptizandus est sub conditione;

Si deinde convaluerit et dubium de valore Baptismi collati permaneat, sub conditione Baptismus rursus conferatur.

2. Adultorum Baptismus, ubi commode fieri possit, ad loci Ordinarium deferatur, ut, si illi placuerit, ad eo vel ab ejus delegato solemnius conferatur, alioquin Parochus ipse baptizet, stata cæremonia.

3. Decet autem hujusmodi Baptismum, ex Apostolico instituto, in pervigilio Paschatis vel Pentecostes solemniter celebrari.

4. Quare si circa haec tempora Catechumeni sint baptizandi, in ipsos dies, si nihil impedit, Baptismum differri convenit.

5. Verum si circa, seu post tempus Pentecostes aliqui conversi fuerint, qui ægre fuerunt suum Baptismum in lingum tempus differri, et ad illud festinent, instructique, ac rite parati esse noscantur, citius baptizari possunt.

6. Catechumenus instructus baptizetur in ecclesia, seu Baptisterio, patrinus ei assistat, et ipse Catechumenus ad Sacerdotes interrogationes respondeat, nisi mutus sit, aut omnio surdus, vel ignotæ linguæ: quo casu vel patrimum, si illam intelligat, aut aliam interpretem, vel nutu consensum explicet suum.

7. Tam Sacerdotem, qui adultos baptizaturus est, quam ipsos adultos, qui sani sint, decet esse jejunos.

Nisi graves urgentesque causæ obsint, adultus baptizatus statim Missæ sacrificio assist et sacram communionem percipiat.

8. Quare non post epulas, aut prandia, sed ante meridiem (nisi ex rationabili causa aliter faciendum sit) eorum Baptismus celebretur.

9. Amentes et furiosi ne baptizentur, nisi tales a nativitate vel ante adeptum rationis usum fuerint; et tunc baptizandi sunt ut infantes.

Si autem dilucida habeant intervalla, dum mentis compotes sunt, baptizentur, si velint.

Baptizentur quoque, imminentे periculo mortis, si antequam insanirent, suspicendi Baptismi desiderium ostenderint.

Qui lethargo aut phrenesi laborat, vigilans tantum et volens baptizetur; at si periculum mortis impendeat, et prius ille ostenderit suscipiendi Baptismi desiderium baptizetur.

10. Sacerdos diligenter curet, ut certior fiat de statu et conditione eorum, qui baptizari petunt, præsertim exterorum: de quibus facta diligent inquisitione, num alias, ac rite sint baptizati, caveat, ne quis jam baptizatus, imperita, vel errore, aut ad questam, vel ob aliam causam, fraude, dolore iterum baptizari velit.

### Titulus II—Caput 3

11. Omnes autem, de quibus, re diligenter investigata, prudens dubium existat, num revera vel num valide baptizati fuerint, sub conditione iterum baptizentur.
12. Hæretici vero ad Catholicam Ecclesiam venientes, in quorum Baptismo debita forma, aut materia servata non est, rite baptizandi sunt; sed prius errorum suorum pravitatem agnoscant et detestentur, et in fide Catholica diligenter instruantur: ubi vero debita forma et materia servata est, omissa tantum suppleantur, nisi rationabili de causa aliter loci Ordinario videatur.
13. Ceterum legantur, et serventur ea, quae supra de Baptismo in communi præscripta sunt cap. 1.

## CAPUT 4

### ORDO BAPTISMI ADULTORUM

1. In primis Sacerdos, paratis his, quæ supra de observandis in administratione Sacramenti Baptismi parvolorum dicuntur, indutus superpelliceo et stola, vel etiam pluviali violacei coloris, cum suis Clericis accedit ad gradus Altaris, et genibus flexis, pias mente ad Deum præcens effundit, ut tantum Sacramentum digne valeat ministrare, et ad implorandum divinum auxilium, surgens, se signat, et, si temporis ratio ferat dicit:

V. Deus in adjutórium meum intende.  
R. Dómine, ad adjuvandum me festina.  
V. Glória Patri.  
R. Sicut erat.

### VIII G

The musical notation consists of three staves of square neumes on a four-line staff system. The lyrics are written below the staves:

**Ef-fún-dam \* su-per vos a-quam mundam, et mun-da - bí-**  
**mi - ni ab óm-ni - bus in-qui - na-mén - tis ve - stris, di - cit**  
**Dó - mi - nus.**

2. Postea incipit, prosequentibus Clericis, Antiphonam:

### Psalmus 8

The musical notation consists of three staves of square neumes on a four-line staff system. The lyrics are written below the staves:

**Dó - mi - ne, Dó - mi - nus no - ster, \* quam ad - mi - rá-bi - le est**  
**no-men tu - um in u - ni - vér-sa ter-ra!**

Quóniam eleváta est magnificéntia tua, \* super  
cælos

Ex ore infántium et lacténtium perfecísti  
laudem propter inimícos tuos \* ut déstruas  
inimícum et ultórem.

### Ordo Baptismi Adulorum

Quóniam vidébo cælos tuos, ópera digitórum tuórum: \* lunam et stellas, quæ tu fundásti.  
 Quid est homo, quod memor es ejus? \* aut filius hóminis, quóniam vísitas eum?  
 Minuísti eum paulo minus ab Angelis, glória et honóre coronásti eum: \* et constituísti eum super ópera mánuum tuárum

Omnia subjecísti sub pédibus ejus, \* oves et boves univérsas: insuper et pécora campi.  
 Vólucres cæli, et pisces maris, \* qui perámbulant sémitas maris.  
 Dómine, Dóminus noster, \* quam admirábile est nomen tuum in univérsa terra!  
 Glória Patri.

### **Psalmus 28**

**A**fférte Dómino, filii Dei: \* afférte Dómino filios aríetum.  
 Afférte Dómino glóriam et honórem, afférte Dómino glóriam nómini ejus: \* adoráte Dóminum in átrio sancto ejus.  
 Vox Dómini super aquas, Deus majestátis intónuit: \* Dóminus super aquas multas.  
 Vox Dómini in virtúte: \* vox Dómini in magnificéntia.  
 Vox Dómini confringéntis cedros: \* et confrínget Dóminus cedros Líbani.

Et commínuet eas tamquam vítulum Líbani: \* et diléctus quemádmodum filius unicórniū.  
 Vox Dómini intercidéntis flammam ignis: \* vox Dómini concutiéntis desértum Cades.  
 Vox Dómini præparántis cervos, et revelábit condénsa: \* et in templo ejus omnes dicent glóriam.  
 Dóminus diluvium inhabitáre facit: \* et sedébit Dóminus rex in æténum.  
 Dóminus virtútem pôpulo suo dabit: \* Dóminus benedícte pôpulo suo in pace.  
 Glória Patri.  
 Sicut erat.

### **Psalmus 41**

**Q**uemádmodum desíderat cervus ad fontes aquárūm: \* ita desíderat ánima mea ad te, Deus. Sitívit ánima mea ad Deum fortem vivum: \* quando véniam et apparébo ante fáciem Dei?  
 Fuérunt mihi lácrimæ meæ panes die ac nocte: \* dum dícitur mihi quotídie: ubi est Deus tuus?  
 Hæc recordátus sum, et effúdi in me ániam meam: \* quóniam transíbo in locum tabernáculi admirábilis, usque ad domum Dei.  
 In voce exsultatiónis, et confessiónis: \* sonus expulatiónis.  
 Quare tristis es, ánima mea? \* et quare contúrbas me?  
 Spera in Deo, quóniam adhuc confitébor illi: \* salutáre vultis mei, et Deus meus.  
 Ad meípsum ánima mea contúrbata est: \* proptérea memor ero tui de terra Jordánis, et Hermóniim a monte módico.

Abýssus abýssum invocat, \* in voce contractárum tuárum.  
 Omnia excélsa tua, et fluctus tui \* super me transíerunt.  
 In die mandávit Dóminus misericórdiam suam: \* et nocte cáanticum ejus.  
 Apud me oratio Deo vitæ meæ, \* dicam Deo: suscéptor meus es.  
 Quare oblítus es mei? \* et quare contristátus incédo, dum afflígit me inimícus?  
 Dum confringúntur ossa mea, \* exprobavérunt mihi, qui tribulánt me inimíci mei.  
 Dum dicunt mihi per síngulos dies: ubi est Deus tuus? \* quare tristis es ánima mea? et quare contúrbas me?  
 Spera in Deo quóniam adhuc confitébor illi: \* salutáre vultis mei, et Deus meus.  
 Glória Patri.

Et repetitur Antiphona:

**VIII G**

**Ef-fún-dam \* su-per vos a-quam mundam, et mun-da - bí-**  
**mi - ni ab óm-ni - bus in-qui - na-mén - tis ve - stris, di - cit**  
**Dó - mi - nus.**

3. Deinde dicitur. Kýrie ,eléison, Christe, eléison, Kýrie eléison. Pater noster **secreto usque ad**

**V.** Et ne nos indúcas in tentaciónem.

**R.** Sed líbera nos a malo.

**V.** Dómine, exáudi oratióne meam.

**R.** Et clamor meus ad te véniat.

**V.** Dóminus vobíscum.

**R.** Et cum spíritu tuo.

Orémus

Oratio

**O**mnípotens, sempítérne Deus, qui dedísti fámulis tuis in confessióne vere fidei, ætére Trinitatis glóriam agnóscere, et in poténtia majestátis adoráre unitátem: quæsumus; ut, ejúsdem fidei firmitáte, ab ómnibus semper muniámur advérsis.

Oratio

**A**désto supplicatióne nostris, omnípotens Deus: et quod humilitáts nostræ geréndum est ministério, tuæ virtútis impleátur efféctu.

4. Si plures sint baptizandi, sequens Oratio dicatur in numero pluarli (et in genere masculino, nisi omnes sint feminæ).

**Pro uno vel una**  
Oratio

**D**a, quæsumus, Dómine, Elécto (-æ), ut sanctis edóctus (-a), mystériis, et renovetur fontæ Baptísmtis, et inter Ecclésiæ tuæ membra numeréatur.  
Per Christum Dóminum nostrum.

**R.** Amen.

**Pro Pluribus**  
Oratio

**D**a, quæsumus, Dómine, Eléctis nostris, ut sanctis edócti (-æ) mystériis, et renovéntur fonte Baptísmtis, et inter Ecclésiæ tuæ membra numeréntur.  
Per Christum Dóminum nostrum.

**R.** Amen.

5. Deinde Sacerdos procedit ad fores ecclesiæ, et stat in limine: catechizandus vero extra limen. Et si sint plures, mares et feminæ, illi ad dexterem Sacerdotis, hæ vero ad sinistram statuantur.

### Ordo Baptismi Adulorum

Tum Sacerdos interrogat Catechumenorum (singulariter singulos, si plures, usque ad Orationem Te déprecor exclusive, pag.24):

Quo nōmine vocaris?

Catechumenus respondet: N.

Sacerdos: N. Quid petis ab Ecclésia Dei?

R<sup>g</sup> Fidem.

Sacerdos: Fides, quid tibi præstat?

R<sup>g</sup> Vitam ætérnam.

Sacerdos: Si vis habére vitam ætérnam, serva mandáta. Díliges Dóminum Deum tuum ex toto corde tuo, et ex tota ánima tua, et ex tota mente tua, et próximo tuum sicut te ipsum. In his duóbus mandátis tota Lex pendet, et Prophétæ. Fides autem est, ut unum Deum in Trinitáte, et Trinitátem in uninitáte veneréris, neque confúndendo persónas, neque substántiam separándo. Alia est enim persóna Patris, alia Fílii, alia Spíritus Sancti; sed horum trium una est substántia, et nónnisi una Divinitas.

6. Et rursus interrogat: N. Abrenúntias satanæ?

R<sup>g</sup>. Abrenúntio.

Interrogat: Et ómnibus opéribus ejus?

R<sup>g</sup>. Abrenúntio.

Interrogat: Et ómnibus pompis ejus?

R<sup>g</sup>. Abrenúntio.

7. Deinde Sacerdos interrogat de Symbolo Fidei, dicens:

Credis in Deum Patrem omnipoténtem, Creatórem cæli et terræ?

R<sup>g</sup>. Credo.

Interrogat: Credis in Jesum Christum Fílium ejus únicum Dóminum nostrum?

R<sup>g</sup>. Credo.

Interrogat: Credis et Spíritum Sanctum, sanctam Ecclésiam Cathólicam, Sanctórum communiónem, remissiónem peccatórum, carnis resurrectióne, et vitam ætérnam?

R<sup>g</sup>. Credo.

8. Tunc Sacerdos exsufflat ter in faciem ejus, et dicit semel:

Exi ab eo (ea), spíritus immûnde, et da locum Spirítui Sancto Parácleto.

9. Hic in modum crucis halat in faciem ipsius, et dicit:

N. Accípe Spíritum bonum per istam insufflátionem, et Dei ✕ benedictióne. Pax tibi.

R<sup>g</sup>. Et cum spíritu tuo.

10. Deinde pollice facit crucem in ejus fronte, et in pectore, dicens:

N. Accípe signum crucis tam in fron ✕ te, quam in cor ✕ de: sume fidem cælestium præceptórum. Talis esto móribus, ut tempulum Dei, jam esse possis: ingressúsque (ingréssaque) ecclésiam Dei, evasisse te láqueos mórtis, lætus (-a) agnósce.

---

Et si Catechumenus venerit de gentilitatis errore, seu de ethnicis et idolatrís, Sacerdos dicat:

Horrésce idóla, réspué simúlacra.

Si ex Hæbris dicat:

Horrésce Judáicam perfidiam, réspué Hebráicam superstitionem.

Si ex Mahumetanis:

Horrésce Mahuméticam perfidiam, réspué pravam sectam infidelitatis.

## Titulus II—Caput 4

Si ex Hæreticis, et in ejus Baptismo debita forma servata non sit, dicat:

Horrésce hæreticam prívitátem, respue nefárias sectas impiórum N., exprimens proprio nomine de qua venit.

Inde prosequitur:

Cole Deum Patrum omnipoténtem, et Jesum Christum, Fílium ejus únicum, Dóminum nostrum, qui ventúrus est judicáre vivos et mórtuos, et sáeculem per ignem. Rx. Amen.

### Pro uno vel una

Orémus

**T**e déprecor, Dómine sancte, Pater omnípotens, aëterne Deus: ut huic fámulo tuo N. qui (fámulæ tuæ N., quæ) in hujus sáculi nocte vagátur incértus (-a), ac dúbios (-a), viam veritatis et agnitionis tuæ júbeas demonstrári: quátenus, reseráti oculis cordis sui, te unum Deum Patrem in Fílio, et Fílium in Patre cum Spíritu Sancto recognóscat, atque hujus confessiónis fructum, et hic, et in futúro sáculo percípere mereátur. Per Christum Dóminum nostrum. Rx. Amen.

Oratio

### Pro Pluribus

Oratio

**T**e déprecor, Dómine sancte, Pater omnípotens, aëterne Deus: ut his fámulus tuis N. et N. (has éléctas tuas N. et N., quæ) in hujus sáculi nocte vagántur incérti (-æ) ac dúbii (-æ), viam veritatis et agnitionis tuæ júbeas demonstrári: quátenus, reseráti oculis cordis sui, te unum Deum Patrem in Fílio, et Fílium in Patre cum Spíritui Sancto recognóscant, atque hujus confessiónis fructum, et hic, et in futúro sáculo percípere mereántur. Per Christum Dóminum nostrum. Rx. Amen.

11. Deinde pollice signat Electum (singulos Electos) signo crucis in fronte dicens (singulariter sungulis):

Signo tibi fron **X** tem, ut suscípias Crucem Dómini.

In auribus: Signo tibi au **X** res, ut áudias divína præcépta.

In oculis: Signo tibi óc **X** ulos, ut vídeas claritatétem Dei.

In naribus: Signo tibi na **X** res, ut odórem suavitatis Christi séntias.

In ore: Signo tibi os **X**, ut loquáris verba vitæ.

In pectore: Signo tibi pe **X** ctus, ut credas in Deum.

In scapulis: Signo tibi scá **X** pulas, ut suscípias jugum servítutis ejus.

In toto corpore, illud non tangens, manu producit signum crucis, et dicit:

Signo te in totum in nómine Pa **X** tris, et Fí **X** lii, et Spíritus **X** Sancti, ut hábeas vitam aëternam, et vivas in sácula sáculórum. Rx. Amen.

### Pro uno vel una

Oremus

**P**reces nostraras, quásumus, Dómine, clementer exáudi, et hunc Eléctum tuum N. (hanc Eléctam tuam N.) crucis Domínicæ impressióne signátum (-am), perpétua virtúte custódi: ut, magnitúdunis gloriæ tuæ rudiménta servans, per custódiam mandatórum tuórum ad regeneratiónis glóriam pervenire mereátur. Per Christum Dóminum nostrum. Rx. Amen.

Oratio

### Pro pluribus

Oratio

**P**reces nostraras, quásumus, Dómine, clementer exáudi, et hos Eléctos tuos N. et N. (has Eléctas tuas N. et N.) crucis Domínicæ impressióne signátos (-as), perpétua virtúte custódi: ut, magnitúdinis gloriæ tuæ rudiménta servantes, per custódiam mandatórum tuórum ad regeneratiónis glóriam pervenire mereántur. Per Christum Dóminum nostrum. Rx. Amen.

## Ordo Baptismi Adulorum

Orémus.

Oratio

**D**eus, qui humáni géneris ita es códitor, ut sis étiam reformátor, propitiáre pópolis adoptívis, et novo testaménto sóbolem novæ prolis ascríbe: ut filii promissiónis, quod non potuérunt ássequi per natúram, gáudeant suscepíssse per grátiam. Per Christum Dóminum nostrum. **R**. Amen.

12. **Tunc imponit manum super caput Electi (Singulorum Electorum), et postea manum extensam tenens dicit:**

**Pro uno vel una**

Orémus

Oratio

**O**mnipotens, sempiterne Deus, Pater Dómini nostri Jesu Christi, respicere dignáre super hunc fámulum tuum N., quem (hanc fámulam tuam N., quam) ad rudiménta fidei vocáre dignátus es: omnem cæcitatēm cordis ab eo (ea) expélle: disrúmpe omnes láqueos sátanæ, quibus fúerat colligátus (-a): áperi ei, Dómine, jánuam pietatis tuæ, ut, signo sapiéntiæ tuæ imbutus (-a), ómnium cupiditatum fœtóribus cáreat, et ad suávem odórem præceptórum tuórum latus (-a) tibi in Ecclésia tua desérviat, et proficiat de die in diem, ut idóneus (-a) efficiátur accédere ad grátiam Baptísmi tui, præcepta medicina. Per eúmdum Christum Dóminum nostrum.

**R**. Amen.

**Pro pluribus**

Orémus

Oratio

**O**mnipotens, sempiterne Deus, Pater Dómini nostri Jesu Christi, respicere dignáre super hos fámulos tuos N. et N., quos (has fámulas tuas N. et N., quas) ad rudiménta fidei vocáre dignátus es: omnem cæcitatēm cordis ab eis expélle: disrúmpe omnes láqueos sátanæ, quibus fúerant colligáti (-æ): áperi eis, Dómine, jánuam pietatis tuæ, ut, signo sapiéntiæ tuæ imbúti (-æ), ómnium cupiditatum fœtóribus cáreant, et ad suávem odórem præceptórum tuórum læti (-æ) tibi in Ecclésia tua desérvant, et proficiant de die in diem, ut idónei (-æ) efficiántur accédere ad grátiam Baptísmi tui, percépta medicina. Per eumdem Christum Dóminum nostrum.

**R**. Amen.

13. **Deinde Sacerdos benedicit sal.**

**Benedictio salis**

**E**xorcízo te, creatúra salis, in nómine Dei **✚** Patris omnipotentis, et in caritatē Dómini nostri Jesu **✚** Christi, et in virtúte Spíritus **✚** Sancti. Exorcízo te per Deum **✚** vivum, per Deum **✚** verum, per Deum **✚** sanctum, per Deum **✚**, qui te ad tutélam humáni géneris procreávit, et pópolo veniénti ad credulitatem per servos suos consecrári præcépit, ut in námine sanctæ Trinitatis efficáris salutare sacraméntum ad effugándum inimícum. Proinde rogámus te, Dómine, Deus noster, ut hanc creatúram salis sanctificándo sancti **✚** fices, et benedicéndo bene **✚** dicas, ut fiat ómnibus accipiéntibus perfécta medicina, pérmans in viscéribus eórum, in nómine ejúsdem Dómini nostri Jesu Christi, qui ventúrus est judicáre vivos et mórtuos, et sǽculum per ignem. **R**. Amen.

14. **Quod si Catechumenus fuerit gentilis, seu ex idoloatris venerit ad fidem, benedictio sale, antequam ejus medicinam gustet, Sacerdos addat sequentem Orationem, quæ tamen pro venientibus ex Hebræis vel aliis, ut supra, non dicitur.**

## Titulus II—Caput 4

### **Pro uno vel una**

Orémus

**D**ómine sancte, Pater omnípotens, æterne Deus, qui es, qui eras, et qui pémanes usque in finem, cuius orígo nescítur, nec finis comprehéndi potest: te súpplices invocámus super hunc fámulum tuum N., quem (hanc fámulam tuam N., quam) liberásti de erróre gentílium, et conversióne turpíssima: dignáre exaudíre eum, qui (eam, quæ) tibi cervíces suas humíliat ad lavácri fontem, ut, renátus (-a) ex aqua et Spíritu Sancto, exspoliáti (-a) véterem hóminem, índuat novum, qui secúndum te créatus est; accípiat vestem incorrúptam, et immaculátam, tibique Deo nostro servíre mereátur. Per Christum Dóminum nostrum.

R. Amen.

15. Tunc pollice et indice accipit de ipso sale, et immitit in os Catechumeni, dicens (singulariter singulis):

N. Accípe sal sapiéntiæ: propitatio sit tibi in vitam æternam. R. Amen,

Sacerdos: Pax tibi.

### **Pro uno vel una**

Orémus.

**D**eus patrum nostrum, Deus univérsæ cónditor veritátis, te súpplices exorámus, ut hunc fámulum tuum N. (hanc fámulam tuam N.) respícere dignérис propítius, et hoc primum pábulum salis gustántem, non diútius esuríre permítta, quo minus cibo expléatur cælesti, quátenus sit semper spíritu fervens, spe gaudens, tuo semper nómini sérvientes. Perduc eum (eam), Dómine quæsumus, ad novæ regeneratiónis lavácrum, ut cum fidélibus tuis promissiónum tuárum æterna præmia cónsequi mereátur.

Per Christum Dóminum nostrum.

R. Amen.

Si inter Electos adsint feminæ, recedent ipsæ in partem, quoadusque dictus fuerit pro masculis uterque Exorcismus, ut infra sub n. 21, pag. 29.

### **Pro uno masculo**

16. Deinde Sacerdos dicit super masculum stantem: Ora, Elécte, flecte génu, et dic: Pater noster.

### **Pro pluribus**

Orémus

Oratio

**D**ómine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus, qui es, qui eras, et qui pémanes usque in finem, cuius orígo nescítur, nec finis comprehéndi potest: te súpplices invocámus super hos fámulos tuos N. et N., quos (has fámulas tuas N. et N., quas) liberásti de erróre gentílium, et conversióne turpíssima; dignáre exaudíre eos, qui (eas, quæ) tibi cervíces suas humíliant ad lavácri fontem, ut, renátii (-æ) ex aqua et Spíritu Sancto, exspoliáti (-æ) véterem hóminem, índuant novum, qui secúndum te créatus est; accípiant vestem incorrúptam et immaculátam, tibique Deo nostro servíre mereántur. Per Christum Dóminum nostrum.

R. Amen.

R. Et cum spíritu tuo.

### **Pro Pluribus**

Orémus.

Oratio

**D**eus patrum nostrum, Deus univérsæ cónditor veritátis, te súpplices exorámus, ut hos fámulos tuos N. et N., (has fámulas tuas N. et N.,) respícere dignérис propítius, et hoc primum pábulum salis gustántes, non diútius esuríre permítta, quo minus cibo expléatur cælesti, quátenus sint semper spíritu ferventes, spe gaudéntes, tuo semper nómini servientes. Perduc eos (eas), Dómine, quæsumus, ad novæ regeneratiónis lavácrum, ut cum fidélibus tuis promissiónum tuárum æterna præmia cónsequi mereántur. Per Christum Dóminum nostrum.

R. Amen.

### **Pro pluribus masculis**

16. Deinde Sacerdos dicit super masculos stantes: Oráte, Elécti, fléctite génu, et dícite: Pater noster.

### Ordo Baptismi Adulorum

Et Electus, genu flexo, orat et dicit: Pater noster, usque ad sed libera nos a malo, inclusive.  
Sacerdos subjungit: Leva, comple orationem tuam et dic: Amen.  
Et ille surgens respondet: Amen.  
Sacerdos dicit patrino: Signa eum.  
Deinde Electo: Accéde.  
Et patrino pollice signat eum fronte, dicens: In nomine Patris, et Fili, et Spíritus Sancti.

17. Tum Sacerdos quoque facit crucem in fronte ejus, dicens: In nomine Patris, et Fili, et Spíritus Sancti.  
Deinde imponit manum super eum, et postea manum extensam tenens dicit:  
Orémus. Oratio

**D**eus Abraham, Deus Isaac, Deus Jacob, Deus qui Móysi fámulo tuo in monte Sínai apparuísti, et filios Israël de terra Ægypti eduxísti, députans eis Angelum pietatis tuæ, qui custodíret eos die ac nocte: te quásumus, Dómine; ut míttere dignérís sanctum Angelum tuum de cælis, qui simíliter custódiat et hunc fámulum tuum N. et perdúcat eum ad grátiam Baptísmi tui. Per Christum Dóminum nostrum. Rx. Amen.

#### **Exorcismus**

**E**rgo, maledícte diábole, recognósce senténtiam tuam, et da honórem Deo vivo et vero, da honórem Jesu Christo Fílio ejus, et Spíritui Sancto, et recéde ab hoc fámulo Dei N., quia istum sibi Deus et Dóminus noster Jesus Christus ad suam sanctam grátiam, fontémque Baptísmatis vocáre dignátus est: et hoc signum sanctæ cru **X** cis (signat eum), quod nos fronti ejus damus, tu, maledícte, diábole, numquam áudeas violáre. Per eúmdem Christum Dóminum nostrum, qui ventúrus est judicáre vivos et mórtuos, et sǽculum per ignem. Rx. Amen.

18. Sacerdos iterum dicit Electo:  
Ora, Elécte, flecte génu, et dic: Pater noster. Et Electus, genu flexo, orat et dicit:

Et Electi, genu flexo, orant et dicunt: Pater noster, usque ad sed libera nos a malo, inclusive.  
Sacerdos subjungit: Leváte, compléte orationem vestram, et dícite: Amen.  
Et illi surgentes respondent: Amen.  
Sacerdos dicit patrini: Signáte eos.  
Deinde Electis: Accédite.  
Et patrini pollice signant Electos suos in fronte, dicentes: In nomine Patris, et Fili, et Spíritus Sancti.

17. Tum Sacerdos quoque facit crucem in fronte singulorum, dicens:  
In nomine patris, et Fili, et Spíritus Sancti.  
Deinde imponit manum super singulos, et postea manum extensam tenens dicit:  
Orémus Oratio

**D**eus Abraham, Deus Isaac, Deus Jacob, Deus qui Móysi fámulo tuo in monte Sínai apparuísti, et filios Israël de terra Ægypti eduxísti, députans eis Angelum pietatis tuæ, qui custodíret eos die ac nocte: te quásumus, Dómine; ut míttere dignérís sanctum Angelum tuum de cælis, qui simíliter custódiat et hos fámulos tuos N. et N. et perdúcat eos ad grátiam Baptísmi tui. Per Christum Dóminum nostrum. Rx. Amen.

#### **Exorcismus**

**E**rgo, maledícte diábole, recognósce senténtiam tuam, et da honórem Deo vivo et vero, da honórem Jesu Christo Fílio ejus, et Spíritui Sancto, et recéde ab his fámulis Dei N. et N., quia istos sibi Deus et Dominus noster Jesus Christus ad suam sanctam grátiam, fontémque Baptísmatis vocáre dignátus est: et hoc signum sanctæ cru **X** cis (signat singulos), quod nos fronti eorum damus, tu, maledícte diábole, numquam áudeas violáre. Per eúmdem Christum Dóminum nostrum, qui ventúrus est judicáre vivos et mórtuos, et sǽculum per ignem. Rx. Amen.

18. Sacerdos iterum dicit Electis:  
Oráte, Elécti, fléctite génu, et dícite: Pater noster. Et Electi, genu flexo, orant, et dicunt:

## Titulus II—Caput 4

Pater noster, usque ad Sed libera nos a malo, inclusive.

Sacerdos subjungit: Leva, comple orationem tuam et dic: Amen.

Et illi surgens respondet: Amen.

Sacerdos dicit patrino: Signa eum.

Deinde Electo: Accéde.

Et patrinus pollice signat eum in fronte, dicens:  
In nōmine Patris, et Filii, et Spíritus Sancti.

19. Tum Sacerdos quoque facit crucem in fronte  
ejus dicens:

In nōmine Patris, et Filii, et Spíritus Sancti.

Deinde imponit manum super eum, et postea  
manum extensam tenens dicit:

Orémus

Oratio

**D**eus, immortale præsidium omnium postulantium, liberatio supplicum, pax rogantium, vita credentium, resurrectio mortuorum: te invoco super hunc famulum tuum N., qui Baptismi tui donum petens, æternam consequi gratiam spirituali regeneratione desiderat: accipe eum, Domine, et quia dignatus es dicere: Petime, et accipietis; quærite, et invenietis; pulsate, et aperiétur vobis: petenti præmium porrige, et jānuam pande pulsanti, ut æternam cælestis lavacri benedictionem consecutus, promissa tui muneris regna percipiat: Qui cum Patre, et Spíritui Sancto vivis et regnas Deus in sæcula sæculorum. Rx. Amen.

### Exorcismus

**A**udi, maledicte sátana, adjurátus per nomen æterni Dei, et Salvatoris nostri Jesu Christi Fílii ejus, cum tua victus invídia, tremens geménsque discéde: nihil tibi sit commúne cum servo Dei N., jam cælestia cogitante, renunciaturó tibi et sæculo tuo, et beatæ immortalitati victúro. Da igitur honórem adveniénti Spíritui Sancto, qui ex summa cæli arce descendéns, proturbatis fráudibus tuis, divino fonte purgátum pectus, sanctificátum Deo tempulum et habitáculum perficiat: ut, ab

Pater noster, usque ad Sed libera nos a malo, inclusive.

Sacerdos subjungit. Leváte, compléte orationem vestram et dicite: Amen.

Et illi surgentes respondent: Amen.

Sacerdos dicit patrini: Signáte eos.

Deinde Electis: Accédite.

Et patrini pollice signant Electos suos in fronte, dicentes: In nōmine Patris, et Filii, et Spíritus Sancti.

19. Tum Sacerdos quoque facit crucem in fronte singulorum, dicens:

In nōmine Patris, et Filii, et Spíritus Sancti.

Deinde imponit manum super singulos, et postea manum extensam tenens dicit:

Orémus

Oratio

**D**eus, immortale præsidium omnium postulantium, liberatio supplicum, pax rogantium, vita credentium, resurrectio mortuorum: te invoco super hos famulos tuos N., qui, Baptismi tui donum petentes, æternam consequi gratiam spirituali regeneratione desiderant: accipe eos, Domine, et quia dignatus es dicere: Petime, et accipietis; quærite, et invenietis; pulsate, et aperiétur vobis: petentibus præmium porrige, et jānuam pande pulsantibus, ut æternam cælestis lavacri benedictionem consecuti, promissa tui muneris regna percipient: Qui cum Patre, et Spíritu Sancto vivis et regnas Deus, in sæcula sæculorum. Rx. Amen.

### Exorcismus

**A**udi, maledicte sátana, adjurátus per nomen æterni Dei, et Salvatoris nostri Jesu Christi Fílii ejus, cum tua victus invídia, tremens geménsque discéde: nihil tibi sit commúne cum servis Dei N. et N., jam cælestia cogitántibus, renunciatúris tibi et sæculo tuo, et beatæ immortalitati victúris. Da igitur honórem adveniénti Spíritui Sancto, qui, ex summa cæli arce descendéns, proturbatis fráudibus tuis, divino fonte purgáta pectora, sanctificáta Deo templa et habitácula perficiat: ut, ab omnibus pénitus nóxiis

## Ordo Baptismi Adulorum

ómnibus pénitus nōxiis præteritórum críminum liberátus, servus Dei grátias perénni Deo réferat semper, et benedícant nomen sanctum ejus in sācula sāculórum. Rx. Amen.

### 20. Sacerdos tertio dicit Electo:

Ora, Elécte, flecte gēnua, et dic: Pater noster.  
Et Electus, genuflexo, orat, et dicit: Pater noster, usque ad Sed líbera nos a malo, inclusive.  
Sacerdos subjungit: Leva, comple oratióñem tuam et dic: Amen.  
Et ille surgens respondet: Amen.  
Sacerdos dicit patrino: Signa eum.

Deinde Electo: Accéde.

Et patrini pollice signat eum in fronte,  
dicens: In nōmine Patris, et Fílii, et Spíritus Sancti.

### 21. Tum Sacerdos quoque facit crucem in fronte ejus, dicens:

In nōmine Patris, et Fílii, et Spíritus Sancti.  
Deinde, imponit manum super eum, et postea manum extensam tenens dicit:

### Exorcismus

**E**xorcízo te, immúnde spíritus, in nōmine Pa  
**X** tris, et Fí **X** lii, et Spiritus **X** Sancti, ut  
éxeas, et recédas ab hoc fámulo Dei N., Ipse  
enim tibi ímperat, maledícte damnáte, qui  
péribus super mare ambulávit, et Petro mergénti  
déxteram porréxit.

### Exorcismus

**E**rgo, maledícte diábole, recognósce sen-  
téntiam tuam, et da honórem Deo vivo et vero,  
da honórem Jesu Christo Fílio ejus, et Spirítui  
Sancto, et recéde ab hoc fámulo Dei N., quia  
istum sibi Deus et Dóminus noster Jesus  
Christus ad suam sanctam grátiam, fontémque  
Baptísmatis vocáre dignátus est: et hoc signum  
sanctae cru **X** cis (**signat eum**), quod nos fronti  
ejus damus, tu, maledícte diábole, numquam  
áudeas violáre. Per eúmdem Christum  
Dóminum nostrum, qui ventúrus est judicáre  
vivos et mórtuos, et sáculum per ignem.  
Rx. Amen.

præteritórum críminum liberáti, servi Dei  
grátias perénni Deo réferant semper, et  
benedícant nomen sanctum ejus in sācula  
sāculórum. Rx. Amen.

### 20. Sacerdos tertio dicit Electis:

Oráte, Elécti, et fléctite gēnua, et dícite: Pater noster.  
Et Electi, genu flexo, orant et dicunt: Pater noster, usque ad Sed líbera nos a malo, inclusive.

Sacerdos subjungit: Leváte, compléte oratióñem vestram et dícite: Amen.

Et illi surgentes respondent: Amen.

Sacerdos dicit patrini: Signáte eos.

Deinde Electis: Accédite.

Et patrini pollici signant Electos suos in fronte,  
dicentes: In nōmine Patris, et Fílii, et Spíritus Sancti.

### 21. Tum Sacerdos quoque facit crucem in fronte singulorum, dicens:

In nōmine Patris, et Fílii, et Spíritus Sancti.  
Deinde imponit manum super singulos, et postea manum extensam tenens dicit:

### Exorcismus

**E**xorcízo te, immúnde spíritus, in nōmine Pa  
**X** tris, et Fí **X** lii, et Spiritus **X** Sancti, ut  
éxeas, et recédas ab his fámulis Dei N. et N.,  
Ipse enim tibi ímperat, maledícte damnáte, qui  
péribus super mare ambulávit, et Petro mergénti  
déxteram porréxit.

### Exorcismus

**E**rgo, maledícte diábole, recognósce sen-  
téntiam tuam, et da honórem Deo vivo et vero,  
da honórem Jesu Christo Fílio ejus, et Spirítui  
Sancto, et recéde ab his fámulis Dei N. et N., quia  
istos sibi Deus et Dóminus noster Jesus  
Christus ad suam sanctam grátiam, fontémque  
Baptísmatis vocáre dignátus est: hoc signum  
sanctae cru **X** cis (**signat singulos**), quod nos fronti  
eórum damus, tu, maledícte diábole,  
numquam áudeas violáre. Per eúmdem  
Christum Dóminum nostrum, qui ventúrus est judicáre  
vivos et mórtuos, et sáculum per ignem. Rx. Amen.

## Titulus II—Caput 4

Si inter Electos adsint feminæ, retrahunt se masculi in partem, et accedunt feminæ.

### **Pro una femina**

22. **Sacerdos dicit super Electam stantem:**  
Ora, Elécta, flecte génu, et dic: Pater noster.  
Et Electa, genu flexo, orat et dicit: Pater noster,  
usque ad Sed libera nos a malo, inclusive.

**Sacerdos subjungit:** Leva, comple oratióñem tuam  
et dic: Amen.

**Et illa surgens respondet:** Amen.

**Sacerdos dicit patrino vel matrinæ:** Signa eam.

**Deinde Electæ:** Accéde.

Et patrinus vel matrina pollice signat eam in fronte,  
dicens: In nómine Patris, et Fílii, et Spíritus Sancti.

23. **Tum Sacerdos quoque facit crucem in fronte**  
**ejus, et dicit:**

In nómine Patris, et Fílii, et Spíritus Sancti.

**Deinde imponit manum super eam, et postea**  
**manum extensam tenens dicit:**

Orémus

Oratio

**D**eus cæli, Deus terræ, Deus Angelórum,  
Deus Archangelórum, Deus Patriarchárum,  
Deus Prophetárum, Deus Apostlórum, Deus  
Mártirum, Deus Confessórum, Deus Vírginum,  
Deus ómnium bene vivéntium, Deus, cui omnis  
lingua confítetur, et omne genu flécitur,  
cælestium, terréstrium, et infernórum: te  
ínvoco, Dómine, super hanc fámulam tuam N.,  
ut eam custodíre, et perdúcere dignérис ad  
grátiam Baptísmi tui. Per Christum Dóminum  
nostrum. Rx. Amen.

### **Exorcismus**

**E**rgo, maledícte diábole, recognósce sent-  
éntiam tuam, et da honórem Deo vivo et vero,  
da honórem Jesu Christo Fílio ejus, et Spíritui  
Sancto, et recéde ab hac fámula Dei N., quia  
istam sibi Deus et Dóminus noster Jesus  
Christus ad suam sanctam grátiam, fontémque  
Baptísmatis vocáre dignátus est: et hoc signum  
sanctæ cru ✕ cis (signat eam), quod nos fronti  
ejus damus, tu, maledícte diábole, numquam  
áudeas violáre. Per eúmdem Christum Dómi-  
num nostrum, qui ventúrus est judicáre vivos et  
mórtuos, et sǽculum per ignem.

Rx. Amen.

### **Pro pluribus feminis**

22. **Sacerdos dicit super Electas stantes:**  
Orate, Eléctæ, fléctite génu, et dícite: Pater noster.  
Et Electæ, genu flexo, orant et dicunt: Pater noster,  
usque ad Se libera nos a malo, inclusive.

**Sacerdos subjungit:** Leváte, compléte oratióñem  
vestram et dícite: Amen.

**Et illæ surgentes respondent:** Amen.

**Sacerdos dicit patrinis vel matrinis:** Signáte eas.

**Deinde Electas:** Accédite.

Et patrini vel matrinæ pollice signant Electas suas  
in fronte, dicentes: In nómine Patris, et Fílii, et  
Spíritus Sancti.

23. **Tum Sacerdos quoque facit crucem in fronte**  
**singularum dicens:**

In nómine Patris, et Fílii, et Spíritus Sancti.

**Deinde imponit manum super singulas, et postea**  
**manum extensam tenens dicit:**

Orémus

Oratio

**D**eus cæli, Deus terræ, Deus Angelórum,  
Deus Archangelórum, Deus Patriarchárum,  
Deus Prophetárum, Deus Apostlórum, Deus  
Mártirum, Deus Confessórum, Deus Vírginum,  
Deus ómnium bene vivéntium, Deus, cui omnis  
confítetur, et omne genu flécitur, cælestium,  
terréstrium, et infernórum: te ínvoco, Dómine,  
super has fámulas tuas N. et N., ut eas custo-  
díre, et perdúcere dignérис ad grátiam Baptísmi  
tui. Per Christum Dóminum nostrum. Rx. Amen.

### **Exorcismus**

**E**rgo, maledícte diábole, recognósce sent-  
éntiam tuam, et da honórem Deo vivo et vero,  
da honórem Jesu Christo Fílio ejus, et Spíritui  
Sancto, et recéde ab his fámulabus Dei  
N. et N., quia istas sibi Deus et Dóminus noster  
Jesus Christus ad suam sanctum grátiam,  
fontémque Baptísmatis vocáre dignátus est: et  
hoc signum sanctæ cru ✕ cis (signat singulas),  
quod nos fronti ejus damus, tu, maledícte  
diábole, numquam áudeas violáre. Per eúmdem  
Christum Dóminum nostrum, qui ventúrus est  
judicáre vivos et mórtuos, et sǽculum per  
ignem. Rx. Amen.

## Ordo Baptismi Adulorum

### 24. Sacerdos iterum dicit Electæ:

Ora, Elécta, fleete génua, et dic: Pater noster.  
Et Electæ, genu flexo, orat et dicit: Pater noster,  
usque ad Sed líbera nos a malo, inclusive.

Sacerdos subjungit: Leva, comple oratióñem tuam,  
et dic: Amen.

Et illæ surgens respondet: Amen.

Sacerdos dicit patrino vel matrinæ: Signa eam.

Deinde Electæ: Accéde.

Et patrinus vel matrina pollice signat eam in fronte,  
dicens: In nómine Patris, et Fílii, et Spíritus Sancti.

25. Tum Sacerdos quoque facit crucem in fronte  
ejus, dicens: In nómine Patris, et Fílii, et Spíritus  
Sancti.

Deinde imponit manum super eam, et postea  
manum extensam tenens dicit:

Orémus.

Oratio

**D**eus Abraham, Deus Isaac, Deus Jacob,  
Deus, qui Móysi fámulo tuo in monte in Sínai  
apparuísti, et filios Israël de terra Ægýpti  
eduxísti, députans eis Angelum pietatis tuæ, qui  
custodíret eos die ac nocte: te quásumus  
Dómine: ut míttere dignérís sanctum Angelum  
tuum de cælis, qui simíliter custódiat et hanc  
fámulum tuum N., et perdúcat eam ad grátiam  
Baptísmi tui. Per Christum Dóminum nostrum.  
Rx. Amen.

### Exorcismus

**E**rgo, maledícte diábole, recognósce sent-  
éntiam tuam, et da honórem Deo vivo et vero,  
da honórem Jesu Christo Fílio ejus, et Spirítui  
Sancto, et recéde ab hac fámula Dei N., qui  
istam sibi Deus et Dóminus noster Jesus  
Christus ad suam sanctam grátiam, fontémque  
Baptísmatis vocáre dignátus est: et hoc signum  
sanctæ cru ✕ cis (signat eam), quod nos fronte  
ejus damus, tu, maledícte diábole, numquam  
áudeas violáre. Per eúmdem Christum  
Dóminum nostrum, qui ventúrus est judicáre  
vivos et mórtuos, et sǽculum per ignem.

Rx. Amen.

### 26. Sacerdos tertio dicit Electæ:

Ora, Elécta, fleete génua, et dic: Pater noster.

### 24. Sacerdos iterum dicit electis:

Oráte, Electæ, fléctite génua, et dícite Pater noster.  
Et Electæ, genu flexo, orant et dicunt: Pater noster,  
usque ad Sed líbera nos a malo. inclusive.

Sacerdos subjungit: Leváte, compléte oratióñem  
vestram et dícite: Amen.

Et illæ surgentes respondent: Amen.

Sacerdos dicit patrini vel matrinis: Signáte eas.

Deinde Electis: Accédite.

Et patrini vel matrinæ pollice signant Electas suas  
in fronte dicentes: In nómine Patris, et Fílii, et Spíritus Sancti.

25. Tum Sacerdos quoque facit crucem in fronte  
singularum, dicens:

In nómine Patris, et Fílii, et Spíritus sancti. Deinde  
imponat manum super singulas, et postea manum  
extensam tenens dicit:

Orémus.

Oratio

**D**eus Abraham, Deus Isaac, Deus Jacob,  
Deus, qui Móysi, fámulo tuo in monte Sínai  
apparuísti, et filios Israël de terra Ægýpti  
eduxísti, députans Angelum pietatis tuæ, qui  
custodíret eos die ac nocte: te quásumus  
Dómine: ut míttere dignérís sanctum Angelum  
tuum de cælis, qui simíliter custódiat et has  
fámulas tuas N. et N., et perdúcat eas ad grátiam  
Baptísmi tui. Per Christum Dóminum nostrum.  
Rx. Amen.

### Exorcismus

**E**rgo, maledícte diábole, recognósce sent-  
éntiam tuam, et da honórem Deo vivo et vero,  
da honórem Jesu Christo Fílio ejus, et Spirítui  
Sancto, et recéde ab his famuláribus Dei N. et  
N., quia istas sibi Deus et Dóminus noster Jesus  
Christus ad suam sanctam grátiam, fontémque  
baptísmatis vocáre dignátus est: et hoc signum  
sanctæ cru ✕ cis (signat singulas), quod nos fronti  
eárum damus, tu, maledícte diábole,  
numquam áudeas violáre. Per eúmdem Christum  
Dóminum nostrum, qui ventúrus est judicáre  
vivos et mórtuos, et sǽculum per ignem. Rx. Amen.

### 26. Sacerdos tertio dicit Electis:

Oráte, Elécte, fléctite génua, et dícite: Pater  
noster.

## Titulus II—Caput 4

Et Electa, genu flexo, orat et dicit: Pater noster, usque ad Sed líbera nos a malo, inclusive.

Sacerdos subjungit: Leva, comple oratióñem tuam et dic: Amen.

Et illa surgens respondet: Amen.

Sacerdos dicit patrino vel matrinæ: Signa eam.

Deinde Electæ: Accéde.

Et patrinus vel matrina pollice signat eam in fronte, dicens: In nómine Patris, et Fílii, et Spíritus Sancti.

27. Tum Sacerdos quoque facit crucem in fronte ejus dicens:

In nómine Patris, et Fílii, et Spíritus Sancti.

Deinde imponit manum super eam, et postea manum extensam tenens dicit:

### **Exorcismus**

**E**xorcízo te, immúnde spíritus, per Pa **✚** trem, et Fí **✚** lium, et Spíritum **✚** Sanctum, ut éxeas, et recédas ab hac fámula Dei **N.**: Ipse enim tibi ímparat, maledícte damnáte, qui cæco nato óculos apéruit, et quatriduánum Lázarum de monuménto suscitávit.

### **Exorcismus**

**E**rgo, maledícte diábole, recognósce senténtiam tuam, et da honórem Deo vivo et vero, da honórem Jesu Christo Fílio ejus, et Spíritui Sancto, et recéde ab hac fámula Dei **N.**, quia istam sibi Deus et Dóminus noster Jesus Christus ad suam sanctam grátiam, fontémque Baptísmatis vocáre dignátus est: et hoc signum sanctæ cru **✚** cis (**signat eam**), quod nos fronti ejus damus, tu, maledícte diábole, numquam áudeas violáre. Per eúmdem Christum Dóminum nostrum, qui ventúrus est judicáre vivos et mórtuos, et sáculum per ignem.

**R.** Amen.

### **Pro omnibus**

Postmodum accedunt iterum masculi, qui se retraxerant, et ipsi ad dexteram, feminæ vero ad sinistram Sacerdotis, ut in principio, disponuntur.

28. Tum Sacerdos imponit manum super Electum, vel si sint plures, super singulos, tam masculos quam feminas, et postea manum extensam tenens dicit (in plurali pro pluribus, tam masculis quam feminis):

## Ordo Baptismi Adulorum

### Pro uno vel una

Orémus

**A**eternam ac justissimam pietátem tuam déprecor, Dómine sancte, Pater omnípotens, aétérne Deus, auctor lúminis et veritatis, super hunc fámulum tuum N. (hanc fámulam tuam N.), ut dignérис eum (eam) illuminare lúmine intelligéntiae tuæ: munda eum (eam), et sanctifica: da ei sciéntiam veram, ut dignus (-a) efficiátur accédere ad grátiam Baptísmi tui, téneat firmam spem, consílium rectum, doctrínam sanctam, ut aptus (-a) sit ad percipiéndam grátiam tuam. Per Christum Dóminum nostrum.

R. Amen.

29. His peractis, Sacerdos sinistra manu apprehendens dexteram Electi prope brachium, vel ei porrigens extremam partem stolæ, ex humero sinistro pendentem, introducit eum in ecclesiam; et si Electi sint plures, primus sinistra manu trahit secundum, et secundus tertiam, etc.

Dum autem Sacerdos illum vel illos introducit, dicit (in pluarli pro pluribus):

### Pro uno vel una

N. Ingrédere in sanctam ecclésiam Dei, ut accípias benedictiónem cælestem a Dómino Jesu Christo, et hábeas partem cum illo et Sanctis ejus. R. Amen.

30. Et ingressus Electus procumbit, seu posternit se in pavimento, et adorat (si plures, omnes simul).

31. Deinde surgit (si plures, omnes simul), et Sacerdos imponit manum super caput ejus (singulorum, si plures), et Electus cum eo recitat Symbolorum Apostolorum, et Orationem Dominicam.

32. Ita etiam si plures sint, omnes simul recitant:

**C**redo in Deum, Patrem omnipoténtem, Creatórem cæli et terræ. Et in Jesum Christum, Fílium ejus únicum, Dóminum nostrum: qui concéptus est de Spíritu Sancto, natus ex María Vírgine, passus sub Póntio Piláto, crucifixus, mórtuus, et sepultus: descéndit ad ínferos; tértia die resurréxit a mórtuis; ascéndit ad cælos; sedet ad dexteram Dei Patris omnipoténtis: inde venturus est judicáre vivos et mórtuos. Credo in Spíritum Sanctum, sanctam Ecclésiam cathólicam, Sanctórum communiónem, remissiónem peccatórum, carnis resurrectiónem, vitam aetérnam. Amen.

**P**ater noster, qui es in cælis, sanctificétur nomen tuum. Advéniat regnum tuum. Fiat volúntas tua, sicut in cælo, et in terra. Panem nostrum quotidiánum da nobis hodie. Et dimítte nobis débita nostra, sicut et nos dimítimus debitóribus nostris. Et ne nos indúcas in tentatióne: sed líbera nos a malo. Amen.

33. Tunc Sacerdos, versis renibus ostio cancellorum Baptisterii, rursus imponit manum super caput Electi (singulorum Electorum), et postea manum extensam tenens dicit:

Oratio

Orémus

### Pro pluribus

Oratio

**A**eternam ac justíssimum pietátem tuam déprecor, Dómine sancte, Pater omnípotens, aétérne Deus, auctor lúminis et veritatis, super hos fámulos tuos N. et N., (has fámulas tuas N. et N.), ut dignérис eos (eas) illuminare lúmine intelligéntiae tuæ: munda eos (eas), et sanctifica: da eis sciéntiam veram, ut digni (-æ) efficiántur accédere ad grátiam Baptísmi tui, téneant firmam spem, consílium rectum, doctrínam sanctam, ut apti (-æ) sint ad percipiéndam grátiam tuam. Per Christum Dóminum nostrum. R. Amen.

### Pro pluribus

N. et N. ingredímini in sanctam ecclésiam Dei, ut accipiatí benedictiónem cælestum a Dómino Jesus Christo, et habeáti partem cum illo et Sanctis ejus. R. Amen.

**Pro uno vel una**

**Exorcismus**

**N**ec te latet, sátana, imminére tibi pœnas, imminére tibi torménta, imminéri tibi diem judicii, diem supplíci sempitérni; diem, qui ventúrus est velut clíbanus ardens, in quo tibi, atque univérsis ángelis tuis præparátus sempitérnus erit intéritus. Proínde damnáte, atque damnánde, da honórem Deo vivo et vero, da honórem Jesu Christo Fílio ejus, da honórem Spíritui Sancto paráclito, in cuius nómine atque virtúte præcipio tibi, quicúmque es, spíritus immúnde, ut éxeas, et recédas ab hoc fámulo Dei N., quem (hac fámlula Dei N., quam) hódie idem Deus et Dóminus noster Jesus Christus ad suam sanctam grátiam et benedictiónem, fontémque Baptísmatis dono vocáre dignátus est: ut fiat ejus tempulum per aquam regeneratiónis in remissióne ómnium peccatórum. In nómine ejúsdem Dómini nostri Jesu Christi, qui ventúrus est judicáre vivos et mórtuos, et sǽculum per ignem. **R.** Amen.

34. Postea Sacerdos pollice accipit de saliva oris sui (quod omissit quicunque rationabilis adest causa munditiae tuendæ aut periculum morbi contrahendi vel propagandi quin tamen in tali casu tactus præscriptus cum sua formula omitatur); et tangit aures et nares Electi (singulorum Electorum); Tangendo vero auram dexteram et sinistram, dicit:

Ephpheta, quod est, Adaperíre,  
Deinde tangendo nares, dicit:

In odórem suavitatis. Tu autem effugáre, diábole; appropinquábit enim judícium Dei.

35. Deinde interrogat Electum (singulos, si plures):

Quis vocáris? Et ipse respondet: N.

Interrogat: N. Abrenúntias sátanæ?

**R.** Abrenúntio.

Interrogat: Et ómnibus opéribus ejus?

**R.** Abrenúntio.

Interrogat: Et ómnibus pompis ejus?

**R.** Abrenúntio.

**Unctio Olei**

36. Tum Sacerdos intingit pollicem dexteræ manus in Oleo sancto Catechumenorum, et inungit Electum (singulos Electos) primum in pectore, deinde inter scapulas in modum crucis, dicens (singulariter singulis):

Ego te línio ✕ Oleo salútis in Christo Jesu Dómino nostro, ut hábeas vitam ætérnam. **R.** Amen.

**V.** Pax tibi.

**R.** Et cum spíritu tuo.

**Pro pluribus**

**Exorcismus**

**N**ec te latet, sátana, imminére tibi pœnas, imminére tibi torménta, imminéri tibi diem judicii, diem supplíci sempitérni; diem, qui ventúrus est velut clíbanus ardens, in quo tibi, atque univérsis ángelis tuis præparátus sempitérnus erit intéritus. Proínde damnáte, atque damnánde, da honórem Deo vivo et vero, da honórem Jesu Christo Fílio ejus, da honórem Spíritui Sancto paráclito, in cuius nómine atque virtúte præcipio tibi, quicúmque es, spíritus immúnde, ut éxeas, et recédas ab his fámulis Dei N. et N., quos (his fámulabus Dei N. et N., quas) hódie idem Deus et Dóminus noster Jesus Christus ad suam sanctam grátiam et benedictiónem, fontémque Baptísmatis dono vocáre dignátus est: ut fiant ejus tempulum per aquam regeneratiónis in remissióne ómnium peccatórum. In nómine ejúsdem Jesu Christi, qui ventúrus est judicáre vivos et mórtuos, et sǽculum per ignem. **R.** Amen.

### Ordo Baptismi Adulorum

37. **Mox bombacio, vel re simili, tergit pollicem et loca inuncta, et subjungit, dicens (singulis, si plures):**

Exi, immunde spíritus, et da honórem Deo vivo et vero. Fuge, immunde spíritus, et da loco Iesu Christo Fílio ejus. Recéde immunde spíritus, et da locum Spíritui Sancto Paráclito.

Stans sibi extra cancellos, Sacerdos deponit pluviale ac stolam coloris violacei, et sumit stolam ac pluviale albi coloris.

Tunc ducitur Electus ad Baptisterium: ubi si ob aliquam causam no habeatur, sive præparata non fuerit aqua baptismalis, fiat benedictio Fontis, ut infra ponitur, pag. 56.

### **In Baptisterio**

**Et cum fuerit prope Fontem, Sacerdos interroget Electum (singulos, si plures):**

Quis vocáris?

Respondet: N.

38. **Interrogat (singulos, si plures):** Credis in Deum Patrem omnipoténtem, Creatórem cæli et terræ?

**R<sup>x</sup>. Credo.**

**Interrogat: (singulos si plures):** Credis in Jesum Christum, Fílium ejus únicum, Dóminum nostrum, natum, et passum?

**R<sup>x</sup>. Credo.**

**Interrogat: (singulos, si plures):** Credis in Spíritum, sanctam Ecclésiam cathólicam, Sanctórum communiónem, remissiónem peccatórum, carnis resurrectióne, et vitam ætérnam?

**R<sup>x</sup>. Credo.**

**Iterum interroget (singulos, si plures):** N. Quid petis?

Respondet: Baptismum.

**Interrogat: (singulos, si plures):** Vis baptizari?

Respondet: Volo.

### **Baptismus**

39. Tunc patrino, vel matrina, vel utroque (si ambo admittantur), admota manu, tenente seu tangente Electum, vel Electam, aperto capite, et laxatis a collo vestibus, inclinatum, Sacerdos vasculo vel urceolo haurit aquam baptismalem de Fonte, et cum ea sub trina supra caput in modum crucis infusione baptizat Electum, seu Electam, in nomine Ssme Trinitatis, sic dicens:

N. Ego te baptizo in nōmine Pa **✚** tris, fundit primo; et Fí **✚** lii, fundit secundo; et Spíritus **✚** Sancti, fundit tertio.

40. Si aqua, ex capite baptizati defluit, non dilabatur in sacrarium Baptisterii, recipiatur in subjecta aliqua pelvi, et in illud postmodum projiciatur.

Cum plures sunt Electi, singillatim singuli interrogantur et baptizantur, ut supra. Si sint mares et feminæ, primum mares, deinde feminæ.

Verum si probabiliter dubitetur, an Electus fuerit alias baptizatus, dicat Sacerdos:

N. Si non es baptizátus (-a), ego te baptizo in nōmine Pa **✚** tris, et Fí **✚** lii, et Spíritus **✚** Sancti.

### **Unctio Chrismatis etc.**

41. Deinde Sacerdos intingit pollicem dexterum in sacro Chrismate, et perungit verticem Electi (singulorum Electorum) in modum crucis dicens:

**D**eus omnípotens, Pater Dómini nostri Jesu Christi, qui te regenerávit ex aqua et Spíritu Sancto, qui dedit tibi remissiónem ómnia peccatórum (**hic inungit**), ipse te líniat **✚** Chrismáte salútis in eódem Christo Jesu Dómino nostro in vitam ætérnam. **R<sup>x</sup>.** Amen.

## Titulus II—Caput 4

¶. Pax tecum. Rx. Et cum spíitu tuo.

42. Tunc bombacio vel re simili pollicem tergit, et imponit capiti Electi chrismale, seu candidum linteolum, et dat illi vestem candidam, dicens (singulis, si plures):

Accipe vestem cándidam, quam pérferas immaculátam ante tribúnal Dómini nostri Jesu Christi, ut hábeas vitam ætérnam. Rx. Amen.

43. Et Electus deponit priores vestes, et induitur novis albi coloris, vel saltem exteriore candida, quam a Sacerdote accepit.

Postea dat ei Sacerdos cereum, seu candelam accensam in manu dextera, dicens (singulis, si plures):

Accipe lámpadem ardéntem, et irreprehensíbilis custódi Baptísmus tuum: serva Dei mandáta, ut, cum Dóminus vénérat ad nuptias, possis occurrere ei una cum ómnibus Sanctis in aula cælesti et vivas in sæculórum. Rx. Amen.

44. Ipse vero Neophytus eumdem cereum accensum manu tenet usque in finem, præterquam dum confirmatur.

45. In ecclesiis autem, ubi Baptismus fit per immersionem, sive totius corporis, sive capitis tantum, Sacerdos accipit Electum per brachia prope humeros, et superiore parte corporis nudatum, reliqua honeste coniectum, ter illum, vel caput ejus immersendo, et toties elevando, baptizet sub trina immersione, sanctam Trinitatem semel tantum sic invocando:N. Ego te baptizo in nómine Pa†ris, immergit primo, et Fí†lii, immergit iterum, et Spíritus † Sancti, immergit tertio; patrino vel matrina, vel utroque eum tenente, vel tangente.

46. Et cum Electus surrexit de Fonte, patrinus vel matrina cum linteo in manibus suscipit eum de manu Sacerdotis: et Sacerdos intincto pollice dextero in sacro Chrismate, illum in vertice in modum crucis per ungit, dicens: Deus omnípotens, etc., pag. 35.

47. Deinde Sacerdos imponit capiti ejus linteolum, seu chrismale, et dat ei vestem candidam, dicens: Accipe vestem cándidam, etc., ut supra

48. Et statim prædicto linteo abstergitur, et in loco semoto vestitur novis et albis vestibus, et exteriore candida, quam accepit.

49. Postea dat ei Sacerdos candelam accensam in dextera manu, dicens:

Accipe lampadem, etc., ut supra. Eodem modo, si plures sint, fit pro singulis.

50. Postea Sacerdos dicit:

### **Pro uno vel una**

N. Vade in pace, et Dóminus sit tecum.  
Rx. Amen.

N. et N. Ite in pace, et Dóminus sit vobíscum.  
Rx. Amen.

### **Pro pluribus**

51. Ritus superius descriptus servandus est etiam a Diacono Baptismum solemnem ministrante, qui tamen sale et aqua utetur a Sacerdote ad hunc usum rite prius benedictis.

52. Si adsit Episcopus, qui id legitime præstare possit, ab eo Neophyti Sacramento Confirmationis initantur. Deinde si hora sit congruens, celebratur Missa, cui Neophyti intersunt, et Sanctissimam Eucharistam devote suscipiunt.

53. Si vero ob baptizandorum multitudinem, ut quandoque contingit, in singulorum Baptismo præscripti ritus ad Baptismi essentiam non pertinentes adhiberi non possint, tunc vel pluribus simul adhibeantur, vel urgente necessitate omissantur.

## CAPUT 5

### ORDO SUPPLENDI OMISSA SUPER INFANTEM BAPTIZATUM

1. Cum, urgente mortis periculo, vel alia cogente necessitate, parvulus sacris precibus ac cæremoniis pratermissis, fuerit baptizatus, ubi convaluerit, vel cessaverit periculum, et ad ecclesiam delatus fuerit, omissa omnia suppleantur.
2. Sacerdos itaque, lotis manibus, superpelliceo et stola violacea indutus, accedat: Clericum unum, seu plures, si potest, secum adhibeat, superpelliceo pariter indutos, qui sibi ministrent.
3. Ita paratus accedat ad limen ecclesiae, extra quam expectant, qui infantem (vel infantes) detulerunt. Tum illum proprio nomine eidem imposito appellat, et dicit (si plures sint, singulariter singulis):
4. N. Quid petis ab Ecclesia Dei?  
Patrinus respondebat: Fidem.  
Sacerdos: Fides, quid tibi præstat?  
Patrinus respondebat: Vitam æternam.
5. Sacerdos (etiam singulariter singulis):

**S**i igitur vis ad vitam íngredi, serva mandáta. Díliges Dóminum Deum tuum ex toto corde tuo, et ex tota ánima tua, et ex tota mente tua, et próximo tuum sicut te ipsum.

6. Deinde ter exsufflat leniter in faciem infantis, et dicit semel (singulariter singulis):

Exi ab eo (ea), immúnde spíritus, et da locum Spirítui Sancto Paráclito.

7. Postea pollice facit signum crucis in fronte, et in pectore infantis dicens (singulariter singulis):

Accipe signum Crucis tam in frón **X** te, quam in cor **X** de, sume fidem cælestium præceptórum, et talis esto moribus, ut templum Dei jam esse possis.

#### Pro uno vel una

Orémus

**P**reces nostraras, quæsumus, Dómine, cleménter exáudi, et hunc Eléctum tuum N. (hanc Eléctam tuam N.) Crucis Domínicæ impressióne signátum (-am) perpétua virtúte custódi: ut, magnitúdunis glóriæ tuæ rudiménta servans, per custódiam mandatórum tuórum ad regeneratiónis glóriam pervenire mereántur. Per Christum Dóminum nostrum. Rx. Amen.

8. Deinde imponit manum super caput infantis, et postea manum extensam tenens dicit:

#### Pro pluribus

Orémus

**P**reces nostraras, quæsumus, Dómine, cleménter exáudi, et hos Eléctos tuos N. et N. (has Eléctas tuas N. et N.) Crucis Domínicæ impressióne signátos (-as) perpétua virtúte custódi: ut, magnitúdinis glóriæ tuæ rudiménta servántes, per custódiam mandatórum tuórum ad regeneratiónis glóriam pervenire mereántur. Per Christum Dóminum nostrum. Rx. Amen.

8. Deinde imponit manum super caput singulorum infantium, et postea manum extensam tenens dicit:

## Titulus II—Caput 5

Orémus

Oratio

Orémus

Oratio

**O**mnípotens sempitérne Deus, Pater Dómini nostri Jesu Christi, respícere dignáre super hunc fámulum tuum N., quem (hanc fámulam tuam N., quam) dudam ad rudiménta fidei vocáre dignátus es: omnem cæcitatēm cordis ab eo (ea) expelle: disrúmpe omnes láqueos sátanæ, quibus fúerat colligátus (-a): áperi, ei, Dómine, jánuam pietatis tuæ, ut, signo sapiéntiæ tuæ imbútus (-a) ómnium cupiditatum fœtóribus cárēat, et ad suávem odórem præceptórum tuórum lætus (-a) tibi in Ecclésia tua desérviat, et proficiat de die in diem, ut idóneus (-a) sit frui grátia Baptísmi tui, quem suscépit, salis percépta medicína. Per eúmdem Christum Dóminum nostrum.

R. Amen.

9. Deinde Sacerdos benedit sal, quod semel benedictum, alias ad eumdem usum deservire potest.

### Benedictio Salis

**E**xorcízo te, creatúra salis, in nómine Dei Patris **✚**, omnipoténtis, et in caritatē Dómini nostri Jesu **✚** Christi, et in virtúte Spíritus **✚** Sancti. Exorcízo te per Deum **✚** vivum, per Deum **✚**, verum, per Deum **✚**, sanctum, per Deum **✚**, qui te ad tutélam humáni géreris procreávit, et pôpulo veniénti ad credulitatem per servos suos consecrári præcépit, ut in nómine sanctæ Trinitatis efficiáris salútare sacraméntum ad effugándum inimícum. Proinde rogámus te, Dómine Deus noster, ut hanc creatúram salis sanctificándo sancti **✚** fices, et benedicéndo bene **✚** dicas, ut fiat ómnibus accipiéntibus perfécta medicína, pérmanens in viscéribus eórum, in nómine ejusdem Dómini nostri Jesu Christi, qui ventúrus est judicáre vivos et mórtuos, et sǽculum per ignem. R. Amen.

10. Deinde immittit modicum salis benedicti in os infantis, dicens (singulariter singulis):

N. Accipe sal sapiéntiæ: propitiatio sit tibi in vitam ætérnam. R. Amen.

Sacerdos: Pax tecum. R. Et cum spíitu tuo.

### Pro uno vel una

Orémus

Oratio

### Pro pluribus

Oratio

**D**eus patrum nostrorum, Deus univérsæ cónditor veritatis, te súpplices exorámus, ut hunc fámulum tuum N. (hanc fámulam tuam N.) respícere dignéris propítius, et hoc pábulum salis gustántem, non diútius esuríre permítta, quo minus cibo expleátur cælesti, quátenus sit semper spíitu fervens, spe gaudens, tuo semper nómini sérviens: et quem (quam) ad novæ

Orémus

**D**eus patrum nostrorum, Deus univérsæ cónditor veritatis, te súpplices exorámus, ut hos fámulos tuos N. et N., (has fámulas tuas N. et N.) respícere dignéris propítius, et hoc pábulum salis gustántes, non diútius esuríre permítta, quo minus cibo expleáтур cælesti, quátenus sint semper spíitu ferventes, spe gaudéntes, tuo semper nómini servientes: et

## Titulus II—Caput 5

regeneratiōnis lavácrum perduxísti, quás sumus, Dómine, ut cum fidélibus tuis promissiónum tuarum æterna præmia cónsequi mereátur. Per Christum Dóminum nostrum.

R. Amen.

Exorcizo te, immúnde spíritus, in nómine Pa **†** tris, et Fí **†** lii, et Spíritus **†** Sancti, ut éxeas, et recédas ab hoc fámulo Dei (hac fámula) Dei N.: Ipse enim tibi ímparat, maledícte damnáte, qui pédibus super mare ambulávit, et Petro mergégenti déxteram porréxit.

Ergo, maledícte diábole, recognósce senténtiam tuam, et da honórem Deo vivo et vero, da honórem Jesu Christo Filio ejus, et Spíritui Sancto, et recéde ab hoc fámulo (hac fámula) Dei N., quia istum (istam) sibi Deus et Dóminus Jesus Christus ad suam sanctam grátiam, et benedictiōnm, fontémque Baptísmatis vocáre dignátus est.

11. Hic pollice in fronte signat infantem , dicens (singulariter singulis):

Et hoc signum sanctæ Cru **†** cis, quod nos fronti ejus damus, tu, maledícte diábole, numquam áudeas violáre. Per eúmdem Christum Dóminum nostrum. R. Amen.

12. Mox imponit manum super caput infantis (singulorum infantium), et postea manum extensam tenens dicit:

### **Pro uno vel una**

Orémus

**A**eternam, ac justissimam pietátem tuam déprecor, Dómine sancte, Pater omnípotens, æterne Deus, auctor lúminis et veritatis, super hunc fámilum tuum N. (hanc fámulam tuam N.), ut dignérис eum (eam) illuminare lúmīne intelligéntiae tuæ: munda eum (eam) et sanctifica: da ei sciéntiam veram, ut dignus (-a) sit frui grátia Baptísmi tui quem suscépit: téneat firmam spem, consílium rectum, doctrínam sanctam, ut aptus (-a) sit ad retinéndam grátiam Baptísmi tui. Per Christum Dóminum nostrum. R. Amen.

13. Postea Sacerdos imponit extream partem stolæ pendentem a suo humero sinistro super infantem, et introducit eum in ecclesiam, dicens:

### **Pro pluribus**

Orémus

**A**eternum, ac justíssimam pietátem tuam déprecor, Dómine sancte, Pater omnípotens, æterne Deus, auctor lúminis et veritatis, super hos fámulos tuos N. et N. (has fámulas tuas N. et N.), ut dignérис eos (eas) illuminare lúmīne intelligéntiae tuæ: munda eos (eas) et sanctifica: da eis sciéntiam veram, ut digni (-æ) sint frui grátia Baptísmi tui quem suscepérunt: téneant firmam spem, consílium rectum, doctrínam sanctam, ut apti (-æ) sint ad retinéndam grátiam baptísmi tui. Per Christum Dóminum nostrum. R. Amen.

13. Postea Sacerdos imponit extremam partem stolæ pendentem a suo humero sinistro super primum infantem, et introducit eum (quem sequuntur cateri) in ecclesiam dicens:

### Supplenda super infantem baptizatum

Ingrédere in tempulum Dei, ut hábeas partem cum Christo in vitam ætérnam. **R.** Amen.

Ingredímini in tempulum Dei, ut habeáitis partem cum Christo in vitam ætérnam.  
**R.** Amen.

14. Cum fuerint ecclesiam ingressi, Sacerdos procedens ad Fontem, cum susceptoribus conjunctim clara voce dicit:

**C**redo in Deum, Patrem omnipoténtem, Creatórem cæli et terræ. Et in Jesum Christum, Fílium ejus únicum, Dóminum nostrum; qui concéptus est de Spíitu Sancto, natus ex María Vírgine, passus sub Póntio Piláto, crucifixus, mórtuus, et sepúltus: descéndit ad ínferos; tértia die resurréxit a mórtuis; ascéndit ad cælos; sedet ad déxteram Dei Patris omnipoténtis: inde ventúrus est judicáre vivos et mórtuos. Credo in Spíritum Sanctum, sanctam Ecclésiam cathólicam, Sanctórum communiónem, remissióne peccatórum, carnis resurrectióne, vitam ætérnam. Amen.

**P**ater noster, qui es in cælis, sanctificétur nomen tuum. Advéniat regnum tuum. Fiat volúntas tua, sicut in cælo, et in terra. Panem nostrum quotidiánum da nobis hódie. Et dimítte nobis débita nostra, sicut et nos dimíttimus debitóribus nostris. Et ne nos indúcas in tentatióne: sed líbera nos a malo. Amen.

15. Ac deinde, antequam accedat ad Baptisterium, versis renibus ostio cancellorum Baptisterii, dicit ( in plurali pro pluribus):

#### **Pro uno vel una Exorcismus**

**E**xorcízo te, ómnis spíritus immúnde, in nómine Dei **✚** Patris, et in nómine Jesu **✚** Christi Fílli ejus, Dómini et júdicis nostri, et in virtúte Spíritus **✚** Sancti, ut discédas ab hoc plasmáte Dei **N.**, quod Dóminus noster ad tempulum sanctum suum vocáre dignátus est, ut fieret tempulum Dei vivi, et Spíritus Sanctus hábitet in eo. Per eúmdem Christum Dóminum nostrum, qui ventúrus est judicáre vivos et mórtuos, et sǽculum per ignem.

**R.** Amen.

#### **Pro pluribus Exorcismus**

**E**xorcízo te, ómnis spíritus immúnde, in nómine Dei Pa **✚** tris, et in nómine Jesu **✚** Christi Fílli ejus, Dómini et júdicis nostri, et in virtúte Spíritus **✚** Sancti, ut discédas ab his plasmátibus Dei **N.** et **N.**, quæ Dóminus noster ad tempulum sanctum suum vocáre dignátus est, ut fierent tempulum Dei vivi, et Spiritus Sanctus hábitet in eis. Per eúmdem Christum Dóminum nostrum, qui ventúrus est judicáre vivos et mórtuos, et sǽculum, per ignem.

**R.** Amen.

16. Postea Sacerdos pollice accipit de saliva oris sui (quod ommittitur quotiescumque rationabilis adest causa munditie tuendæ aut periculum morbi contrahendi vel propagandi quin tamen in tali casu tactus præscriptus cum sua formula omittatur); et tangit aures et nares infantis: tangendo vero aurem dexteram et sinistram dicit (singulariter singulis):

Ephpheta, quod est adaperíre.

Deinde tangit nares, dicens:

In odórem suavitatis. Tu autem effugáre, diábole; appropinquábit enim judícium Dei.

17. Postea interrogat baptizatum nominatim, dicens (singulariter singulis):

## Titulus II—Caput 5

N. Abrenúntias sátanæ?

Respondet patrinus: Abrenúntio.

Sacerdos: Et omnibus opéribus ejus?

Respondet patrinus: Abrenúntio.

Sacerdos: Et ómnibus pompis ejus?

Respondet patrinus: Abrenúntio.

### **Unctio Olei**

18. Deinde Sacerdos intingit pollicem in Oleo Catechumenorum, et infantem ungit in pectore et inter scapulas in modum crucis, dicens semel (singulariter singulis):

Ego te línio ✕ Oleo salútis in Christo Jesu Dómino nostro, ut hábeas vitam ætérnam. R. Amen.

19. Subinde pollicem et inuncta loca abstergit bombacio, vel re simili.

20. Stans ibidem extra cancellos, deponit stolam violaceam, et sumit stolam albi coloris. Tunc ingreditur Baptisterium, in quod intrat etiam patrinus cum infante.

### **In Baptisterio**

Sacerdos ad Fontem interrogat, expresso nomine, baptizatum (singulos baptizados), patrino respondente:

N. Credis in Deum Patrem omnipoténtem, Creatórem cæli et terræ?

Patrinus: Credo.

Sacerdos: Credis in Jesum Christum, Fílium ejus únicum, Dóminum nostrum, natum, et passum?

Patrinus: Credo.

Sacerdos: Credis in Spíritum, sanctam Ecclésiam cathólicam, Sanctórum communiónem, remisiónem peccatórum, carnis resurrectióne, et vitam ætérnam?

Patrinus: Credo.

### **Unctio Chrismatis**

21. Sacerdos intingit pollicem in sacro Chrismate, et ungit infantem (quem patrinus vel matrina, vel uterque simul tenet) in summitate capitis in modum crucis, dicens (singulariter singulis):

**D**eus omnípotens, Pater Dómini nostri Jesu Christi, qui te regenerávit ex aqua et Spíritu Sancto, qui-que dedit tibi remissiónem ómnium peccatórum (**hic inungit**), ipse te líniat ✕ Chrísmate salútis in eódem Christo Jesu Dómino nostro in vitam æternam. R. Amen.

Sacerdos: Pax tibi. R. Et cum spirítu tuo.

22. Tum bombacio, vel re simili, abstergit pollicem, et locum inunctum, et imponit capiti infantis linteolum candidum loco vestis albae, dicens (singulaiter singulis):

Accipe vestem cándidam, quam pérferas immaculátam ante tribúnal Dómini nostri Jesu Christi, ut hábeas vitam ætérnam. R. Amen.

23. Postea dat ei, vel patrino, candelam accensam dicens (singulariter singulis):

Accipe lámpadem ardéntem, et irreprehensíbilis custódi Baptísmum tuum: serva Dei mandáta, ut, cum Dóminus vénerit ad nuptias, possis occurrere ei una cum ómnibus Sanctis in aula cælesti, et vivas in sǽcula sǽculórum.

R. Amen.

## Supplenda super adultum baptizatum

24. Postremo dicit:

### **Pro uno vel una**

N. Vade in pace, et Dominus sit tecem.  
R. Amen.

### **Pro pluribus**

N. et N. Ite in pace, et Dominus sit vobiscum.  
R. Amen.

25. Ritus superius descriptus servandus est etiam a Diacono Baptismi cæremonias supplente, qui tamen sale utetur a Sacerdote ad hunc usum rite prius benedicto.

26. Si vero sint plures infantes, masculi seu feminæ, in catechismo masculi statuantur ad dexteram, feminæ vero ad sinistram; et omni pariter dicantur, ut supra, in proprio genere, et numero plurali. Verum prima nominis interrogatio, ex sufflatio, crucis impresso, seu signatio, tactus aurium et narium cum saliva, abrenuntiationis interrogatio, unctio Olei Catechumenorum, interrogatio de fide, seu Symbolo inunctio Chrismatis, candidæ vestis impositio, atque candelae accensae traditio singulariter singulis, et primum masculis, deinde feminis fieri debent.

Sed pro majori commoditate adnotatum est propriis locis in rubricis parenthesi notatis; ita ut, quando dicitur in tali rubrica “singulariter singulis”, intelligatur, quod illa verba, vel actiones, usque ad aliam rubricam dici, vel fieri debent singulariter singulis, et primum masculis, deinde feminis, mutato solum genere, ut dictum est supra. Quando vero in simili rubrica dicitur “in plurali pro pluribus”, intelligatur, quod illa verba usque ad aliam rubricam dici debent semel, sed pro pluribus in plurali, mutato solum genere, si omnes sint feminæ.

## CAPUT 6

# ORDO SUPPLENDI OMISSA SUPER ADULTUM BAPTIZATUM

1. In primis Sacerdos, indutus superpelliceo et stola, vel etiam pluviali violacei coloris, cum suis Clericis accedit ad gradus Altaris, et genibus flexis, pias mente ad Deum preces effundit, ut sacram actionem digne valeat explere; et ad implorandum divinum auxilium surgens se signat, et si temporis ratio ferat, dicit *V.* Deus in adjutorium, etc., cum Antiphona, Psalmis, Versiculis, et Orationibus, ut supra in Baptismo adiutorum notatur pag. 20.

2. Deinde Sacerdos procedit ad fores ecclesiæ, et stat in limine, catechizandus vero extra limen. Et si sint plures, mares et feminæ, illi ad dexteram Sacerdotis, hac vero ad sinistram statuantur. Tum Sacerdos interrogat Electum, (singulariter singulos, si plures, usque ad Orationem Te déprecor exclusive, pag. 43.

Quo nōmine vocáris?

Electus respondet: N.

Sacerdos: N. Quid petis ab Ecclésia Dei?

R. Fidem.

Sacerdos: Fides, quid tibi præstat?

R. Vitam ætérnam.

Sacerdos: Si vis habere vitam ætérnam, serva mandáta. Díliges Dóminum tuum ex toto corde tuo, et ex tota ánima tua, et ex tota mente tua, et próximo tuum sicut te ipsum. In his duóbus mandátis tota Lex pendet, et Prophétæ. Fides autem est, ut unum Deum in Trinitáte, et Trinitátem in unitáte venéris, neque confundéndo personas, neque substántiam separando. Alia est enim persona Patris, ália Filii, ália Spíritus Sancti; sed horum trium una est substántia, et nónnisi una Divinitas.

## Titulus II—Caput 6

3. Et rursus interrogat: N. Abrenúntias sátanæ?

Respondet Electus: Abrenúntio.

Interrogat: Et omnibus opéribus ejus?

Respondet: Abrenúntio.

Interrogat: Et ómnibus pompis ejus.

R. Abrenúntio.

4. Deinde Sacerdos interrogat de Symbolo Fidei, dicens:

N. Credis in Deum Patrem omnipoténtem, Creatórem cæli et terræ?

R. Credo.

Sacerdos: Credis in Jesum Christum, Fílium ejus únicum, Dóminum nostrum, natum, et passum?

R. Credo.

Sacerdos: Credis in Spíritum, sanctam Ecclésiam cathólicam, Sanctórum communiónem, remisiónem peccatórum, carnis resurrectiōnem, et vitam ætérnā?

R. Credo.

5. Tunc Sacerdos exsufflat ter in faciem ejus, et dicit semel:

Exi ab eo (ea), spiritus immunde, et da locum Spiritui Sancto Paraclito.

6. Hic in modum crucis halat in faciem ipsius, et dicit:

N. Accipe spiritum bonum per istam insufflationem, et Dei bene ✕ dictionem.

V. Pax tibi. R. Et cum spíritu tuo.

7. Deinde pollice facit crucem in ejus fronte, et in pectore, dicens:

N. Accipe signum Crucis tam in fro ✕ nte, quam in cor ✕ de: sume fidem cælestium præceptórum. Talis esto móribus, ut tempulum Dei jam esse possis: ingressúsque (ingressáque) ecclésiam Dei, evasisse te láqueos mórtis, lætus (-a) agnósce.

---

Et si Electus venerit de gentiliatis errore, sive de ethnicis et idoloatris, Sacerdos dicat:

Horrésce idóla, réspe simulára.

Si ex Hebraeis dicat:

Horrésce Judáicam perfidiam, réspe Hebráicam superstitionem.

Si ex Mahumetanis:

Horrésce Mahuméticam perfidiam, réspe pravam sectam infidelitatis.

Si ex Hæreticis, et in ejus Baptismo debita forma servata non sit, dicat:

Horrésce hæreticam pravitatem, réspe nefárias sectas impiórum N. experimentis proprio nomine sectam, da qua venit.

---

Inde prosequitur:

Cole Deum Patrem omnipoténtem, et Jesum Christum, Fílium ejus, únicum, Dóminum nostrum, qui venturus est judicare vivos et mórtuos, et sǽculum per ignem. R. Amen.

### **Pro uno vel una**

Orémus

T e déprecor, Dómine sancte, Pater omnípotens, ætérne Deus: ut huic fámulo tuo N., qui (fámulæ tuæ N. quæ) in hujus sǽculi nocte vagátur incertus (-a) ac dúbios (-a), viam

Oratio

### **Pro pluribus**

Oratio

T e déprecor, Dómine sancte, Pater omnípotens, ætérne Deus: ut his fámulis tuis N. et N., qui (fámulabus tuis N. et N., quæ) hujus sǽculi nocte vagántur incerti (-æ) ac dúbios (-æ), viam veritatis et agnitionis tuæ

### Supplenda super adultum baptizatum

veritatis et agnitionis tuae jubeas demonstrari: quatenus reseratis oculis cordis sui, te unum Deum Patrem in Filio, et Filium in Patre cum Spiritu Sancto recognoscatur, atque hujus confessionis fructum, et hic, et in futuro saeculo percipere mereatur. Per Christum Dominum nostrum.

R. Amen.

jubeas demonstrari: quatenus reseratus oculis cordis sui, te unum Deum Patrem in Filio, et Filium in Patre, cum Spiritu Sancto recognoscatur, atque hujus confessionis fructum, et hic, et in futuro saeculo percipere mereantur. Per Christum Dominum nostrum.

R. Amen.

8. Deinde pollice signat Electum (singulos Electos) signo crucis in fronte, dicens (singulariter singulis):

Signo tibi frons **X** tem, ut suscipias Crucem Domini.

In auribus: Signo tibi auctor **X** res, ut audias divina praecpta.

In oculis: Signo tibi oculus **X** ulos, ut videas claritatem Dei.

In naribus: Signo tibi nastrum **X** res, ut odorem suavitatis Christi sentias.

In ore: Signo tibi os **X**, ut loquaris verba vitae.

In pectore: Signo tibi pectoris **X** ctus, ut credas in Deum.

In scapulis: Signo tibi scapula **X** pulas, ut suscipes jugum servitutis ejus.

In toto corpore, illud non tangens, manu producit signum crucis, et dicit:

Signo te in totum in nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti, ut habeas vitam aeternam, et vivas in saecula saeculorum. R. Amen.

#### Pro uno vel una

Oramus

**P**reces nostrarum, quæsumus, Domine, clementer exaudi, et hunc Electum tuum N. (hanc Electam tuam N.) Crucis Dominicæ impressione signatum (-am), perpetua virtute custodi: ut, magnitudinis gloriae tuæ rudimenta servans, per custodium mandatorum tuorum ad regenerationis gloriam pervenire mereatur. Per Christum Dominum nostrum.

R. Amen.

Oramus.

**D**eus, qui humani generis ita es conditor, ut sis etiam reformator, propitiare populis adoptivis, et novo testamento sobilem novæ proles adscrive: ut filii promissionis, quod non potuerunt assequi per naturam gaudent se receperint per gratiam. Per Christum Dominum nostrum.

R. Amen.

9. Tunc imponit manum super caput Electi (singulorum Electorum), et postea manum extensam tenens dicit:

#### Pro uno vel una

Oramus

**O**mnipotens, semperne Deus, Pater Domini nostri Iesu Christi, respicere digneris super

#### Pro pluribus

Oramus

**P**reces nostrarum, quæsumus, Domine, clementer exaudi, et hos Electos tuos N. et N., (has Electas tuas N. et N.) Crucis Dominicæ impressione signatos (-as), perpetua virtute custodi: ut, magnitudinis gloriae tuæ rudimenta servantes, per custodium mandatorum tuorum ad regenerationis gloriam pervenire mereantur. Per Christum Dominum nostrum.

R. Amen.

Oratio

#### Pro pluribus

Oramus

**O**mnipotens, semperne Deus, Pater Domini nostri Iesu Christi, respicere digneris super

## Titulus II—Caput 6

hunc fámulum tuum N., quem (hanc fámulam tuam N. quam) dudum ad rudiménta fidei vocáre dignátus es: omnem cæcitaté cordis ab eo (ea) expélle: disrúmpe omnes láqueos sátanæ, quibus fúerat colligátus (-a): áperi ei, Dómine, jánuam pietatis tuæ, ut, signo sapiéntiæ tuae imbútus (-a) ómnium cupiditátum fœtóribus cáreat, et ad suávem odórem præceptórum tuórum lætus (-a) tibi in Ecclésia tua desérviat, et proficiat de die in diem, ut idóneus (-a) sit frui grátia Baptísmi tui, quem suscépit, salis percépta medicína. Per eúmdem Christum Dóminum nostrum.

R. Amen.

10. Deinde Sacerdos benedicit sal.

### Benedictio salis

**E**xorcízo te, creatúra salis, in nómine Dei ✕ Patris, omnípotentis, et in caritáte Dómini nostri Jesu ✕ Christi, et in virtúte Spíritus ✕ Sancti.

Exorcízo te, per Deum ✕ vivum, per Deum ✕ verum, per Deum ✕ sanctum, per Deum ✕, qui te ad tutélam humáni géneris procreávit, et pôpulo veniénti ad credulitátem per servos suos consecrári præcépit, ut in nómine sanctæ Trinitatis efficiciáris salutare sacraméntum ad effugándum inimícum. Proínde rogámus te, Dómine, Deus noster, ut hanc creatúram salis sanctificándo sanctí ✕ fices, et benedicéndo bene ✕ dicas, ut fiat ómnibus accipiéntibus perfécta medicína, pémanens in viscéribus eórum, in nómine ejúsdem Dómini nostri Jesu Christi, qui ventúrus est judicáre vivos et mórtuos, et sáculum per ignem. R. Amen.

### Pro gentilibus et idoloatris

11. Quod si Electus fuerit gentilis, seu ex idoloatris venerit ad fidem, benedicto sale, antequam ejus medicinam gustet, Sacerdos addat sequentem Orationem, quae tamen pro venientibus ex Hebræis vel aliis, ut supra, non dicitur:

#### Pro uno vel una

Orémus.

**D**ómine sancte, Pater omnípotens, ætére Deus, qui es, et qui eras, et qui pémanes usque in finem, cujus origo nescítur, nes finis comprehéndi potest: te súpplices invocámus super hunc fámulum tuum N., quem (hanc fámulam tuam N. quam) liberásti de erróre gentílium et conversatióne turpíssima: dignáre exaudíre eum, qui (eam, quæ) tibi cervices suas humíliat ad lavácri fontem, ut, renátus (-a) ex aqua et Spíritu Sancto, exspoliátus (-a) véterem

Oratio

#### Pro pluribus

Oratio

Orémus.

**D**omine sancte, Pater omnípotens, ætére Deus, qui es, et qui eras, et qui pémanes usque in finem, cujus origo nescítur, nec finis comprehéndi potest: te súpplices invocámus super hos fámulos tuos N. et N. quos (has fámulas tuas N. et N. quas) liberásti de erróre gentílium et conversatióne turpíssima: dignáre exaudíre eos, qui (eas, quæ) tibi cervices suas humílian ad lavácri fontem, ut, renátus (-a) ex aqua et Spíritu Sancto, exspoliátus (-a) véterem

### Supplenda super adultum baptizatum

hóminem, índuat novum, qui secúndum te creátus est; accípiat vestem incorrúptam, et immaculátam, tibique Deo nostro servíre mereáatur. Per Christum Dóminum nostrum.

R. Amen.

12. Tunc pollice et indice accipit de ipso sale benedicto, et immittit in os Electi, dicens (singulariter singulis):

N. Accipe sal sapiéntiae: propitiatio sit tibi in vitam ætérnam. R. Amen.

Sacerdos: Pax tecum. R. Et cum spíitu tuo.

#### **Pro una vel una**

Orémus

**D**eus patrum nostrorum, Deus univérsæ cónditor veritatis, te súpplices exorámus, ut hunc fámulum tuum N. (hanc fámulam tuam N.) respícere digneris propítius, et hoc pábulum salis gustántem, non diútius esuríre permítta, quo minus cibo expléátor cælesti, quátenus sit semper spíritu fervens, spe gaudens, tuo semper nómini sérviens: et quem (quam) ad novæ regeneratiónis lavácrum perduxísti, quæsumus, Dómine, ut cum fidélibus tuis promissiónum tuárum ætérrna præmia cónsequi mereáatur. Per Christum Dóminum nostrum. R. Amen.

13. Si inter Electos adsint feminæ, recedant ipsæ in partem, quoadusque dictus fuerit pro masculis uterque Exorcismus, ut infra sub n. 19. pag. 49.

#### **Pro uno masculo**

Orémus.

Oratio

14. Deinde Sacerdos dicit super masculum stantem:

Ora, Elécte, flecte génu, et dic: Pater noster.

Et Electus genu flexo, orat et dicit:

Pater noster, usque ad Sed líbera nos a malo, inclusive.

Sacerdos subjungit: Leva, comple oratióinem tuam et dic: Amen.

Et ille surgens respondet: Amen.

Sacerdos dicit patrino: Signa eum.

Deindo Electo: Accéde.

Et patrinus pollice signat eum in fronte, dicens:

In nómine Patris, et Fílii, et Spíritus Sancti.

#### **Pro pluribus**

Orémus

Oratio

**D**eus patrum nostrorum, Deus, univérsæ cónditor veritatis, te súpplices exorámus, ut hos fámulos tuos N. et N. (has fámulas tuas N. et N.) respícere digneris propítius, et hoc pábulum salis gustantes, non diútius esuríre permítta, quo cibo expléátor cælesti, quátenus sint semper spíritu ferventes, spe gaudentes, tuo semper nómini servientes: et quos (quas) ad novæ regeneratiónis lavácrum perduxísti, quæsumus, Dómine, ut cum fidélibus tuis promissiónum tuárum ætérrna præmia cónsequi mereáatur. Per Christum Dóminum nostrum. R. Amen.

#### **Pro pluribus masculis**

Orémus.

Oratio

14. Deinde Sacerdos dicit super masculos stantes:

Oráte, Elécti, fléctite génu, et dícite: Pater noster.

Et Electi, genu flexo, orant, et dicunt: Pater noster, usque ad Sed líbera nos a malo, inclusive.

Sacerdos subjungit: Leváte, compléte oratióinem vestram et dícite: Amen.

Et ille surgentes respondnet: Amen.

Sacerdos dicit patrini: Signáte eos.

Deindo Electos: Accédite.

Et patrini pollice signant Electos suos in fronte singulorum, dicens:

In nómine Patris, et Fílii, et Spíritus Sancti.

## Titulus II—Caput 6

15. Tum Sacerdos quoque facit crucem in fronte, dicens:

In nōmine Patris, et Fílii, et Spíritus Sancti.

Deinde imponit manum super eum, et postea manum extensam tenens dicit:

Orémus

Oratio

**D**eus Abraham, Deus Isaac, Deus Jacob, Deus qui Móysi fámulo tuo in monte Sínai apparuísti, et filios Israël de terra Ægypti eduxísti, députans eis Angelum pietatis tuæ, qui custodíret eos die ac nocte: te quásumus, Dómine, ut mítttere dignérís sanctum Angelum de cælis, qui simíliter custódiat et hunc fámulum tuum N., et perdúcat eum ad grátiam Baptísmi tui. Per Christum Dóminum nostrum.  
R. Amen.

### **Exorcismus**

**E**rgo, maledícte diábole, recognósce sentétiā tuā, et da honórem Deo vivo et vero, da honórem Jesu Christo Fílio ejus, et Spirítui Sancto, et recéde ab hoc fámulo Dei N., quia istum sibi Deus et Dóminus noster Jesus Christus ad suam sanctam grátiam, fontémque Baptísmatis vocáre dignátus est: et hoc signum sanctæ Cru **X** cis (**signat eum**), quod nos fronti ejus damus, tu, maledícte diábole, numquam áudeas violáre. Per eúmdem Christum Dóminum nostrum, qui ventúrus est judicáre vivos et mórtuos, et sǽculum per ignem.

R. Amen.

16. **Sacerdos iterum dicit Electo:**

Ora, Elécte, flecte génua, et dic: Pater noster.

Et Electus, genu flexo, orat, et dicit: Pater noster, usque ad Sed líbra nos a malo, inclusive.

Sacerdos subjungit: Leva, comple oratióñem tuam et dic: Amen.

Et ille surgens respondet: Amen.

Sacerdos dicit patrino: Signa eum.

Deinde Electo: Accéde.

Et patrini pollice signat eum in fronte dicens:

In nōmine Patris, et Fílii, et Spíritus Sancti.

15. Tum Sacerdos quoque facit crucem in fronte singulorūm, dicens:

In nōmine Patris, et Fílii, et Spíritus Sancti.

Deinde imponit manum super singulos, et postea manum extensam tenens dicit:

Orémus

Oratio

**D**eus Abraham, Deus Isaac, Deus Jacob, Deus qui Móysi fámulo tuo in monte Sínai apparuísti, et filios Israël de terra Ægypti eduxísti, députans eis Angelum pietatis tuæ, qui custodíret eos die ac nocte: te quásumus, Dómine, ut mítttere dignérís sanctum Angelum de cælis, qui simíliter custódiat et hos fámulos tuos N. et N., et perdúcat eos ad grátiam Baptísmi tui. Per Christum Dóminum nostrum.  
R. Amen.

### **Exorcismus**

**E**rgo, maledícte diábole, recognósce sentétiā tuā, et da honórem Deo vivo et vero, da honórem Jesu Christo Fílio ejus, et Spirítui Sancto, et recéde ab his fámulis Dei N. et N., quia istos sibi Deus et Dóminus noster Jesus Christus ad suam sanctam grátiam, fontémque Baptísmatis vocáre dignátus est: et hoc signum sanctæ Cru **X** cis (**signat singulos**), quod nos fronti eórum damus, tu, maledícte diábole, numquam áudeas violáre. Per eúmdem Christum Dóminum nostrum, qui ventúrus est judicáre vivos et mórtuos, et sǽculum per ignem. R. Amen.

16. **Sacerdos iterum dicit Electis:**

Oráte, Elécti, fléctite génua, et dícite: Pater noster.

Et Electi, geno flexo, orant et dicunt: Pater noster, usque ad Sed líbera nos a malo, inclusive.

Sacerdos subjungit: Leváte, compléte oratióñem vestram et dícite: Amen.

Et illi surgentes respondent: Amen.

Sacerdos dicit patrini: Signáte eos.

Deinde Electis: Accédite.

Et patrini pollice signant Electos suos in fronte singulorūm dicens: In nōmine Patris et Fílii, et Spíritus Sancti.

### Supplenda super adultum baptizatum

17. **Tum Sacerdos quoque facit crucem in fronte ejus, dicens:** In nōmine Patris, et Fílii, et Spíritus Sancti.

**Deinde imponit manum super eum, et postea manum extensam tenens dicit:**

Orémus

Oratio

**D**eus, immortálē præsídium ómnium postulántium, liberátio súpplicem, pax rogántium, vita credéntium, resurréctio mortuórum: te ínvoco super hunc fámilum tuum N., qui, Baptísmi tui donum petens, ætérmam cósequi grátiam spirituáli regeneratióne desíderat: áccipe eum, Dómine, et quia dignátus es dícere: Pétite, et accipiétis; quárite et inveniétis; pulsáte, et aperiétur vobis: peténti præmíum pórrige, et jánuam pande pulsánti, ut ætérmam cælestis lavári benedictiónem consecútus promísa tui múnéris regna percípiat: Qui cum Patre, et Spíritu Sancto vivis et regnas Deus, in sǽcula sæculórum. Rx. Amen.

### **Exorcismus**

**A**udi, maledícte sátana, adjurátus per nomen æterni Dei, et Salvatóris nostri Jesu Christi Fílii ejus, cum tua victus invídia, tremens geménsque discéde: nihil tibi sit commúne cum servo Dei N., jam cælestia cogitánte, renunciatúro tibi et sǽculo tuo, et báatæ immortalitáti victúro. Da ígitur honórem advieniénti Spíritui Sancto, qui ex summa cæli arce descéndens, proturbátis fráudibus tuis, divíno fonte purgátum péctus, sanctificátum Deo templum et habitáculum perfécit: ut ab ómnibus pénitus nóxiis præteritórum críminum liberátus, servus Dei grátias perénni Deo réferat semper, et benedícat nomens anctum ejus in sǽcula sæculórum. Rx. Amen.

18. **Sacerdos tertio dicit Electo:** Ora, Elécte, flecte génu, et dic: Pater noster.

**Et Electus, genu flexo, orat, et dicit:** Pater noster, usque ad Sed líbra nos a malo, inclusive.

**Sacerdos subjungit:** Leva, comple oratióñem tuam, et dic: Amen.

Et ille surgens respondet: Amen.

**Sacerdos dicit patrino:** Signa eum.

Deinde Electo: Accéde.

17. **Tum Sacerdos quoque facit crucem in fronte singulorum, dicens:**

In nōmine Patris, et Fílii, et Spíritus Sancti. **Deinde imponit super singulos, et postea manum extensam tenens dicit:**

Orémus

Oratio

**D**eus, immortálē præsídium ómnium postulántium, liberátio súpplicum, pax rogántium, vita credéntium, resurréctio mortuórum: te ínvoco super hos fámulos tuos N. et N., qui Baptísmi tui donum peténtes, ætérmam cósequi grátiam spirituáli regeneratióne desíderant: áccipe eos, Dómine, et quia dignátus es dícere: Pétite, et accipiétis quárite et inveniéntis; pulsáte, et aperiétur vobis: peténtibus præmíum pórrige, et jánuam pande pulsántibus, ut, ætérmam cælestis lavári benedictiónem consecúti, promíssa tui múnéris regna percípiant: Qui cum Patre, et Spíritu Sancto vivis et regnas Deus, in sǽcula sæculórum. Rx. Amen.

### **Exorcismus**

**A**udi, maledícte sátana, adjurátus per nomen æterni Dei, et Salvatóris nostri Jesu Christi Fílii ejus, cum tua victus invídia, tremens, geménsque, discéde: nihil tibi sit commúne cum servis Dei N. et N., jam cælestia cogitántibus, renunciatúris tibi et sǽculo tuo, et báatæ immortalitáti victúris. Da ígitur honórem advieniénti Spíritui Sancto, qui, ex summa cæli arce descéndens, proturbátis fráudibus tuis, divíno fonte purgáta péctora, sanctificáta Deo templo et habitácula perfécit: ut, ab ómnibus pénitus nóxiis præteritórum críminum liberáti, servi Dei grátias perénni Deo réferant semper, et benedicant nomen sanctum ejus in sǽcula sæculórum. Rx. Amen.

**18. Sacerdos tertio dicit Electis:** Oráte, Elécti, fléctite génu, et dícite: Pater noster.

**Et Electi, genu flexo, orant, et dicunt:** Pater noster, usque ad Sed líbra nos a malo, inclusive.

**Sacerdos subjungit:** Leváte, compléte oratióñem vestram, et dícite: Amen.

**Et illi surgens respondent:** Amen

**Sacerdos dicit patrinis:** Signáte eos.

Deinde Electis: Accédite.

## Titulus II—Caput 6

Et patrinus pollice signat eum in fronte dicens:  
In nōmine Patris, et Fílii, et Spíritus Sancti.

19. Tum Sacerdos quoque facit crucem in fronte ejus, dicens: In nōmine Patris, et Fílii, et Spíritus Sancti.

Deinde imponit manum super eum, et postea manum extensam tenens dicit:

### **Exorcismus**

**E**xorcízo te, immúnde spíritus, in nōmine Pa  
**X** tris, et Fí **X** lii, et Spíritus **X** Sancti, ut  
éxeas, et recédas ab hoc fámulo Dei **N.**: Ipse  
enim tibi ímperat, maledícte damnáte, qui  
péribus super mare ambulávit, et Petro  
mergénti déxteram porréxit.

### **Exorcismus**

**E**rgo maledícte diábole, recognósce senténtiam  
tuam, et da honórem Deo vivo et vero, da  
honórem Jesu Christo Fílio ejus, et Spirítui  
Sancto, et recéde ab hoc fámulo Dei **N.**, quia  
istum sibi Deus et Dóminus noster Jesus  
Christus ad suam sanctam grátiam, fontémque  
Baptísmatis vocáre dignátus est: et hoc signum  
sanctæ cru **X** cis (**signat eum**), quod nos fronti  
ejus damus, tu, maledícte diábole, numquam  
áudeas violáre. Per eúmdem Christum  
Dóminum nostrum, qui ventúrus est judicáre  
vivos et mórtuos, et sǽculum per ignem.

**R.** Amen.

Si inter Electos adsint feminæ, retrahunt se masculi in partem, et accedunt feminæ.

### **Pro una femina**

20 Sacerdos dicit super Electam stantem:

Ora, Elécta, flecte génu, et dic : Pater noster.

Et Electa, genu flexo, orat, et dicit: Pater noster,  
usque ad Sed líbera nos a malo, inclusive.

Sacerdos subjungit: Leva, comple oratióñem tuam,  
et dic: Amen.

Et illa surgens respondet: Amen.

Sacerdos dicit patrino vel matrinæ: signa eam.

Deinde Electæ: Accéde.

Et patrinus vel matrina pollice signat eam in  
fronte, dicens: In nōmine Patris, et Fílii, et Spíritus  
Sancti.

21. Tum Sacerdos quoque facit crucem in fronte  
ejus, dicens: In nōmine Patris, et Fílii, et Spíritus  
Sancti.

Et partini pollice signant Electos suos in fronte,  
dicentes: In nōmine Patris, et Fílii, et Spíritus  
Sancti.

19. Tum Sacerdos quoque facit crucem in  
frontes singulorum diceens: In nōmine Patris,  
et Fílii, et Spíritus Sancti. Deinde imponit  
manum super singulos, et postea manum  
extensam tenens dicit:

### **Exorcismus**

**E**xorcízo te, immúnde spíritus, In nōmine Pa  
**X** tris, et Fí **X** lii, et Spíritus **X** Sancti, ut  
éxeas, et recédas ab his fámulis Dei **N.** et  
**N.**: Ipse enim tibi ímperat, maledícte damnáte,  
qui péribus super mare ambulávit, et Petro  
mergénti déxteram porréxit.

### **Exorcismus**

**E**rgo maledícte diábole, recognósce senténtiam  
tuam, et da honórem Deo vivo et vero, da  
honórem Jesu Christo Fílio ejus, et Spirítui  
Sancto, et recéde ab his fámulis Dei **N.** et  
**N.**, quia istos sibi Deus et Dóminus noster Jesus  
Christus ad suam sanctam grátiam, fontémque  
Baptísmatis vocáre dignátus est: et hoc signum  
sanctæ cru **X** cis (**signant singulos**),  
quod nos fronti eórum damus, tu, maledícte diábole,  
numquam áudeas violáre. Per eúmdem Christum  
Dóminum nostrum, qui ventúrus est judicáre  
vivos et mórtuos, et sǽculum per ignem.  
**R.** Amen.

### **Pro pluribus feminis**

20. Sacerdos dicit super Electas stantes:

Oráte, Eléctæ, fléctite génu, et dícite : Pater  
noster.

Et Electæ, genu flexo, orant, et dicunt: Pater noster,  
usque ad Sed líbera nos a malo, inclusive.

Sacerdos subjungit: Leváte, compléte oratió-nem  
vestram, et dícite: Amen.

Et illæ surgentes respondent : Amen.

Sacerdos dicit patrinis vel matrinis: Signáte eas.

Deinde Electis: Accédite.

Et patrini vel matrinæ pollice signant

Electas suas in fronte, dicentes: In nōmine Patris, et  
Fílii, et Spíritus Sancti.

21. Tum Sacerdos quoque facit crucem in fronte  
singularum, dicens: In nōmine Patris, et Fílii, et  
Spíritus Sancti.

### Supplenda super adultum baptizatum

Deinde imponit manum super eam, et postea manum extensam tenens dicit:

Orémus

Oratio

**D**eus cæli, Deus terræ, Deus Angelórum, Deus Archangelórum, Deus Patriarchárum, Deus Prophetárum, Deus Apostolórum, Deus Márti-rum, Deus Confessórum, Deus Vírginum, Deus ómnium bene vivéntium, Deus cui ómnis lingua confitétur, et omni genu fléctitur, cælestium, terréstrium, et infernórum: te ínvoco, Dómine, super hanc fámulam tuam **N.**, ut eam custodíre, et perdúcat dignérís ad grátiam Baptísmi tui. Per Christum Dóminum nostrum. **R.** Amen.

### **Exorcismus**

**E**rgo, maledícte diábole, cognósce senténtiam tuam, et da honórem Deo vivo et vero, da honórem Jesu Christo Fílio ejus, et Spirítui Sancto, et recéde ab hac fámula Dei **N.** quia istam sibi Deus et Dóminus noster Jesus Christus ad suam sanctam grátiam, fontémque Baptísmatis vocáre dignátus est: et hoc signum sanctæ cru **¶** cis (**signat eam**), quod nos fronti ejus damus, tu, maledícte diábole, numquam áudeas violáre. Per eúmdem Christum Dóminum nostrum, qui ventúrus est judicáre vivos et mórtuos, et sǽculum per ignem. **R.** Amen.

22. Sacerdos iterum dicit Electæ (in plurali pro pluribus):

Ora, Elécta, flecte génu, et dic : Pater noster.

Et Electa, genu flexo, orat, et dicit: Pater noster, usque ad Sed líbera nos a malo, inclusive.

Sacerdos subjungit: Leva, comple oratióne tuam, et dic: Amen.

Et illa surgens respondet: Amen.

Sacerdos dicit patrino vel matrinæ: Signa eam.

Deinde Electæ: Accéde.

Et patrinus vel matrina pollice signat eam in fronte, dicens: In nómine Patris, et Fílii, et Spíritus Sancti.

23. Tum Sacerdos quoque facit crucem in fronte ejus (singularum), et dicit: In nómine Patris, et Fílii, et Spíritus Sancti.

Deinde imponit manum super eam (singulas), et postea manum extensam tenens dicit:

**D**EUS Abraham, Deus Isaac, Deus Jacob, Deus, qui per Móysi fámulo tuo in monte Sinai apparuísti, et filios Israël de terra Ægypti eduxísti, députans eis Angelum pietatis tuæ, qui custodíret eos die ac nocte: te quæsumus Dómine; ut mítttere dignérís sanctum Angelum tuum de cælis, qui simíliter custódiat et hanc fámulam tuam **N.** et perdúcat eam ad grátiam Baptísmi tui. Per Christum Dóminum nostrum. **R.** Amen.

### **Exorcismus (In plurali pro pluribus)**

**E**RGO, maledícte diábole, recognósce senténtiam tuam, et da honórem Deo vivo et vero, da honórem Jesu Christo Fílio ejus, et Spirítui Sancto, et recéde ab hac fámula Dei **N.** quia istam sibi Deus et Dóminus noster Jesus Christus ad suam sanctam grátiam, fontémque Baptísmatis vocáre dignátus est: et hoc signum sanctæ cru **¶** cis (**signat singulas**), quod nos fronti ejus damus, tu, maledícte diábole, numquam áudeas violáre. Per eúmdem Christum Dóminum nostrum, qui ventúrus est judicáre vivos et mórtuos, et sǽculum per ignem. **R.** Amen.

## Titulus II—Caput 6

24. **Sacerdos tertio dicit Electæ:** Ora, Elécta, flecte génu, et dic: Pater noster.  
**Et Electa, genu flexo, orat et dicit:**  
Pater noster, usque ad Sed libera nos a malo, inclusive.  
**Sacerdos subjungit:** Leva, comple oratióñem tuam et dic: Amen.  
**Et illa surgens respondet:** Amen.  
**Sacerdos dicit patrino vel matrinæ:** Signa eam.  
**Deinde Electæ:** Accéde.  
**Et patrinus vel matrinus pollice signat eam in fronte, dicens:** In nómine Patris, et Fílii, et Spíritus Sancti.

25. **Tum Sacerdos quoque facit crucem in fronte ejus, dicens:** In nómine, Patris, et Fílii, et Spíritus Sancti.  
**Deinde imponit manum super eam, et postea manum extensam tenens dicit:**

### **Exorcismus**

**E**xorcízo te, immúnde spíritus, per Pa **✚** trem, et Fí **✚** lium, et Spíritum **✚** Sanctum, ut éxeas, et recédas ab hac fámula Dei **N.**: Ipse enim tibi ímparat, maledicte damnáte, qui cæco nato óculos apéruit, et quatriduánum Lázarum de monuénto suscitávit.

### **Exorcismus**

**E**rgo, maledícte diábole, recognósce senténtiam tuam, da honórem Deo vivo et vero, honórem Jesu Christo Fílio ejus, et Spirítui Santo, et recéde ab hac fámula Dei **N.**, quia istam sibi Deus et Dóminus noster Jesus Christus ad suam sanctam grátiam, fontémque Baptísmatis vocáre dignátus est: et hoc signum sanctæ cru **✚** cis (**signat eam**), quod nos fronti ejus damus, tu, maledicte diábole, numquam áudeas violáre. Per eúmdem Christum Dóminum nostrum, qui ventúrus est judicáre vivos et mórtuos, et sǽculum per ignem.

**R.** Amen.

### **Pro omnibus**

Postmodum accedunt iterum masculi, qui se retraxerant, et ipsi ad dexteram, feminæ vero ad sinistram Sacerdotis, ut in principio, disponuntur.

26. **Tum Sacerdos imponit manum super Electum, vel si sint plures, super singulos tam masculos quam feminas, et postea manum extensam tenens dicit ( in plurali pro pluribus tam masculis quam feminis):**

24. **Sacerdos tertio dicit Electis:** Oráte, Eléctæ, fléctite génu, et dícite: Pater noster.  
**Et Electæ, genu flexo, orant, et dicunt:** Pater noster, usque ad Sed libera nos a malo, inclusive.

**Sacerdos subjungit:** Leváte, compléte oratióñem vestram et dícite: Amen.

**Et illae surgentes respondent:** Amen.

**Sacerdos dicit patrinis vel matrinis:** Signáte eas.

**Deinde Electis:** Accédite.

**Et patrini vel matrinae pollice signant Electas suas in fronte, dicens:** In nómine Patris, et Fílii, et Spíritus Sancti.

25. **Tum Sacerdos quoque facit crucem in fronte singularum, dicens:** In nómine Patris ,et Fílii, et Spíritus Sancti.

**Deinde imponit manum super singulas, et postea manum extensam tenens dicit:**

### **Exorcismus**

**E**xorcízo te, immúnde spíritus, per Pa **✚** rem, et Fi **✚** lium, et Spiritum **✚** Sanctum, ut éxeas, et recédas ab his famulábus Dei **N.** et **N.**: Ipsi enim tibi ímparat, maledicte damnáte, qui cæco nato óculos apéruit, et quatriduánum Lázarum de monuménto suscitávit.

### **Exorcismus**

**E**rgo, maledícte diábole, recognósce senténtiam tuam, da honórem Deo vivo et vero, da honórem Jesus Christo Fílio ejus, et Spirítui Sancto, et recéde ab his famulábus Dei **N.** et **N.**, quia istas sibi Deus et Dóminus noster Jesus Christus ad suam sanctam grátiam, fontémque Baptísmatis vocáre dignátus est: et hoc signum sanctæ cru **✚** cis (**signate singulas**), quod nos fronti eárum damus, tu, maledicte diábole, numquam áudeas violáre. Per eúmdem Christum Dóminum nostrum, qui ventúrus est judicáre vivos et mórtuos et sǽculum per ignem. **R.** Amen.

Supplenda super adultum baptizatum

**Pro uno vel una**

Orémus

**A**eternam ac justissimam pietatem tuam deprecor, Domine sancte, Pater omnipotens, aeternus Deus, auctor lumen et veritatis, super hunc famulum tuum N. (hanc famulam tuam N.), ut digneris eum (eam) illuminare lumine intelligentiae tuae: munda eum (eam), et sanctifica: da ei scientiam veram, ut dignus (-a) sit frui gratia Baptismi tui, quem suscepit; tenet firmam spem, consilium rectum, doctrinam sanctam, ut aptus (-a) retinendam gratiam Baptismi tui. Per Christum Dominum nostrum. Rx. Amen.

27. His peractis, Sacerdos sinistra manu apprehendens dexteram Electi prope brachium, vel ei porrigens extremam partem stolae, ex humero sinistro pendentem, intriducit eum in ecclesiam; et si Electi sint plures, primus sinistra manu tarhit secundum, et secundus tertiam, etc.

**Pro uno vel una**

N. Ingradere in sanctam ecclesiam Dei, ut accipias benedictionem caelestem a Domino Iesu Christo, ut habeas partem cum illo et Sanctis ejus.

Rx. Amen.

28. Et ingressus Electus procumbit, seu prosternit se in pavimento, et adorat (si plures, omnes simul).

29. Deinde surgit (si plures, omnes simul), et Sacerdos imponit manum super caput ejus (singulorum, si plures), et Electus cum eo recitat Symbolorum Apostolorum, et Orationem Dominicam.

30. Ita etiam si plures sint, omnes simul recitant:

**C**redo in Deum, Patrem omnipotentem, Creatorem caeli et terrae. Et in Iesum Christum, Filium ejus unicum, Dominum nostrum: qui conceptus est de Spiritu Sancto, natus ex Maria Virgine, passus sub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus, et sepultus: descendit ad inferos; tercia die resurrexit a mortuis; ascendit ad caelos; sedet ad dexteram Patris omnipotentis: inde venturus est judicare vivos, et mortuos. Credo in Spiritum Sanctum, sanctam Ecclesiam catholicam, Sanctorum communione, remissionem peccatorum, carnis resurrectiōnem, vitam aeternam. Amen.

**P**ater noster, qui es in celis, sanctificetur nomen tuum. Adveniat regnum tuum. Fiat voluntas tua, sicut in caelo, et in terra. Panem nostrum quotidianum da nobis hodie. Et dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitibus nostris. Et ne nos inducas in tentationem: sed libera nos a malo. Amen.

31. Tunc Sacerdos, versis renibus ostio cancellorum Baptisterii, rursus imponit manum super caput Electi (singulorum Electorum), et postea manum extensam tenens dicit:

**Pro pluribus**

Oratio

Orémus

Oratio

**A**eternam ac justissiman pietatem tuam deprecor, Domine sancte, Pater omnipotens, aeternus Deus, auctor lumen et veritatis, super hos famulos tuos N. et N. (has famulas tuas N. et N.), ut digneris eos (eas) illuminare lumine intelligentiae tuae: munda eos, (eas), et sanctifica: da eis scientiam veram, ut digni (-a) sint frui gratia Baptismi tui, quem suscepérunt; tenent firmam spem, consilium rectum, doctrinam sanctam, ut apti (-a) sint ad retinendam gratiam Baptismi tui. Per Christum Dominum nostrum. Rx. Amen.

**Pro pluribus**

N. et N., Ingredimini in sanctam ecclesiam Dei, ut accipiatis benedictionem caelestem a Domino Iesu Christo, et habeatis partem cum illo et Sanctis ejus.

Rx. Amen.

**Exorcismus**

**Pro una vel uno**

**N**ec te latet, sátana, imminére tibi pœnas, imminére tibi torménta, imminére tibi diem judíci, diem supplíci sempitérni: diem qui ventúrus est velut clíbanus ardens, in quo tibi atque univérsis ángelis tuis præpártus sempitérnus erit intéritus. Proínde, damnáte, atque damnánde, da honórem Deo vivo et vero, da honórem Jesu Christo Fílio ejus, et Spíritui Sancto Páraclito, in cuius nómine atque virtúte præcípio tibi, quicúmque es, spíritus immúnde, ut éxeas, et recédas ab hoc fámulo Dei N. quem (has fámula Dei N. quam) hódie idem Deus et Dóminus noster Jesus Christus, ad suam sanctam grátiam et benedictiónem, fontémque Baptísmatis dono vocáre dignátus est: ut fieret ejus tempulum per aquam regeneratiónis in remissiónem ómnium peccatórum.

In nómine ejúsdem Dómini nostri Jesu Christi, qui ventúrus est judicáre vivos et mórtuos, et sáculum per ignem. Rx. Amen.

32. Postea Sacerdos pollice accipit de saliva oris sui (quod omittur quotiescumque rationabilis adest causa munditiei tuendæ aut periculum morbi contrehendi vel propagandi quin tamen in tali casu tactus præscriptus cum sua formula omittatur); et tangit aures et nares Electi (singulorum Electorum); tangendo vero aurem dexteram et sinistram, dicit: Ephpheta, quod est, Adaperíre. Deinde tangendo nares dicit: In odórem suavitáris. Tu autem effugáre, diábole; appropinquinábit enim judícium Dei.

33. Deinde interrogat Electum (singulos, si plures):

Quis vocáris?

Et ipse respondeat: N.

Interrogat: Abrenúntias sátanæ?

Rx. Abrenúntio.

Interrogat: Et ómnibus opéribus ejus?

Rx. Abrenúnto.

Interrogat: Et ómnibus pompis ejus?

Rx. Abrenúntio.

**Pro pluribus**

**N**ec latet, sátana, imminére tibi pœnas, imminére tibi torménta, imminére tibi diem judíci, diem supplíci sempitérni: diem qui ventúrus est velut clíbanus ardens, in quo tibi atque univérsis angelis tuis præpártus sempitérnus erit intéritus. Proínde, damnáte, atque damnánde, da honórem Deo vivo et vero, da honórem Jesu Christo Fílio ejus, et Spíritui Sancto Páraclito, in cuius nómine atque virtúte præcípio tibi, quicúmque es, spíritus immúnde, ut éxeas, et recédas ab his fámulis Dei N. et N., quos (fámulabus Dei N. et N., quas) hódie idem Deus et Dóminus noster Jesus Christus ad suam sanctam grátiam et benedictiónem, fontémque Baptísmatis donovocáre dignátus est: ut fierent ejus tempulum per aquam regeneratiónis in remissiónem ómnium peccatórum. In nómine ejúsdem Dómini nostri Jesu Christi qui ventúrus est judicáre vivos et mórtuos, et sáculum per ignem. Rx. Amen.

**Unctio Olei**

34. Tunc Sacerdos intingit pollicem dexteræ manus in Oleo sancto Catechumenorum, et inungit Electum (singulos Electos) primum in pectore, deinde inter scapulas in modum crucis, dicens (singulariter singulis)

Ego te línio ✠ Oleo salútis in Christo Jesu Dómino nostro in vitam ætárnam. Rx. Amen.

V. Pax tibi Rx. Et cum spíritu tuo.

### Supplenda super adultum baptizatum

35. Mox bombacio, vel re simili, tergit pollicem et loca inuncta, et subjungit, dicens (singulis, si plures):

Exi, immûnde spíritus, et honórem Deo vivo et vero. Fuge, immûnde spíritus, et da locum Christo Fílio ejus. Recéde, immûnde spíritus, et da locum Spíritui Sancto Paráclito.

36. Stans ibidem extra cancellos, Sacerdos deponit pluviale ac stolam coloris violacei, et sumit stolam ac pluviali albi coloris.

### **In Baptisterio**

37. Tunc ducitur Electus ad Baptisterium, ubi Sacerdos interroget Electum (singulos, si plures):

Quis vocáris? Respondet: N.

38. Interrogat (singulos, si plures):

N. Credis in Deum Patrem omnipoténtem, créatorem cæli et terræ?

R<sup>g</sup>. Credo.

Interrogat (singulos, si plures)

Credis in Jesum Christum, Filium ejus únicum, Dóminum nostrum, natum et passum?

R<sup>g</sup>. Credo.

Interrogat (singulos, si plures):

Credis et in Spíritum Sanctum, sanctam Ecclésiam cathólicam, Sanctórum communiónem, remissiónem peccatórum, carnis resurrectiōnem, et vitam ætérnam?

R<sup>g</sup>. Credo.

### **Unctio Chrismatis**

39. Deinde Sacerdos intingis pollicem in sacro Chrismate, et perungit verticem Electi (singulorum Electorum) in modum crucis, dicens:

**D**eus omnípotens, Pater Dómini nostri Jesu Christi, qui te regenerávit ex aqua et Spíritu Sancto, quinque debit tibi remissiónem ómnium peccatórum (*hic ingungit*), ipse te líniat **✚** Chrísmate salútis in eódum Christo Jesu Dómino nostro in vitam ætérnam. R<sup>g</sup>. Amen.

V. Pax tecum. R<sup>g</sup>. Et cum spíritu tuo.

40. Tunc bombacio vel re simili pollicem tergit, et imponit capiti Electi chrismale, seu candidum linteolum, et dat illi vestem candidam dicens (singulis, si plures):

Accipe vestem cándidam, quam pérferas immaculátam ante tribúnal Dómini nostri Jesu Christi, ut hábeas vitam ætérnam. R<sup>g</sup>. Amen

41. Et Electus deponit priores vestes, et induitur novis albi coloris, vel saltem exteriore candida, quam a Sacerdote accepit.

Postea dat ei Sacerdos cereum, seu candelam accensam in manu dextera, dicens (singulis, si plures):

Accipe lámpadem ardéntem, et irreprehensíbilis custódi Baptísmum tuum: serva Dei mandáta, ut, cum Dóminus vénerit ad nuptias, possis occurrere ei una cum ómnibus Sanctis in aula cælesti et vivas in sǽcula sǽculórum. R<sup>g</sup>. Amen.

42. Ipse vero Neophytus eumdem cereum accensum manu tenet usque in finem, præterquam dum confirmatur.

43. Postea Sacerdos dicit:

**Pro uno vel una**

N. Vade in pace, et Dóminus sit tecum.  
Rx. Amen.

**Pro pluribus**

N. et N. Ite in pace, et Dóminus sit vobíscum.  
Rx. Amen.

44. Ritus superius descriptus servandus est etiam a Diacono Baptismi cæremonias supplente, qui tamen sale utetur a Sacerdote ad hunc usum rite prius benedicto.
45. Si adsit Episcopus, qui id legitime præstare possit, ab eo Neophyt, sim sint confirmandi, præmissa, si opus sit, sacramentali confessione, Sacramento confirmationis initantur. Deinde si hora sit congruens, celebartur missa, cui Neophyti intersunt, et Sanctissimum Eucharisticum devote suscipiunt.

**CAPUT 7**

**RITUS SERVANDUS  
CUM EPISCOPUS BAPTIZAT**

1. Si Episcopus, vel S. R. E. Cardinalis parvulos vel adultos baptizare voluerit, parantur et serviantur omnia, ut superius de ordine Baptismi dictum est, atque præterea hæc, quæ infra notantur.
2. Adsint Cappelani, vel alii Presbyteri, et Clerici superpelliceis induiti, qui ei assistant, ac ministrent.
3. Ipse vero super rochettum accipiat amictum, albam, cingulam, stolam, et pluviale violacei coloris, ac mitram auriphrygiatam, atque ita paratus, cum ministris procedat ad Baptismi ministerium. Et dum interrogat: Quid petis ab Ecclésia Dei? ac dum facit reliquas interrogationes, sedet cum mitra: cum vero exsufflat, dicendo Exi, ab eo, immúnde spíritus, surgit cum mitra. Rursus sedet, cum signat Catechumenum signo crucis in fronte, et in pectore, vel dicit: Accipe signum crucis, etc. Et dum dicit Orationes, quæ præcedunt, vel sequuntur benedictionem salis, surgit deposita mitra; similiter cum ipsum sal benedit. Cum autem sal benedictum immittit in os baptizandi, mitram accipit, et sedet. Cum vero legit Exorcismos, et dum, saliva aures et nares Catechumi tangens dicit: Ephpheta, ac dum introducit eum in ecclesiam, stat cum mitra. Cum autem dicit:  
Credo in Deum Patrem, etc., et Pater noster, super Catechumenum, stat sine mitra. Sed cum nomen quærit, et interrogat: N. Abrenúntias sátanæ, etc., et baptizandum Oleo sacro in pectore et inter scapulas inungit, sedet cum mitra; quo facto accipit stolam et pluviale album. Et cum rursus interrogat de fide: Credis in Deum Patrem, etc., Vis baptizári, etc., et cum baptizat per infusionem, sedet cum mitra. Si vero baptizet per infusionem, mitrem retinens stare debet.
4. Cum demum Chrismate verticem baptizati linit, et dat ei vestem candidam, et candelam accensam, ac dicit: Vade in pace etc., sedet cum mitra.
5. Si autem Pontifex quempiam, a Presbytero jam catechizatum, tantum baptizare voluerit, sic paratus vestibus albis incipiat, postquam ad Baptisterium deventum fuerit, dicens: Quo nōmine vocáris? Rx. N. Episcopus interrogat: N. Credis in Deum Patrem omnipoténtem, etc., et prosequitur usque in finem ordinem Baptismi, ut supra.

CAPUT 8

BENEDICTIO  
FONTIS SEU AQUÆ BAPTISMALIS

extra pervigilium Paschæ et Pentecostes,  
cum aqua consecrata non habetur

1. Primum lavatur, et mundatur vas Baptisterii deinde limpida aqua repletur. Tum Sacerdos cum suis Clericis, vel etiam aliis Presbyteris, cruce et duobus cereis præcedentibus, ac thuribulo et incenso, et cum vasculis Chrismatis et Olei Catechumenorum accedit ad Fontem, et ibi, vel ante Altare Baptisterii, dicit Litanias ordinarias, prout habentur infra (pag. 85.) , post septem Psalmos Pœnitentiales.
2. Potest etiam dicere Litanias breviores, ut in Missali in Sabbato Sancto.
3. Sed ante **V.** Ut nos exaudíre digneris, dicat et secundo repeat sequentem versum:

Ut Fontem istum ad regenerándem tibi novam prolem bene **†** dícere, et conse **†** cráre dignérис.

**R.** Te rogámus, audi nos.

4. Dico autem ultimo Kýrie, eléison, **Sacerdos dicit:** Pater noster **et** Credo in Deum etc. (pag. 52.), omnia clara voce: quibus finitis dicit:

**V.** Apud te, Dómine, est fons vitæ.

**R.** Et in lúmine tuo vidébimus lumen.

**V.** Dómine, exáudi oratióne meam.

**R.** Et clamor meus ad te véniat.

**V.** Dóminus vobícum. **R.** Et cum cum spíritu tuo.

Orémus

Oratio

**O**mnipotens sempiterne Deus, adésto magnæ pietatis tuæ mystériis, adésto sacraméntis: et ad recreándos novos pópulos, quos tibi fons Baptismatis párturit, spíritum adoptiónis emítte; ut quod nostræ humilitatis geréndum est ministério, virtútis tuæ impleátur efféctu. Per Dominum nostrum Iesum Christum Fílium tuum, qui tecum vivit, et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sǽcula sǽculórum. **R.** Amen.

**Exorcismus aquæ**

**E**xorcízo te, creatúra aquæ, Per Deum **†** vivum, per Deum **†** verum per Deum **†** sanctum, per Deum, qui te in princípio verbo separávit ab árida: cuius Spíritus super te ferebátur, qui te paradíso manáre jussit.

5. **Hic manu aquam dividit, et deinde effundit eam extra marginem Fontis, versus quator mundi partes, prosequens:**

Et in quátor flumínibus totam terram rigáre præcépit: qui te in deserto amáram per lignum dulcem fecit atque potábilem; qui te petra prodúxit, ut púpulum, quem ex Ægýpto liberáverat, siti fatigátum recreáret. Exorcízo te per Iesum Christum, Fílium ejus únicum, Dóminum nostrum: qui te in Cana Galilææ signo admirábili sua poténtia convértit in vinum: qui te super pédibus ambulávit, et a Joánne in Jordáne in te baptizátes est. Qui te una cum sanguine de látere suo prodúxit: et discípulis suis jussit, et credéntes baptizérent in te, dicens: Ite, docéte omnes gentes, baptizántes eos in nómine Patris, et Fílii, et Spíritus Sancti; ut efficicáris aqua sancta, aqua benedícta, aqua, quæ lavat sordes, et mundat peccáta.

### Benedictio aquæ baptismalis

Tibi igitur præcipio, omnis spíritus immûnde, omne phantásma, omne mendácium, eradicáre et effugáre ab hac creatúra aquæ, ut qui in ipsa baptizándi erunt, fiat eis fons aquæ salientis in vitam ætérnam, regénerans eos Deo Patri, et Fílio, et Spíritui Sancto, in nómine ejusdem Dómine nostri Jesu Christi, qui ventúrus est judicáre vivos et mórtuos, et sǽculum per ignem. **R.** Amen.

Orémus.

**Oratio**

**D**ómine sancte, Pater omnípotens, æterne Deus, aquárum spirituálium sanctificátor, te supplíciter deprecámur: ut ad hoc ministérium humilitatis nostræ respícere dignérис, et super has aquas, ablueñdis et purificándis homínibus præparátas, Angelum sanctitatis emíttas, quo, peccátis vitæ priórís ablútis, reatúque detérso purum Sancto Spirítui habitáculum regeneráti éffici mereántur. Per Dóminum nostrum. **R.** Amen.

6. Tunc sufflat ter in aquam versus tres partes secundum hanc figuram **Ψ** deinde imponit incensum in thuribulo, et Fontem incensat. Postea infundens de Oleo Catechumenorum in aquam in modum crucis, clara voce dicit:

Sancficétur, et fœcundétur fons iste óleo salútis renascéntibus ex eo in vitam ætérnam, in nómine Pa**†** tris, et Fí**†** lii, et Spíritus **†** Sancti. **R.** Amen.

7. **Deinde infundit de Chrismate, modo supra, dicens:**

Infúsio Chrísmatis Dómini nostri Jesu Christi, et Spíritus Sancti, Parácliti, fiat in nómine sanctæ Trinitatis. **R.** Amen.

8. Postea accipit ambas ampullas dicti Olei sancti et Chrismatis, et de utroque simul in modum crucis infundendo, dicat:

Commíxtio Chrísmatis sanctificationis, et Olei unctiónis, et aquæ Baptísmatis páriter fiat in nómine Pa**†** tris, et Fí**†** lii, et Spíritus **†** Sancti. **R.** Amen.

9. Tum, depositis ampullis, dextera manu Oleum sanctum, et Chrisma infusum miscet cum aqua et spargit per totum Fontem. Deinde medulla panis manum tergit; et ei quis baptizandus sit, eum baptizat, ut supra.

Quod si neminem baptizet, statim manus abluat, et ablutio effundatur in sacrarium.

# TITULUS III

## CAPUT 1

### DE SACRAMENTO PŒNITENTIÆ

**S**anctum Pœnitentiæ Sacramentum, ad eos, qui post Baptismum lapsi sunt, in gratiam Dei restituendos a Christo Domino institutum, eo diligentius administrandum est, quo frequentior est ejus usus, et quo plura requiruntur ad illud recte digneque tractandum ac suscipiendum. Cum autem ad illud constituendum tria concurrant, materia, forma, et minister: illius quidem remota materia sunt peccata, proxima vero sunt actus pœnitentis, nempe contritio, confessio, et satisfactio. Forma autem, ilia absolutionis verba: **Ego te absolvó, etc.** Minister denique est Sacerdos habens potestatem absolvendi vel ordinariam vel delegatam. Sed in periculo mortis omnes Sacerdotes, licet ad confessiones non approbati, valide et licite absolvunt quoslibet pœnitentes a quibusvis peccatis aut censuris, quantumvis reservatis et notoriis, etiamsi præsens sit Sacerdos approbatus. In ejus ministro requiritur etiam bonitas, scientia, atque prudentia, cum sigillo secretæ confessionis sub exacto, perpetuoque silentio. Quibus et aliis ad id opportunis ut optime sint instructi, omni studio curare debent Confessarii.

2. In primis meminerit Confessarius, se judicis pariter et medici personam sustinere, ac divinæ justitiæ simul et misericordiæ ministrum a Deo constitutum esse, ut tamquam arbiter inter Deum et homines, honori divino et animarum saluti consulat.
3. Ut ergo recte judicare queat, discernens inter lepram et lepram, et tamquam peritus medicus animarum morbos prudenter curare, et apta cuique remedia applicare sciat, quantum potest maximam ad id scientiam atque prudentiam, tum assiduis ad Deum precibus, tum ex probatis auctoribus, præsertim e Catechismo Romano, et prudenti consilio peritorum studeat sibi comparare.
4. Sciat casus et censuras Sedi Apostolicæ, et Ordinario suo reservatas, et suæ cujusque Ecclesiæ constitutiones, easque diligenter observet.
5. Denique hujus Sacramenti doctrinam omnem recte nosse studebit, et alia ad ejus rectam administrationem necessaria. Atque in hoc ministerio ita procedat, ut infra præscribitur.

#### **ORDO MINISTRANDI SACRAMENTUM PŒNITENTIÆ**

6. Sacerdos ad audiendam confessionem vocatus, promptum facilemque se præbeat; ac priusquam ad audiendum accedat, si tempus suppetat, ad hoc ministerium recte, sancteque obeundum, divinum auxilium piis precibus implorabit.
7. Sacramentalis confessionis proprius locus est ecclesia vel oratorium publicum aut semi-publicum.
8. Sedes confessionalis ad audiendas mulierum confessiones semper collocetur in loco patenti et conspicuo, et generatim in ecclesia vel oratorio publico aut semi-publico mulieribus destinato. Sedes confessionalis crate fixa ac tenuiter perforata inter pœnitentem et confessarium sit instructa.
9. Seminarum confessiones extra sedem confessionalem ne audiantur, nisi ex causa infirmitatis aliave veræ necessitatis et adhibitis cautelis quas Ordinarius loci oportunas judicaverit. Confessiones virorum etiam in ædibus privatis excipere licet.

### Titulus III—Caput 1

10. Superpelliceo, et stola violacei coloris utatur, prout tempus, vel locorum feret consuetudo.
11. Poenitens, si opus sit, admoneatur, ut qua decet humilitate mentis et habitus accedat, et flexis genibus signo crucis se muniat.
12. Mox Confessarius inquirat de illus statu (nisi aliter notus sit) et quampridem sit confessus, et an impositam poenitentiam adimpleverit; num rite atque integre alias confessus fuerit; num conscientiam suam, ut debet, prius diligenter discusserit.
13. Quod si poenitens aliqua censura, vel casu reservato sit ligatus, a quo ipse non possit absolvere, ne absolvat, nisi prius obtenta facilitate a Superiore.
14. Si vero Confessarius, pro personarum qualitate, cognoverit poenitentem ignorare Christianas fidei rudimenta, si tempus suppetat, eum breviter instruat de articulis fidei et aliis ad salutem cognitu necessariis, et ignorantiam ejus corripiat, illumque admoneat, ut ea postmodum diligentius addiscat.
15. Tum poenitens confessionem generalem latina, vel vulgari lingua dicat, scilicet **Confiteor, etc.**, vel saltem utatur his verbis: **Confiteor Deo omnipotenti. et tibi, pater.** Peccata sua exinde confiteatur, adjuvante, quotiescumque opus erit, Sacerdote: qui confitentem non reprehendet nisi finita, ut dicetur, confessione; neque interpellabit, nisi opus sit aliquid menus intelligere; proinde fiduciam ei praebat, et humaniter suggerat, ut omnia peccata sua rite et integre confiteatur, remota stulta ilia quorumdam verecundia, qua praepediti, suadente diabolo, peccata confiteri non audent.
16. Si poenitens numerum, et species, et circumstantias peccatorum explicatu necessarias non expresserit, eum Sacerdos prudenter interroget.
17. Sed caveat, ne curiosis, aut inutilibus interrogationibus quemquam detineat, praesertim imprudenter interrogans juniores utriusque sexus, vel alias, de eo, quod ignorant, ne scandalum patientur, indeque peccare discant.
18. Demum, audita confessione, perpendens peccatorum, quae ille admisit, magnitudinem, ac multitudinem, pro eorum gravitate, ac poenitentis conditione, oportunas correptiones ac monitiones, prout opus esse viderit, paterna caritate adhibebit, et ad dolorem et contritionem efficacibus verbis adducere conabitur, atque ad vitam emendandam ac melius instituendam inducit, remediaque peccatorum tradet.
19. Postremo salutarem et convenientem satisfactionem, quantum spiritus et prudentia suggesserint, injungat, habita ratione status, conditionis, sexus, ei aetatis et item dispositionis poenitentium. Videatque, ne pro peccatis gravibus levissimas poenitentias imponat, ne si forte peccatis conniveat. Alienorum peccatorum particeps efficiatur id vero ante oculos habeat, ut satisfactio non sit tantum ad novae vitae remedium, et infirmitatis medicamentum, sed etiam ad praeteritorum peccatorum castigationem.
20. Quare curet, quantum fieri potest, ut contrarias peccatis poenitentias injungat, veluti avaris eleemosynas, libidinosis jejunia, vel alias carnis afflictiones, superbis humilitatis officia, desidiosis devotionis studia. Rarius autem vel serius confitentibus vel in peccata facile residentibus, utilissimum erit consulere, ut saepe, puta semel in mense, vel certis diebus solemnibus, confiteantur, et si expediatur, communicent.
21. Poenitentias pecuniarias sibi ipsis Confessarii ne applicent, neve a poenitentibus quidquam tamquam ministerii sui premium petant, vel accipient.

### Titulus III—Caput 2

22. Pro peccatis occultis, quantumvis gravibus, manifestam pœnitentiam ne imponant.
23. Videat autem diligenter Sacerdos, quando, et quibus conferenda, vel deneganda, vel differenda sit absolutio, ne absolvat eos, qui talis beneficij sunt incapaces: quales sunt qui nulla dant signa doloris; qui odia et inimicitias deponere, aut aliena, si possunt, restituere, aut proximam peccandi occasionem deserere, aut alio modo peccata derelinquere, et viam in melius emendare nolunt: aut qui publicum scandalum dederunt, nisi publice satisfaciant, et scandalum tollant: neve etiam eos absolvat, quorum peccata sunt Superioribus reservata.
24. Si vero quis confiteatur in periculo mortis constitutus, absolvendus est ab omnibus peccatis et censuris, quantumvis reservatis (cessat enim tunc omnis reservatio): sed prius, si potest, cui debet, satisfaciat: ac si periculum evaserit, et aliqua ratione Superiori, a quo alias esset absolvendus, se sistere teneatur; cum primum poterit, coram eo se sistat, quidquid debet præstiturus.
25. Quod si inter confitendum, vel etiam antequam incipiat confiteri, vox et loqua ægro deficiant, nutibus et signis conetur, quoad ejus fieri poterit, peccata pœnitentis cognoscere, quibus utcumque vel in genere, vel in specie cognitis, vel etiam si confitendi desiderium sive per se, sive per alios ostenderit, absolvendus est.
26. Meminerit porro Sacerdos, ægris non esse injungendam gravem, aut laboriosam pœnitentiam; sed indicendam tantum illam, quam, si convaluerint. opportune tempore peragant. Interim juxta gravitatem morbi, aliqua oratione, aut levi satisfactione imposita, et acceptata, absolvantur, prout opus erit.

## CAPUT 2

### ABSOLUTIONIS FORMA COMMUNIS

1. Cum Sacerdos pœnitentem absolvere velit, injuncta ei prius, et ab eo acceptata salutari pœnitentia, primo dicit:

Misereátrum tui omnípotens Deus, et dimíssis peccátis tuis, perdúcat te ad vitam ætérnam. Amen.

2. Deinde dextera versus pœnitentem elevata, dicit:

Indulgéntiam, absolutiónem, et remissiónem peccatórum tuórum tribuat tibi omnípotens, et misericors Dóminus. Amen.

Dóminus noster Jesus Christus te absolvat; et ego auctoritáte ipsius te absólvo ab omni vinculo excommunicatiónis, suspensiónis, et interdícti, in quantum possum, et tu índiges. Deinde ego te absólvo a peccátis tuis, in nómine Patris, et Fílii,  et Spíritus Sancti. Amen.

3. Si pœnitens sit laicus, omittitur verbum suspensiónis.

Episcopus autem in absolvendis fidelibus ter signum crucis facit.

Pássio Dómini nostri Jesu Christi, mérita beatæ Mariæ Vírginis, et ómnium Sanctórum, quidquid boni féceris, et mali sustinúeris, sint tibi in remissiónem peccatórum, augmémentum grátiæ, et præmium vitæ ætérnæ. Amen.

4. Justa de causa omitti potest Misereatur, etc., et satis est dicere: Dóminus noster Jesus Christus, etc.. ut supra, usque ad illud: Pássio Dómini nostri, etc.

5. Urgente vero aliqua gravi necessitate in periculo mortis, Sacerdos breviter dicere poterit;

Ego te absólvo ab ómnibus censúris, et peccátis, in nómine Patris, et Fílii,  et Spiritus Sancti. Amen.

## CAPUT 3

# DE MODO ABSOLVENDI AB EXCOMMUNICATIONE EXTRA SACRAMENTALEM CONFSSIONEM

1. Si potestas absolvendi ab excommunicationis sententia Sacerdoti commissa fuerit a Superiore, et in mandato certa forma sit præscripta, ilia omnino servanda est: si vero in mandate seu commissione dicatur: "In forma Ecclesiæ consueta absolvat"; hæc servanda sunt.
2. Primo, ut excommunicatus ei, ob cujus offensam in excommunicationem incurrit, prius, si potest, satisfaciat. Quod si tunc non possit, sufficientem cautionem præbeat, aut saltem, si eam præstare nequeat, juret se, cum primum potent, satisfacturum.
3. Secundo, si crimen, ob quod in excommunicationem incidit, sit grave, juramentum ab eo exigatur de parendo mandatis Ecclesiæ, quæ illi fient pro tali causa: ac præcipue ne deinceps delinquat contra ilium Canonem, vel Decretum, contra quod faciendo censuram incurrit.
4. Denique hunc absolvendi ritum observabit.

Pœnitentem coram se utroque genu flexo, in humero (si vir sit) usque ad camisiam exclusive denudato, virga aut funiculis sedens leviter percutit, dicendo:

### Psalmus 50

**M**iserére mei, Deus, \*secúndum magnam misericordiam tuam.  
Et secúndum multitúdinem miseratiónum tuárum, \* dele iniquitátem meam.  
Amplius lava me ab iniquitáte mea: \* et a peccáto meo munda me.  
Quóniam iniquitátem meam ego cognósco: \* et peccátum meum contra me est semper.  
Tibi soli peccávi, et malum coram te feci: \* ut justificérис in sermónibus tuis, et vincas cum judicárис.  
Ecce enim in iniquitatibus concéptus sum: \* et in peccátis concépit me mater mea.  
Ecce enim veritátem dilexisti: \* incépta et occulta sapiéntiæ tuæ manifestásti mihi.  
Aspérges me hyssópo, et mundábor: \* lavábis me, et super nivem dealbábor,  
Audítui meo dabis gáudium et lætitiam: \* et exsultábunt ossa humiliáta.  
Avérte fáciem tuam a peccátis meis: \* et omnes iniquitátes meas dele.  
Cor mundum crea in me, Deus: \* et spíritum rectum innova in viscéribus meis.

Ne projícias me a fácie tua: \* et spíritum sanctum tuum ne áuferas a me.  
Redde mihi lætítiam salutáris tui: \* et spíritu principáli confirma me.  
Docébo iníquos vias tuas: \* et impii ad te converténtur.  
Líbera me de sanguínibus, Deus, Deus salútis meæ: \* et exsultábit lingua mea justítiam tuam.  
Dómine, lábia mea áperies: \* et os meum annuntiábit laudem tuam.  
Quóniam si voluísses sacrificium dedísssem útique: \* holocáustis non delectáberis.  
Sacrificium Deo spíritus contribulátus: \* cor contrítum, et humiliátum, Deus, non despícies.  
Benígne fac, Dómine, in bona voluntáte tua Sion: \* ut ædificéntur muri Jerúsalem.  
Tunc acceptábis sacrificium justitiæ, oblatlónes, et holocáusta: \* tunc impónent super altáre tuum vítulos.  
Glória Patri.

### Titulus III—Caput 4

#### 5. Deinde surgit, et aperto capite dicit:

Kýrie, eléison. Christe, eléison. Kýrie, eléison.

Pater noster **secreto usque ad**

**V.** Et ne nos indúcas in tentatióne.

**R.** Sed líbera nos a malo.

**V.** Salvum (-am) fac servum tuum (**ancíllam tuam**), Dómine.

**R.** Deus meus, sperántem in te.

**V.** Nihil proficiat inimícus in eo (**ea**).

**R.** Et filius iniquitatis non appónat nocére ei.

**V.** Esto ei, Dómine, turris fortitúdinis.

**R.** A fácie inimíci.

**V.** Dómine, exáudi oratióne meam.

**R.** Et clamor meus ad te véniat.

**V.** Dóminus vobíscum.

**R.** Et cum spíritu tuo.

Orémus.

**Oratio**

**D**eus, cui próprium est miseréri semper, et párcere: súscipe deprecationem nostram, ut hunc fámulum tuum, quem (**hanc fámulam tuam, quam**) excommunicatiónis senténtia constríngit, miserátió tuæ pietátis cleménter absólvat. Per Christum Dóminum nostrum. **R.** Amen.

#### 6. Mox sedet, et cooperto capite dicit:

Dóminus noster Jesus Christus te absólvat: et ego auctorité ipsíus, et sanctíssimi Dómini nostri Papæ (**vel** reverendíssimi Epíscopi **N.**, **vel** talis Superioris) mihi commíssa, absólvo te a vínculo excommunicatiónis, in quam incurrísti (**vel** incurrísti declarátus [-a] es), propter tale factum (**vel** talem causam, etc.); et restítuo te communióni et unitáti fidélium, et sanctis Sacraméntis Ecclésiæ, in nómine Patris, et Fílli, **X** et Spíritus Sancti. Amen.

7. Quod si Sacerdoti nulla sit a Superiore præscripta forma, nec sibi mandatum, ut in forma Ecclesiæ communi. **vel** consueta absolvat; tunc nihlominus pro rei gravitate prædictam cæremoniam et preces adhibeat; at vero si res non fuerit adeo gravis, absolvere poterit, dicens:

Dóminus noster Jesus Christus te absólvat: et ego auctorité ipsíus, et sanctíssimi Dómini nostri Papæ (**si a Papa fuerit delegatus**), (**vel** reverendíssimi Epíscopi **N.**, **vel** talis Superioris) mihi concéssa absólvo te, etc., **ut supra**.

8. In foro autem sacramentali, Confessarius habens facultatem absolvendi excommunicatum, absolvat juxta formam communem supra præscriptam in sacramentali absolutione.

## CAPUT 4

### RITUS ABSOLVENDI EXCOMMUNICATUM JAM MORTUUM

1. Si quis excommunicatus ex hac vita decedens dederit signum contritionis, ne ecclesiastica careat sepultura, sed Ecclesiæ suffragiis, quatenus fieri potest, adjuvetur, absolví potest hoc modo.
2. Si corpus nondum sepultum fuerit, verberetur, at absolvatur, ut infra; deinde absolutum, in loco sacro sepeliatur.

### Titulus III—Caput 5

3. Si vero fuerit sepultum in loco profano, si commode fieri poterit, exhumabitur, et eodem modo verberabitur, et post absolutionem in loco sacro sepelietur; sed si commode exhumari non potest, locus sepulturæ verberetur, postea absolvatur.

4. Quod si in loco sacro sit sepultum, non exhumabitur, sed verberabitur sepulcrum.

Dum autem corpus sive sepulturam verberat, Sacerdos dicit Antiphonam:

Exsultábunt Dómino ossa humiliáta.

Ps. 50. Miserére, pag. 62.

Quo facto, absolvitur, dicendo:

Auctoritáte mihi concéssa, ego te absólvo a vínculo excommunicatiónis, quam incurrísti (*vel* incurrísse declarátus [*-a*] es) propter tale factum, et restítuo te communióni fidélium, in nómíne Patris, et Fílii **¶** et Spíritus Sancti. Amen.

5. Deinde dicatur Psalmus De profúndis (pag. 106), et in fine:

**V.** Réquiem æténam dona ei, Dómine.

**R.** Et lux perpétua lúceat ei.

Kýrie, eléison. Christe, eléison. Kýrie, eléison.

Pater noster **secreto usque ad**

**V.** Et ne nos indúcás in tentatióne.

**R.** Sed líbera nos a malo.

**V.** A porta ínferi.

**R.** Erue, Dómine, ániam ejus.

**V.** Requiéscat in pace.

**R.** Amen.

**V.** Dómine, exáudi oratióne meam.

**R.** Et clamor meus ad te véniat.

**V.** Dóminus vobíscum.

**R.** Et cum spíritu tuo.

Orémus

Oratio

**D**a, quæsumus, Dómine, ánime fámuli tui, quem (*fámulæ tuæ, quam*) excommunicatiónis senténtia constrínixerat, refrigérii sedem, quiétis beatitúdinem, et supérni lúminis claritátem. Per Christum Dóminum nostrum. **R.** Amen.

## CAPUT 5

### DE MODO ABSOLVENDI A SUSPENSIONE VEL AB INTERDICTO EXTRA SACRA- MENTALEM CONFESSIÖNEM ET DISPEN- SANDI SUPER IRREGULARITATE

1. Si Sacerdoti sit commissa facultas absolvendi aliquem a suspensiōne, vel interdicto, quamvis nulla verba sint præcipue determinata, uti poterit hac formula:

### Titulus III—Caput 5

Pœnitens dicit: Confiteor Deo omnipoténti, etc.

Sacerdos: Misereáтур tui, etc., Indulgéntiam, etc.

Auctoritáte mihi ab N. trádita, ego absólvo te a vínculo suspensiónis (*vel* interdícti), quam (*vel* quod) propter tale factum (*vel* talem causam, etc.) incurrísti (seu incurrísse declarátus [-a] es), in nómíne Patris, et Fílii,  et Spíritus Sancti. Amen.

2. Si vero Confessario, sive in foro sacramentali sive extra, data sit potestas dispensandi super irregularitate, tunc, postquam absolverit a peccatis, addat consequenter:

Et eádem auctoritáte dispénso tecum super irregularitatibus (*Irregularitatibus, si sint plures*) in quam (in quas) ob talem causam (*tales causas, eas exprimendo*) incurrísti: et hábilem reddo, et restítuo te exsecutióni Ordinum, et officiórum tuórum, in nómíne Patris, et Fílii,  et Spíritus Sancti. Amen.

3. Si nullum habeat Ordinem, dicatur:

Hábilem reddo te ad omnes Ordines suscipiéndos, *vel etiam ad alia, juxta tenorem mandati.*

4. Quod si necesse sit titulum beneficii restituere, et fructus male perceptos condonare, subjungat:

Et restítuo tibi títulum (*títulos*) Beneficii (*Beneficiórum*), et condóno tibi fructus male percéptos, in nómíne Patris, et Fílii,  et Spíritus Sancti.

Amen.

5. Advertat autem Sacerdos, ne ullo modo in iis facultatis suæ terminos excedat.

TITULUS IV  
CAPUT 1  
DE SANCTISSIMO  
EUCHARISTÆ SACRAMENTO

**O**mibus quidem Ecclesiae catholicae Sacramentis religiose, sancteque tractandis, magna ac diligens cura adhibenda est: sed præcipue in administrando, ac suscipiendo sanctissimo Eucharistiæ Sacramento, quo nihil dignius, nihil sanctius et admirabilius habet Ecclesia Dei; cum in eo contineatur præcipuum et maximum Dei donum, et ipsem et omnis gratiæ et sanctitatis fons, auctorque Christus Dominus.

2. Parochus igitur sumnum studium in eo ponat, ut cum ipse venerabile hoc Sacrementum, qua decet reverentia, debitoque cultu tractet, custodiat, et administret; tum etiam populus sibi commissus religiose colat, sancte frequenterque suscipiat, præsertim in majoribus anni solemnitatibus.

3. Ideo populum sæpius admonebit, qua præparatione, et quanta animi religione ac pietate, et humili etiam corporis habitu ad tam divinum Sacrementum debeat accedere: ut, præmissa sacramentali confessione, omnes saltem a media nocte jejuni, et utroque genu flexo Sacrementum humiliter adorent, ac reverenter suscipiant, viri, quantum fieri potest, a mulieribus separati.

4. Moneantur præterea communicantes, ut, sumpto Sacramento, non statim ab ecclesia discedant, aut colloquantur, nec statim vagis oculis circumspicient, aut exspuant, neque de libro statim orationes recitent, ne Sacamenti species de ore decident: sed, qua par est devotione, aliquantis per in oratione permaneant, gratias agentes Deo de tam singulari beneficio, atque etiam de sanctissima passione dominica, in cuius memoriam hoc mysterium celebratur et sumitur.

5. Curare porro debet, ut particulæ consecratæ. eo numero qui infirmorum et aliorum fidelium communioni satis esse possit, perpetuo conserventur in pyxide ex solida decentique materia, eaque munda, et suo operculo bene clausa, cooperta albo velo serico, et, quantum res feret, ornato in tabernaculo inamovibili in media parte altaris posito et clave obserato.

6. Hoc autem tabernaculum conopæo decenter opertum, atque ab omni alia re vacuum, in Altari majori vel in alio, quod venerationi et cultui tanti Sacramenti commodius ac decentius videatur, sit collocatum; ita ut nullum aliis sacris functionibus, aut ecclesiasticis officiis impedimentum afferatur.

Coram eo una saltem lampas diu noctuque continenter luceat, nutrienda oleo olivarum vel cera apum; ubi vero oleum olivarum haberí nequeat, Ordinarii loci prudentiæ permittitur ut aliis oleis commutetur, quantum fieri potest, vegetabilibus; curabitque Parochus, ut omnia ad ipsius Sacamenti cultum ordinata, integra, mundaque sint, et conserventur.

7. Sanctissimæ Eucharistiæ particulas frequenter renovabit. Hostiæ vero seu particulæ consecrandæ sint recentes; et ubi eas consecraverit, veteres primo distribuat, vel sumat.

8. Fideles omnes ad sacram communionem admittendi sunt, exceptis iis, qui justa ratione prohibentur. Arcendi autem sunt publice indigni, quales sunt excommunicati, interdicti, manifestoque infames, nisi de eorum pœnitentia et emendatione constet, et publico scandalo prius satisfecerint,

9. Occultos vero peccatores, si occulæ petant et eos non emendatos agnoverit, minister repellat; non autem, si publice petant et sine scandalo ipsos præterire nequeat.

### Ordo adminiatrandi sacram. communionem

10. Amentibus præterea, seu phreneticis communicare non licet; licebit tamen, si quando habeant lucida intervalla, et devotionem ostendant, dum in eo statu manent, si nullum indignitatis periculum adsit.

11. Pueris, qui propter ætatis imbecillitatem nondum hujus Sacramenti cognitionem et gustum habent, Eucharistia ne ministretur.

12. Minister ordinarius sacræ communionis est solus Sacerdos.

Extraordinarius est Diaconus, de Ordinarii loci vel Parochi licentia, gravi de causa concedenda, quæ in casu necessitatis legitime præsumitur.

13. Quilibet Sacerdos intra Missam et, si privatum celebrat, etiam proxime ante et statim post, sacram communionem ministrare potest, salvo præscripto rubrica n. 18.

Etiam extra Missam quilibet Sacerdos eadem facilitate pollet ex licentia saltem præsumpta Rectoris ecclesiæ, si sit extraneus.

14. Sacerdos sacram communionem distribuat azymo pane vel fermentato, secundum proprium ritum.

Ubi vero necessitas urgeat nec Sacerdos diversi ritus adsit, licet Sacerdoti orientali, qui fermentato utitur, ministrare Eucharistiam in azymo, vicissim latino aut orientali qui utitur azymo, ministrare in fermentato; at suum quisque ritum ministrandi servare debet.

15. Omnibus fidelibus cujusvis ritus datur facultas ut, pietatis causa, sacramentum Eucharisticum quolibet ritu confectum suscipiant.

Suadendum tamen ut suo quisque ritu fideles præcepto communionis paschalis satisfaciant.

Sanctum Viaticum moribundis ritu proprio accipiendum est; sed, urgente necessitate, fas esto quolibet ritu illud accipere.

16. Omnibus diebus licet sanctissimam Eucharistiam distribuere.

Feria tamen VI majoris hebdomadæ solum licet sacrum Viaticum ad infinnos deferre.

In Sabbato Sancto sacra communio nequit fidelibus ministrari nisi inter Missarum solemnia vel continue ac statim ab iis expletis.

Sacra communio iis tantum horis distribuatur, quibus Missa sacrificium offerri potest, nisi aliud rationabilis causa suadeat.

Sacrum tamen Viaticum quacumque diei aut noctis hora ministrari potest.

17. Sacerdoti celebranti non licet Eucharistiam intra Missam distribuere fidelibus adeo distantibus ut ipse altare e conspectu amittat.

18. Sacra communio distribui potest ubicumque Missam celebrare licet, etiam in oratorio private, nisi loci Ordinarius, justis de causis, in casibus particularibus id prohibuerit.

CAPUT 2

ORDO ADMINISTRANDI  
SACRAM COMMUNIONEM

1. Sacerdos sanctissimam Eucharistiam extra Missam ministraturus, hostiis seu particulis pro populi multitudine consecratis, vasculoque uno vel pluribus, decenti et commodo loco, expositis, cum vino et aqua ad purificationem eorum, qui communionem sumpserint, et ante eos linteo mundo extenso, lotis prius manibus, et superpelliceo indutus, ac desuper stola coloris semper albi vel Officio illius diei convenientis (mutato tamen colore nigro in violaceum die Commemorationis Omnis Fidelium Defunctorum), præcedente Clerico, seu alio ministro, procedit ad Altare manibus junctis vel bursam cum corporali ante pectus deferens, et, accensis cereis, facta prius genuflexione in plano, tabernaculum aperit, genuflectit, extrahit pyxidem, et illam super corporale depositam discooperit. Minister genibus flexis nomine populi ad cornu Epistolæ facit confessionem generalem, dicens: confiteor Deo, etc.

2. Tum Sacerdos iterum genuflectit, et, manibus junctis ante pectus, vertit se ad populum (advertisens ne terga vertat Sacramento), et in cornu Evangelii dicit:

Misereátur vestri omnípotens Deus et, dismíssis peccátis vestris, perdúcat ad vitam ætérnam.  
R. Amen.

Et addit: Indulgéntiam, absolutiónem,  et remissiónem peccatórum vestrórum tríbuat vobis omnípotens et misericors Dóminus. R. Amen.

Dicens: Indulgéntiam, etc., manu dextera in formam crucis signat communicandos.

3. Deinde ad Altare se convertit, genuflectit, manu sinistra pyxidem prehendit; dextera vero sumit unam particulam, quam inter pollicem et indicem tenet aliquantulum elevatam super pyxidem: conversusque ad populum in medio Altaris dicit clara voce:

Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccáta mundi.

Mox subdit: Dómine, non sum dignus, ut intres sub tectum meum, sed tantum dic verbo, et sanábitur áнима mea; quod iterum, ac tertio repetit: qua formula etiam utendum est, cum feminæ communio administratur.

4. Postea ad communicandum accedit, incipiens ab iis qui sunt ad partem Epistolæ sed primo, si Sacerdotibus, vel allis ex Clero danda sit communio, iis ad gradus Altaris genuflexis præbeatur, vel, si commode fieri possit, intra sepimentum Altaris sint a laicis distincti. Sacerdotes vero et Diaconi communicantes utantur stola coloris albi vel ejusdem coloris ac Sacerdos qui ministrat.\*

5. Sacerdos unicuique porrigens Sacramentum, et faciens cum eo signum crucis super pyxidem, simul dicit:

Corpus Dómini nostri Jesu Christi custódiat ánimam tuam in vitam ætérnam. Amen.

6. Ubi vero omnes communicaverint, Sacerdos, reversus ad Altare, pyxidem super corporale deponit, genuflectit, ac deinde dicit:

O sacrum convívium, in quo Christus súmitur, recólitur memória passiónis ejus, mens implétur grátia, et futuræ gloriæ nobis pignus datur. Tempore Paschali et per Octavam Corporis Christi additur: Allelúja.

\*Qui co[n]municandi sunt, dum Sacerdos eis porrigit Sacramentum, patenam ipsi subter suum mentum apponunt (S. C. S. Instructio diei 26 Martii 1929).

## Titulus IV—Caput 2

℣. Panem de cælo præstítisti eis. **Tempore Paschali et per Octavam Corporis Christi additur:** Allelúja.

**Minister respondet:** Omne delectaméntum in se habéntem. **Tempore Paschali et per Octavam Corporis Christi additur:** Allelúja.

7. **Mox Sacerdos dicit:**

℣. Dómine, exáudi oratióne meam.

℟. Et clamor meus ad te véniat.

℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Oratio

**D**eus, qui nobis, sub Sacraménto mirábili, passiónis tuæ memóriam reliquísti: tríbue, quésumus; ita nos Córporis et Sanguinis tui sacra mystéria venerári, ut redemptiónis tuæ fructum in nobis júgiter sentiámus: Qui vivis et regnas cum Deo Patre in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sácula sáculórum. ℟. Amen.

**Tempore Paschali dicitur Oratio:**

**S**píritum nobis, Dómine, tuæ caritatis infúnde: ut, quos Sacraméntis paschálibus satiásti, tua fáciás pietátē concórdes. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte ejúsdem Spíritus Sancti Deus, per ómnia sácula sáculórum. ℟. Amen.

8. **Interim, antequam reponat Sacramentum, diligenter advertat, ut, si aliquod fragmentum digitis adhæserit, illud in pyxidem deponat, et subinde in vase cum aqua parato eosdem digitos, quibus tetigit Sacramentum, abluat, et abstergat purificatorio: aqua vero ablutionis suo tempore mittatur in sacrarium. vel, si hoc desit, in ignem.** Postea reponit pyxidem in tabernaculo, genuflectit, et ipsius tabernaculi ostiolum clave obserat.

9. **Deinde, elevatis oculis, extendens, elevans et jungens manus caputque Crucis inclinans dicit:**

Benedictio Dei omnipoténtis, **et versus ad populum semel tantum benedicens prosequitur Patris, et Filii, ✕ et Spíritus Sancti, descéndat super vos, et manéat semper.** ℟. Amen.

Et ita iis, qui communicarunt, benedit Sacerdos tam extra Missam, quam proxime ante vel statim post ipsam.

10. **Ritus superius descriptus servandus est etiam a Diacono sacram communionem ministrante. Episcopus autem, post sacram communionem distributam extra Missam, benedit more solito, dicens Sit nomen Dómini benedictum etc., et ter signum crucis facit.**

11. **Intra Missam autem communio populi statim post communionem Sacerdotis celebrantis fieri debet (nisi quandoque ex rationabili causa proxime ante aut statim post Missam privatam sit facienda), cum Orationes, quæ in Missa post communionem dicuntur, non solum ad Sacerdotem, sed etiam ad alios communicantes spectent.**

### De communione paschali

12. Itaque, si qui sunt communicandi intra Missam, Sacerdos, sumpto sacratissimo Sanguine, antequam se purificet, facta genuflexione, ponat particulas consecratas in pyxide, vel, si pauci sint communicandi, super patenam, nisi a principio positæ fuerint in pyxide seu alio calice. Interim minister ante eos extendit linteum seu velum album, et pro eis facit confessionem, dicens Confiteor Deo, etc. Tum Sacerdos iterum genuflectit, et manibus junctis conversus ad populum in cornu Evangelli dicit: Misereátur vestri, etc., et, eo quo supra dictum est modo, porrigit communicandis Eucharistiam, incipiens a ministris Altaris, si velint communicare. Finita communione, revertitur ad Altare, nihil dicens, neque dat eis benedictionem, quia illam dabit in fine Missæ. Deinde dicit secreto: Quod ore súmpsimus, etc., ut in Missali, se purificat, et Missam absolvit.
13. Quod si contingat, proxime ante aut statim post Missam privatam, aliquos interdum communicare, tunc Sacerdos, planeta indutus, sacram communionem ministrabit eo modo quo fit extra Missam, ut supra dictum est; omissis tamen semper Allelúja et benedictione in fine, si paramenta nigri coloris adhibeantur.

## CAPUT 3

### DE COMMUNIONE PASCHALI

1. Curet Parochus, ut in Quadragesima per se, vel per alios concionatores populo opportune denuntientur canones 906 et 859, § 1, Codicis Juris Canonici, quibus declaratur:
- “Omnis utriusque sexus fidelis, postquam ad annos discretionis, idest ad rationis usum, pervenerit, tenetur omnia peccata sua saltem semel in anno fideliter confiteri, et debet semel in anno, saltem in Paschate, Eucharistiæ Sacramentum recipere, nisi forte de consilio proprii Sacerdotis, ob aliquam rationabilem causam, ad tempus ab ejus perceptione duxerit abstinentium.”
2. Paschalis communio fiat a dominica Pamiarum ad dominicam in albis; sed locorum Ordinariis fas est, si ita personarum ac locorum adjuncta exigant, hoc tempus etiam pro omnibus suis fidelibus anticipare, non tamen ante quartam diem dominicam Quadragesimæ, vel prorogare, non tamen ultra festum sanctissimæ Trinitatis.
- Suadendum fidelibus ut huic præcepto satisfiant in sua quiske parœcia; et qui in aliena parœcia satisficerint, current proprium Parochum de adimpleto præcepto certiore facere.
- Præceptum paschalis Communionis adhuc urget, si quis illud præscripto tempore, quavis de causa, non impleverit.
3. Obligatio præcepti communionis sumendæ, quæ impuberis gravat, in eos quoque ac præcipue recidit, qui ipsorum curam habere debent, idest in parentes, tutores, confessarium, institutores et Parochum.
4. Dabit quoque operam Parochus, quoad ejus fieri potest, ut in ipso die sanctissimo Paschæ fideles communicent; quo die ipse per se, nisi legitime impediatur, parœciæ suæ fidelibus hoc Sacramentum ministrabit. In ceteris vero servabit ea, quæ in libro de statu animarum, ut infra, præscribuntur.
5. Ægrotis quoque parœcialibus, etiamsi communionem extra præscriptos paschales dies sumpserint. In paschalibus diebus illam deferet, ac ministrabit.

## CAPUT 4

### DE COMMUNIONE INFIRMORUM

1. In periculo mortis, quavis ex causa procedat, fideles sacræ communionis recipiendæ præcepto tenentur.

Etiamsi eadem die sacra communione fuerint refecti, valde tamen suadendum, ut in vitæ discrimen adducti denuo communicent.

Perdurante mortis periculo, sanctum Viaticum, secundum prudens confessarii consilium, pluries, distinctis diebus, administrari et licet et decet.

2. Sanctum Viaticum infirmis ne nimium differatur; et qui animarum curam gerunt, sedulo advigilent ut eo infirmi plene sui compotes reficiantur.

Cavendum autem in primis est, ne ad indignos cum aliorum scandalo deferatur, nisi sese prius sacra confessione purgaverint, et publicæ offendioni, prout de jure, satisfecerint.

3. Horetetur Parochus infirmum. ut sacram communionem sumat, etiam si graviter non ægrotet, aut mortis periculum non immineat, maxime si festi alicujus celebritas id suadeat, neque ipse illam ministrare recusabit.

4. Potest quidem Viaticum brevi morituris dari non jejunis; id tamen diligenter curandum est, ne iis tribuatur, a quibus ob phrenesim, sive ob assiduam tussim, aliumve similem morbum, aliqua indecentia cum injurya tanti Sacramenti timeri potest. Ceteris autem infirmis. qui ob devotionem in ægritudine communicant, danda est Eucharistia ante omnem cibum et potum, non aliter ac ceteris fidelibus, quibus nec etiam per modum medicinæ ante aliquid sumere licet.

Infirmi tamen qui jam a mense decumbunt sine certa spe ut cito convalescant, de prudenti confessarii consilio sanctissimam Eucharistiam sumere possunt semel aut bis in hebdomada, etsi aliquam medicinam vel aliquid per modum potus antea sumpserint.

5. Sed alicui ad adorandum solum, vel, devotionis seu cujusvis rei prætextu, ad ostendendum ne deferatur.

6. Deferri autem debet hoc sanctum Sacramentum ab ecclesia ad privatas ægrotantium domos decenti habitu, superposito mundo velamine, publice atque honorifice, ante pectus cum reverentia et timore, semper lumine præcedente.

Privatum vero seu occulte ad infirmos sacra communio ne deferatur, nisi justa et rationabilis causa aliud suadeat.

7. Jus et officium sacra communionem publice ad infirmos etiam non parœcianos extra ecclesiam deferendi, pertinet ad parochum intra suum territorium.

Ceteri Sacerdotes id possunt in casu tantum necessitatis aut de licentia saltem præsumpta ejusdem Parochi vel Ordinarii.

8. Communionem privatim ad infirmos quilibet Sacerdos deferre potest, de venia saltem præsumpta Sacerdotis. Cui custodia sanctissimi Sacramenti commissa est.

Quando privatim sacra communio infirmis ministratur, reverentiae ac decentiae tanto Sacramento debitæ sedulo consulatur.

9. Sacram communionem per modum Viatici sive publice sive privatim ad infirmos deferre, pertinet ad Parochum loci, in quo degunt infirmi.

10. Parochus igitur processurus ad communicandum infirmum, aliquot campana; ictibus jubeat convocari parochianos, seu confraternitatem Ssmi Sacramenti (ubi fuent instituta) seu alios pios

### De communione infirmorum

Christifideles, qui sacram Eucharistiam cum cereis, seu intorticiis comitentur, et umbellam, seu baldachinum, ubi haberi potest, deferant. Præmoneat, ut ægri cubiculum mundetur, et in eo paretur mensa linteo mundo cooperta, in quo Sanctissimum Sacramentum decenter deponatur.

11. Parentur luminaria, ac duo vascula, alterum cum vino, alterum cum aqua. Præterea linteum mundum ante pectus communicandi ponatur, atque alia ad ornatum loci, pro cuiusque facultate.

12. Ubi vero convenerint qui Eucharistiam comitaturi sunt, Sacerdos indutus superpelliceo et stola, vel etiam pluviali Albi coloris, acolythis, seu Clericis, aut etiam Presbyteris (si locus feret) superpelliceo pariter indutis comitatus, decenter, et de more acceptas aliquot particular consecratas, vel unam tantum (si longius aut difficilius iter sit faciendum) ponat in pyxide, seu parva custodia, quam proprio suo operculo cooperit, et velum sericum superimponit: ipse vero Sacerdos, imposito sibi prius ab utroque humero oblongo velo decenti, utraque manu accipiat vas cum Sacramento, et deinde umbellam, seu baldachinum subeat, nudo capite processurus.

13. Præcedat semper acolythus, vel aliis minister deferens laternam (noctu autem hoc Sacramentum deferri non debet, nisi necessitas urgeat); sequantur duo Clerici, vel qui illorum vices suppleant; quorum alter aquam benedictam cum aspersorio, et bursam cum corporali, quod supponendum erit vasculo Ssmi Sacramenti super mensa in cubiculo infirmi, et cum linteolo purificatorio ad digitos Sacerdotis abstergendos; alter hunc librum Ritualem deferat, et campanulam jugiter pulset.

Succedant deinde deferentes intorticia. Postremo Sacerdos Sacramentum gestans elevatum ante pectus sub umbella, dicens Psalmum **Miserere**, et alios Psalmos, et Cantica. Quod si longius, aut difficilius iter obeundum sit, et fortasse etiam equitandum, necesse erit vas, in quo Sacramentum defertur, bursa decenter ornata. et ad collum appensa, apte includere, et ita ad pectus alligare, atque obstringere. ut neque pyxide excuti Sacramentum queat.

14. **Ingrediens vero locum, ubi jacet infirmus, dicit:**

**V.** Pax huic domui.

**R.** Et omnibus habitantibus in ea.

15. Tum depositum Sacramentum super mensa, supposito corporali, genuflexus adorat, omnibus in genua procumbentibus, et velum humerale dimitit; mox accepta aqua benedicta. aspergit infirmum, et cubiculum, dicens **Antiphonam**:

Aspérge me, Dómine, hyssópo, et mundábor: lavábis me, et super nivem dealbábor.; **et primum versum Psalmi Miserére**, **cum Glória Patri**, etc., Sicut erat, etc.

Deinde repetitur **Antiphona**: Aspérge me, etc.

Postea dicit:

**V.** Adjutorium nostrum in nōmine Dómini.

**R.** Qui fecit cælum et terram.

**V.** Dómine, exaudi orationem meam.

**R.** Et clamor meus ad te véniat.

**V.** Dóminus vobíscum.

**R.** Et cum spíritu tuo.

#### Titulus IV—Caput 4

Orémus.

Oratio

**E**xáudi nos, Dómine sancte, Pater omnípotens, ætére Deus: et míttete dignérís sanctum Angelum tuum de cælis, qui custódiat, fóveat, prótegat, vísitet atque défendat omnes habitántes in hoc habitáculo. Per Christum Dóminum nostrum.

**R**. Amen.

16. His dictis, accedit ad infirmum, ut cognoscat, num sit bene dispositus ad suscipiendum sacram Viaticum, et utrum velit aliqua peccata confiteri; et ilium audiat, atque absolvat: quamvis prius deberet esse rite confessus, nisi necessitas aliter urgeat.

17. Postea facta de more confessione generali, sive ab infirmo, sive ejus nomine ab alio. Sacerdos dicit in singulari:

Misereátur tui, etc. Indulgéntiam ... tuórum tríbuat tibi, etc.

Si pluribus simul infirmis in eodem cubiculo vel loco Sacramentum administretur, Sacerdos dicat in plurali: Misereátur, vestri, etc., Indulgéntiam ... vestrórum tríbuat vobis, etc.

18. Deinde, facta genuflexione, accipit Sacramentum de vasculo, atque illud elevans ostendit infirmo, dicens:

Ecce Agnus Dei , ecce qui tollit peccáta mundi, **et more solito ter dicit**: Dómine, non sum dignus , ut intres sub tectum meum, sed tantum dic verbo, et sanábitur áнима mea.

19. Et infirmus, simul cum Sacerdote, dicit eadem verba, saltem semel, submissa voce. Tum Sacerdos dans infirmo Eucharistiam, dicit:

Accípe, frater ( soror ). Viaticum Córporis Dómini nostri Jesu Christi, qui te custódiat ab hoste malígno, et perdúcat in vitam ætérnam. Amen

20. Si vero communio non datur per modum Viatici, dicat more ordinario;

Córpus Dómini nostri Jesu Christi custódiat ánimam tuam in vitam ætérnam. Amen.

21. Quod si mors immineat, et periculum sit in mora, tunc dicto Misereátur, etc., prædictis precibus omnibus, vel ex parte, omissis, ei statim Viaticum præbeatur.

22. postea Sacerdos abluit digitos in vase cum aqua parato, nihil dicens, et abstergit purificatorio; aqua vero ablutionis suo tempore mittitur in sacrarium, vel, si hoc desit, in ignem.

Deinde dicit:

**V**.Dóminus vobíscum.

**R**.Et cum spíitu tuo.

Orémus

Oratio

**D**ómine sancte, Pater omnípotens, ætére Deus, te fidéliter deprecámur, ut accipiénti fratri nostro ( soróri nostræ )sacrosánctum Corpus Dómini nostri Jesu Christi Fílli tui, tam córpori, quam ánimæ prosit ad remédium sempítérnum: Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus , per ómnia sǽcula sǽulórum. **R**. Amen

Si pluribus simul infirmis in eodem cublculo vel loco Eucharistia præbeatur, Sacerdos dicat in plurali: Dómine sancte, ..., ut accipiéntibus frátribus (soróribus) nostris, etc.

### De communione infirmorum

23. His expletis, si altera particula Sacramenti superfuerit (superesse autem semper debet, præterquam in casu jam dicto), velum numerate reassumit, genuflectit, surgit, et cum Sacramento in pyxide velo humerali cooperta facit signum crucis super infirmum nihil dicens. Tunc reverenter illud deferens, ordine quo venerat, revertitur ad ecclesiam, dicendo Psalmum Laudáte Dóminum de cælis, etc., et alias Psalms et: Hymnos, prout tempus feret.

24. Cum pervenerit ad ecclesiam, ponit Sacmentum super Altare, genuflectit, ac deinde dicit:

V. Panem de cælo præstítisti eis. Tempore Paschali et per Octavam Corporis Christi additur: Allelúja.

R. R. Omne delectaméntum in se habéntem. Tempore Paschali et per Octavam Corporis Christi additur: Allelúja.

V. Dóminus vobíscum.

R. Et cum spíritu tuo;

Orémus.

Oratio

**D**eus, qui nobis sub Sacraménto mirábili passiónis tuæ memóriam reliquísti: tríbue, quæsumus; ita nos Córporis et Sanguinis tui sacra mystéria venerári, ut redemptiónis tuæ fructum in nobis júgiter sentiámus: Qui vivis et regnas in sæcula sæculórum.

R. Amen.

25. Deinde annuntiat indulgentias a Summis Pontificibus concessas Ssmum Sacmentum comitantibus.

26. Postea cum Sacramento in pyxide velo humerali cooperta facit signum crucis super populum, nihil dicens.

Postremo illud in loco suo reponit.

27 Quod. si, ob difficultatem aut longitudinem itineris, vel quia, ea qua decet veneratione, Sacmentum ad ecclesiam commode reportari non posset, sumpta fuerit una tantum particula consecrata, ut dictum est, tunc ea infirmo admimstrata Sacerdos, prædictis precibus recitatis, eum manu benedicit dicens more solito: Benedíctio Dei omnipoténtis, Patris, et Fílii, et Spíritus Sancti, descéndat super te (vel vos, si plures infirmos communicaverit), etc., et una cum aliis private habitu, exstinctis luminibus, umbelli demissa, latente pyxide, ad ecclesiam, vel domum quisque suam revertitur.

28. Ritus superius descriptus servandus est etiam a Diacono sacram communionem ministrante.

29. Quando, ex justa et rationabili causa, privatim sacra communio ad infirmos defertur, Sacerdos saltem stolam semper habeat propriis coopertam vestibus; in sæculo seu bursa, pyxidem recondat, quam per funiculos collo appensam in sinu reponat; et numquam solus procedat, sed uno saltem fideli, defectu Clerici, associetur. Cum autem ad infirmi cubiculum pervenerit, Sacerdos superpelliceum quoque induat cum stola, si illud antea non induerit.

## De sacramento extremæ Unctionis

### Instructio

a S. R. C. edita die 9 Januarii 1929  
de Communione plurium infirmorum

Quando sacra Communio distribuitur pluribus infirmis, qui in eadem domo vel in eodem hospitali, sed in distinctis cubiculis degant, Sacerdos vel Diaconus ministrans, in primo tantum cubiculo recitet plurali numero omnes preces ante infirmorum Communionem dicendas juxta Rituale Romanum, tit. IV, cap. 4; in aliis autem cubiculis dicat tantummodo preces:

Misereá tur tui etc., Indulgéntiam etc., Ecce Agnus Dei etc., semel Dómine, non sum dignus etc., Accipe, frater (soror) etc., vel Corpus Dómini nostri Jesu Christi etc., et in ultimo cubiculo addat Versum Dóminus vobíscum, cum suo Responsorio et cum sequente Oratione plurali numero dicenda Dómine sancte etc., ibique, si qua particula consecrata superfuerit benedictionem eucharisticam impariatur, ac tandem reliqas preces præscriptas in ecclesia de more persolvat.

### TITULUS V

#### CAPUT 1

## DE SACRAMENTO EXTREMÆ UNCTIONIS

**E**x tremæ Unctionis Sacramentum a Christo Domino institutum tamquam cælestis medicina, non animæ solum, sed etiam corpori salutaris, quamvis per se non sit de necessitate medii ad salutem, nemini tamen licet negligere, et omni studio ac diligentia periculose ægrotantibus adhibendum est, et eo quidem tempore, si fieri possit, cum illis adhuc integra mens et ratio viget, ut ad uberiorem Sacramenti gratiam percipiendam, ipsi etiam suam fidem, ac piam animi voluntatem conferre possint, dum sacro liniuntur Oleo.

2. In quo illud in primis ex generali Ecclesiæ consuetudine observandum est, ut si tempus, et infirmi conditio permittat, ante Extremam Unctionem, Pœnitentiæ et Eucharistiæ Sacra menta infirmis præbeantur.
3. Habeat igitur Parochus in ecclesia loco nitido et decenter ornato, in vase argenteo seu stanneo, sub clavi diligenter custoditum sacrum Oleum infirmorum, quod singulis annis, Feria V In Cœna Domini ab Episcopo benedictum, veteri combusto, renovandum est; neque adhibeat vetus, nisi necessitas urgeat. Mox deficiente Oleo benedicto aliud oleum de olivis non benedictum adjiciatur, etiam iterate, minore tamen copia.
4. Parochus Oleum sacrum a suo Ordinario petere debet; nec illud domi retineat, nisi propter necessitatem aliamve rationabilem causam, accidente Ordinarii licentia.
5. Oleum porro ipsum vel per se solum, vel in bombacio seu re simili servari potest; sed ad evitandum effusionis periculum multo commodius ad infirmos defertur in bombacio.
6. Hoc sacramentum valide administrat omnis et solus Sacerdos.  
Minister ordinarius est Parochus loci, in quo degit infirmus; in casu autem necessitatis, vel de licentia saltem rationabiliter præsumpta ejusdem Parochi vel Ordinarii loci, alias quilibet Sacerdos hoc sacramentum ministrare potest.

## Titulus V—Caput 1

7. Minister ordinarius ex justitia tenetur hoc sacramentum per se ipse vel per alium administrare, et in casu necessitatis ex caritate quilibet Sacerdos.
8. Extrema Unctio præberi non potest nisi fideli, qui, post adeptum usum rationis, ob infirmitatem vel senium in periculo mortis versetur.  
In eadem infirmitate hoc sacramentum iterari non potest, nisi infirmus post susceptam Unctionem convaluerit et in aliud vitæ discriminem inciderit.
9. Quando dubitatur num infirmus usum rationis attigerit, num in periculo mortis reipsa versetur vel num mortuus sit, hoc sacramentum ministretur sub conditione.
10. Hoc sacramentum non est conferendum illis qui impœnitentes in manifesto peccato mortali contumaciter perseverant; quod si hoc dubium tuerit, conferatur sub conditione.
11. Infirmis autem qui, cum suæ mentis compotes essent, illud saltem implicite petierunt aut verisimiliter petiissent, etiamsi deinde sensus vel usum rationis amiserint, nihilominus absolute præbeatur.
12. Si quis autem laboret in extremis, et periculum immineat, ne decedat antequam finiantur Unctiones, cito ungatur, incipiendo ab eo loco: **Per istam sanctam Unctiónem, etc.**, ut infra: deinde, si adhuc supervivat, dicantur Orationes prætermisse, suo loco positæ,
13. Si vero dum inungitur infirmus decedat. Presbyter ultra non procedat, et prædictas Orationes omittat.
14. Quod si dubitet an vivat adhuc, Unctionem prosequatur, sub conditione pronuntiando formam, dicens: **Si vivis, per istam sanctam Unctiónem, etc.**, ut infra.
15. Si autem acciderit, infirmum post peccatorum suorum confessionem ad exitum vitæ properare, tunc cum sacro Viatico poterit et Oleum infirmorum ad eum deferri per ipsum Sacerdotem, qui defert sacram Eucharistiam: si tamen alias Presbyter, vel Diaconus, qui Oleum sanctum deferat, haberi possit, per ipsum deferatur, qui superpelliceo indutus cum Oleo sacro occulte delato sequatur Sacerdotem Viaticum portantem; et postquam infirmus Viaticum sumpserit, inungatur a Sacerdote.
16. Quinque vero corporis partes præcipue ungi debent, quas veluti sensuum instrumenta homini natura tribuit, nempe oculi, aures, nares, os et manus: attamen pedes etiam ungendi sunt; sed pedum unctio ex qualibet rationabili causa omitti potest. Unctiones autem, extra casum gravis necessitatis, ipsa ministri manu nulloque adhibito instrumento fiant.
17. Manus vero, quæ reliquis infirmis interius ungi debent, Presbyteris exterius ungantur.
18. Dum oculos, aures, et alia corporis membra, quæ paria sunt, Sacerdos ungit, caveat, ne alterum ipsorum inungendo, Sacramenti formam prius absolvat, quam ambo hujusmodi paria membra perunixerit.
19. Si quis autem sit aliquo membro mutilatus, pars loco illi proxima inungatur, eadem verborum forma.
20. Hujus Sacramenti forma, qua sancta Romana Ecclesia utitur, solemnis ilia precatio est, quam Sacerdos ad singulas unctiones adnibet, cum ait:

**Per istam sanctam Unctiónem, et suam piíssimam  
misericórdiam, indúlgeat tibi Dóminus quidquid per  
visum, sive per audítum, etc., deliquísti. Amen.**

## Ordo ministrandi Sacr. Extremæ Unctionis

21. In casu autem necessitatis sufficit unica unctione in uno sensu, seu rectius in fronte, cum hac forma breviori:

Per istam sanctam Unctionem indulgeat tibi Dóminus quidquid deliquísti. Amen.

Salva tamen manet obligatio singulas unctiones supplendi, ut supra (n. 12), cessante periculo,

22. Quando pluribus simul infirmis hoc Sacramentum ministratur, Sacerdos singulis ægrotis crucem pie deosculandam porrigit, omnes preces quæ unctiones præcedunt, plurali numero semel recitet, unctiones cum respectivis formis super singulos ægrotos efficiat, omnes vero preces, quæ unctiones subsequuntur, plurali numero semel dicat.

## CAPUT 2

### ORDO MINISTRANDI SACRAMENTUM EXTREMÆ UNCTIONIS

1. Sacerdos Sacramentum Extremæ Unctionis ministratus, quatenus fieri poterit, parari curet apud infirmum mensam mappa candida coopertam, itemque vas, in quo sit bombacium, seu quid simile in sex globules distinctum, ad abstergendas partes inunctas; medullam panis ad detergundos digitos; et aquam ad abluendas Sacerdotis manus; ceream item candelam, qua deinde accensa ipsi ungenti lumen præbeat. Denique operam dabit, ut quanta poterit munditia ac nitore hoc Sacramentum ministretur.

2. Deinde convocatis Clericis seu ministris, vel saltem uno Clerico, qui crucem sine hasta, aquam benedictam cum aspersorio, et librum Ritualem deferat, ipse Parochus decenter accipit vas sacri Olei infirmorum sacculo serico violacei coloris inclusum, illudque caute deferat, ne effundi possit. Quod si longius iter peragendum, aut etiam equitandum sit, vel alias adsit periculum effusionis, vas Olei sacculo, aut bursa inclusum, ut dictum est, ad collum appendat, ut commodius et securius perferat. Procedat autem sine sonitu campanula.

3. Cum perventum fuerit ad locum, ubi jacet infirmus, Sacerdos intrans cubiculum, dicit:

℣. Pax huic dómui.

℟. Et ómnibus habitántibus in ea.

4. Deinde deposito Oleo super mensam, superpelliceo, stolaque violacea indutus, ægroto crucem pie deosculandam porrigit; mox in modum crucis aqua benedicta eum, et cublculum, et circumstantes aspergit, dicens Antiphonam: Aspérges me, Dómine, etc. Quod si ægrotus velit confiteri, audiat ilium, et absolvat. Deinde piis verbis ilium consoletur, et de hujus Sacramenti vi, atque efficacia, si tempus ferat, breviter admoneat: et quantum opus sit, ejus animam confirmet, et in spem erigat vitæ æternæ.

5. Postea dicit:

℣. Adjutórium nostrum in nōmine Dómine.

℟. Qui fecit cælum et terram.

℣. Dóminus vobíscum.

℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Oratio

**I**ntróeat, Dómine Jesu Christe, domum hanc sub nostræ humilitatis ingrüssu, æterna felicitas, divina prospéritas serena lætitia, cáritas fructuosa, sánitas sempiterna: effugiat ex hoc loco accéssus dæmonum: adsint Angeli pacis, domumque hanc déserat omnis maligna discórdia. Magnifica, Dómine, super nos nomen sanctum tuum; et bénè ✕ dic nostræ conversatióni: sanctifica nostræ humilitatis ingrüssum qui sanctus et qui pius es, et pérmanes cum Patre et Spíritu Sancto in sǽculorum. Rx. Amen.

Orémus, et deprecémur Dóminum nostrum Jésus Christum, ut benedicendo bene ✕ dicat hoc tabernáculum, et omnes habitantes in eo, et det eis Angelum bonum custódem et fáciat eos sibi servire ad considerandum mirabilia de lege sua: avértat ab eis omnes contrárias potestátes: erípiat eos ab omni formidíne, et ab omni perturbatióne, ac sanos in hoc tabernáculo custodíre dignétur: Qui cum Patre et Spíritu Sancto vivit et regnat Deus in sǽculorum. Rx. Amen.

Orémus.

Oratio

**E**xaudi nos, Dómine sancte, Pater omnípotens, æterne Deus: et míttere dignérис sanctum Angelum tuum de cælis, qui custodiát, fóveat, prótegat, vísitet atque deféndat omnes habitantes in hoc habitáculo. Per Christum Dóminum nostrum.

Rx. Amen.

6. Quæ Orationes, si tempus non patiatur, ex parte, vel in totum poterunt omitti. Tunc: de more facta confessione generali, latino vel vulgari sermone, Sacerdos dicit in singulari numero: Misereátr tui, etc., Indulgéntiam ... tuórum tribuat tibi, etc.

7. Antequam Parochus incipiat ungere infirmum, moneat astantes, ut pro illo orent, et, ubi commodum sit, pro loco et tempore, et astantium numero, vel qualitate, recitent septem Psalmos Pœnitentiales cum Litaniis Sanctorum, vel alias preces, dum ipse Unctionis Sacramentum administrat. Mox, extensa manu dextera super caput infirmi, dicit:

**I**n nómine Pa ✕ tris, et Fí ✕ lii, et Spíritus ✕ Sancti, exstinguátur in te omnis virtus diáboli per impositionem mánum nostrárum, et per invocatióne gloriósae et sanctæ Dei Genetrícis Vírginis Maríæ, ejúsque ícliti Sponsi Joseph, et ómnium sanctórum Angelórum, Archangelórum, Patriarchárum, Prophetárum, Apostolórum, Mátyrum, Confessórum, Vírginum, atque ómnium simul Sanctórum. Amen.

8. Deinde, intincto pollice in Oleo sancto, in modum crucis ungit infirmum in partibus hic subscriptis, aptando proprio loco verba formas in hunc modum:

**Ad oculos**

**P**er istam sanctam Unctió ✕ nem, et suam piíssimam misericórdiam, indúlgeat tibi Dóminus quidquid per visum deliquisti. Amen.

9. Minister vero, si est in Sacris, vel ipsemet Sacerdos, post quamlibet Unctionem, tergit loca inuncta novo globulo bombacii, vel rei similis, eumque in vase mundo reponat, et ad ecclesiam postea deferat, comburat, cineresque projiciat in sacrarium.

## Ordo ministrandi Sacr. Extremæ Unctionis

### **Ad aures**

Per istam sanctam Unctiō ✕ nem, et suam piíssimam misericórdiam, indúlgeat tibi Dóminus quidquid per audítum deliquísti. Amen.

### **Ad nares**

Per istam sanctam Unctiō ✕ nem, et suam piíssimam misericórdiam, indúlgeat tibi Dóminus quidquid per odorátum deliquísti. Amen.

### **Ad os, compressis labiis**

Per istam sanctam Unctiō ✕ nem, et suam piíssimam misericórdiam, indúlgeat tibi Dóminus quidquid per gustum et locutiónem deliquísti. Amen.

### **Ad manus**

Per istam sanctam Unctiō ✕ nem, et suam piíssimam misericórdiam, indúlgeat tibi Dóminus quidquid per tactum deliquísti. Amen.

10. **Et adverte, quod Sacerdotibus, ut dictum est, manus non inunguntur interius, sed exterius.**

### **Ad pedes**

Per istam sanctam Unctiō ✕ nem, et suam piíssimam misericórdiam, indúlgeat tibi Dóminus quidquid per gressum deliquísti. Amen.

11. **Hæc autem unctio ad pedes, ut dictum est, ex qualibet rationabili causa omitti potest.**

12. **Quibus omnibus peractis, Sacerdos pollicem fricat cum medulla panis, manus lavat linteoque abstergit; aqua vero lotionis cum pane, suo tempore, mittatur in sacrarium, vel, si hoc desit, in ignem. Deinde dicit:**

Kýrie eleíson. Christe. eleíson. Kýrie, eleíson.

Pater noster **secreto usque ad**

℣. Et ne nos indúcas in tentatióne.

℟. Sed líbera nos a malo.

℣. Salvam (-am) fac servum tuum (ancíllam tuam).

℟. Deus meus, sperántem in te.

℣. Mítte ei, Dómine, auxílium de sancto.

℟. Et de Sion tuére eum (eam).

℣. Esto ei, Dómine, turris fortitúdinis.

℟. A fácie inimíci.

℣. Nihil proficiat inimícus in eo (ea).

℟. Et filius iniquitatis non appónat nocére ei.

℣. Dómine, exáudi oratióne meam.

℟. Et clamor meus ad te véniat.

℣. Dóminus vobíscum.

℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

**Oratio**

**D**ómine Deus, qui per Apóstolum tuum Jacóbum locútus es: Infirmátur quis in vobis? indúcat presbýteros Ecclésiæ et orent super eum, ungéntes eum oleo in nómine Dómini: et orátió fidei salvábit infirmum, et alleviábit eum Dóminus: et si in peccátis sit, remitténtur ei; cura,

## Titulus V—Caput 2

quæsumus, Redémptor noster, grátia Sancti Spíritus languóres istius infirmi (*infirmæ*), ejúsque sana vúlnera, et dimítte peccáta, atque dolóres cunctos mentis et córporis ab eo (*ea*) expélle, plenámque intérius et extérius sanitátem misericórditer redde, ut, ope misericórdiæ tuæ restitútus (*-a*), ad prístina reparétur officia: Qui cum Patre et eódem Spíritu Sancto vivis et regnas Deus, in sǽcula sǽculórum.

R. Amen.

Orémus.

Oratio

**R**espíce, quæsumus, Dómine, fámulum tuum **N.** (*fámulam tuam N.*) in infirmitáte sui córporis fatiscéntem, et ániam réfove, quam creásti; ut, castigatióibus emendáitus (*-a*), se tua séntiat medicína salvátum (*-am*). Per Christum Dóminum nostrum. R. Amen.

Orémus.

Oratio

**D**ómine sancte, Pater omnípotens, ætére Deus, qui, benedictiónis tuæ grátiam ægris infundéndo corpóribus, factúram tuam multíplici pietáte custódis: ad invocatióne tui nóminis benígnus assíste; ut fámulum tuum (*fámulam tuam*) ab ægritudine liberátum (*-am*), et sanitáte donátum (*-am*), déxtera tua érigas, virtúte confírmes, potestáte tueáris, atque Ecclésiæ tuæ sanctæ, cum omni desideráta prosperitaté, restítuas. Per Christum Dóminum nostrum.

R. Amen.

13. Ad extremum, pro personæ qualitate, salutaria monita breviter præbere poterit, quibus infirmus ad moriendum in Domino confirmetur et ad fugandas dæmonum tentationes roboretur.

14. Denique aquam benedictam, et crucem nisi aliam habeat, coram eo relinquat, ut illam frequenter aspiciat, et pro sua devotione osculetur et amplectatur.

15. Admoneat etiam domesticos et ministros infirmi, ut, si morbus ingravescat, vel infirmus incipiat agonizare, statim ipsum Parochum accersant, ut morientem adjuvet, ejusque aniniam Deo commendet: sed si mors immineat, priusquam discedat, Sacerdos animam Deo rite commendabit.

16. Qua autem pertinent ad visitationem, curamque infirmorum, et ad juvandos morientes, ad commendationem animæ, et ad exsequias, infra suis locis præscribuntur.

CAPUT 3

SEPTEM PSALMI PŒNITENTIALES  
CUM LITANIIS SANCTORUM

Pro infirmis, dum sacro liniuntur Oleo, seu pro alia necessitate dicuntur flexis genibus.

Antiphona

IV E

Ne remi - ni - scá - ris.

Psalmus 6

Dó-mi-ne, ne in furó-re tu - o árgu-as me, \* ne-que  
in i-ra tu - a cor-rí-pi - as me. Vel: ár-gu - as me.

Miserére mei Dómine quóniam infirmus sum:  
\* sana me Dómine quóniam conturbáta sunt  
ossa mea.

Et ánima mea turbáta est valde: \* sed tu,  
Dómine, úsquequo?

Convrétere Dómine éripe ániam meam:  
\* salvum me fac propter misericódiam tuam.

Quóniam non est in morte qui memor sit tui: \*  
in inférno autem quis confitébitur tibi?

Laborávi in gémitu meo lavábo per síngulas  
noctes lectum meum: \* in lácrimis meis stratum  
meum rigábo.

Turbátus est a furóre óculus meus: \* inveterávi  
inter omnes inimícios meos.

Discédite a me omnes qui operámini  
iniquitátem: \* quóniam exaudívit Dóminus  
vocem fletus mei.

Exaudívit Dóminus deprecationem meam, \*  
Dóminus oratióнем meam suscépit.

Erubéscant et conturbéntur veheménter omnes  
inimíci mei: \* convertántur et erubéscant valde  
velóciter

Glória Patri.

Psalmus 31

**B**éati quorum remíssæ sunt iniquítates: \* et  
quorum tecta sunt peccáta.

Beátus vir, cui non imputávit Dóminus  
peccátum, \* nec est in spíritu ejus dolus.

Quóniam tacui inveteravérunt ossa mea, \* dum  
clamárem tota die.

Quóniam die ac nocte graváta est super me  
manus tua: \* convérsus sum in ærúmna mea;  
dum configitur spina .

### Septem Psalmi Poenitentiales

Delictum meum cognitum tibi; feci: \* et in justitiam meam non abscondi.

Dixi confitebor adversum me in justitiam meam Domino: \* et tu remisisti iniquitatem peccati mei.

Pro hac orabit ad te omnis sanctus: \* in tempore oportuno.

Verumtamen in diluvio aquarum multarum: \* ad eum non approximabunt.

Tu es refugium meum a tribulacione quae circumdedit me: \* exultatio mea erue me a circumdantibus me.

Intellectum tibi dabo et instruam te in via hac, qua gradieris: \* firmabo super te oculos meos Nolite fieri sicut equus et mulus: \* quibus non est intellectus.

In camo et frano maxillas eorum constringe: \* qui non approximant ad te.

Multa flagella peccatoris, \* sperantem autem in Domino misericordia circundabit.

Letamini in Domino et exultate justi, \* et gloriamini omnes recti corde.

Gloria Patri.

### **Psalmus 37**

**D**omine ne in furore tuo arguas me, \* neque in ira tua corrapias me.

Quoniam sagittae tuae infixae sunt mihi: \* et confirmasti super me manum tuam.

Non est sanitas carni meae a facie irae tuae: \* non est pax ossibus meis a facie peccatorum meorum.

Quoniam iniquitates meae supergressae sunt caput meum: \* et sicut onus grave gravatae sunt super me.

Putreerunt et corruptae sunt cicatrices meae, \* a facie insipientiae meae.

Miser factus sum, et curvatus sum usque in finem: \* tota die contrastatus ingrediabar.

Quoniam lumbi mei impleti sunt inlusionibus: \* et non est sanitas in carne mea.

Afflictus sum et humiliatus sum nimis: \* rugiebam a gemitu cordis mei.

Domine ante te omne desiderium meum: \* et gemitus meus a te non est absconditus.

Cor meum conturbatum est, dereliquit me virtus mea: \* et lumen oculorum meorum et ipsum non est mecum.

Amici mei, et proximi mei \* aduersum me appropinquaverunt et stetérunt.

Et qui juxta me erant, de longe stetérunt: \* et vim faciébant qui quarebant animam meam.

Et qui inquirabant mala mihi locuti sunt vanitatis: \* et dolos tota die meditabantur.

Ego autem tamquam surdus non audiébam: \* et sicut mutus non apériens os suum.

Et factus sum sicut homo non audiens: \* et non habens in ore suo redargutiones.

Quoniam in te Domine, speravi: \* tu exaudies me, Domine, Deus meus.

Quia dixi Nequando supergaudeant mihi inimici mei: \* et dum commoventur pedes mei super me magna locuti sunt.

Quoniam ego in flagella paratus sum: \* et dolor meus in conspectu meo semper.

Quoniam iniquitatem meam annuntiabo et; cogitabo pro peccato meo.

Inimici autem mei vivunt, et confirmati sunt super me: \* et multiplicati sunt qui odierunt me inique.

Qui retribuerunt mala pro bonis, detrahébant mihi: \* quoniam sequerbar bonitatem.

Ne derelinquas me, Domine, Deus meus: \* ne discésseris a me

Intende in adjutorium meum: \* Domine salutis meae.

Gloria Patri.

**Psalmus 50**

**M**iserére mei, Deus, \*secúndum magnam misericórdiam tuam.  
 Et secúndum multitúdinem miseratiónum tuárum, \* dele iniquitátem meam.  
 Amplius lava me ab iniquitáte mea: \* et a peccáto meo munda me.  
 Quóniam iniquitátem meam ego cognósco: \* et peccátum meum contra me est semper.  
 Tibi soli peccávi, et malum coram te feci: \* ut justificérис in sermónibus tuis, et vincas cum judicárис.  
 Ecce enim in iniquitábus concéptus sum: \* et in peccátis concépit me mater mea.  
 Ecce enim veritátem dilexisti: \* incépta et occulta sapiéntiæ tuæ manifestásti mihi.  
 Aspérges me hyssópo, et mundábor: \* lavábis me, et super nivem dealbábor,  
 Audítui meo dabis gáudium et lætitiam: \* et exsultábunt ossa humiliáta.  
 Avérte fáciem tuam a peccátis meis: \* et omnes iniquitátes meas dele.

Cor mundum crea in me, Deus: \* et spíritum rectum innova in viscéribus meis.  
 Ne projícias me a fácie tua: \* et spíritum sanctum tuum ne áuferas a me.  
 Redde mihi lætítiam salutáris tui: \* et spíritu principáli confirma me.  
 Docébo iníquos vias tuas: \* et impii ad te converténtur.  
 Líbera me de sanguínibus, Deus, Deus salútis meæ: \* et exsultábit lingua mea justítiam tuam.  
 Dómine, lábia mea áperies: \* et os meum annuntiábit laudem tuam.  
 Quóniam si voluísse sacrificium dedísem útique: \* holocáustis non delectáberis.  
 Sacrificium Deo spíritus contribulátus: \* cor contrítum, et humiliátum, Deus, non despicies.  
 Benígne fac, Dómine, in bona voluntáte tua Sion: \* ut aedificéntur muri Jerúsalem.  
 Tunc acceptábis sacrificium justitiæ, oblatlónes, et holocáusta: \* tunc impónent super altáre tuum vítulos.  
 Glória Patri.

**Psalmus 101**

**D**ómine exáudi oratióne meam: \* et clamor meus ad te véniat.  
 Non avértas fáciem tuam a me: \* in quacúmque die tríbulator, inclína ad me aurem tuam  
 In quacúmque die invocávero te, \* velóciter exáudi me.  
 Quia defecérunt sicut fumus dies mei: \* et ossa mea sicut crémium aruérunt.  
 Percússus sum ut fœnum et áruit cor meum: \* quia oblítus sum comédere panem meum.  
 A voce gémitus mei \* adhásit os meum carni meæ.  
 Símilis factus sum pelicáno solitúdinis: \* factus sum sicut nyctícorax in domílio.  
 Vigilávi, \* et factus sum sicut passer solitárius in tecto.  
 Tota die reprobrábant mihi inimíci mei, \* et qui laudábant me, advérsus me jurábant.  
 Quia cínerem tamquam panem manducábam: \* et potum meum cum fletu miscébam.

A fácie iræ et indignatiónis tuæ: \* quia elevans allisísti me.  
 Dies mei sicut umbra declinavérunt: \* et ego sicut fœnum árui.  
 Tu autem, Dómine, in ætérnum pérmanes: \* et memoriále tuum in generatióne et generatióne.  
 Tu exsúrgens miseréberis Sion: \* quia tempus miseréndi ejus quia venit tempus.  
 Quóniam placuérunt servis tuis lápides ejus: \* et terræ ejus miserebúntur.  
 Et timébunt Gentes nomen tuum, Dómine, \* et omnes reges terræ glóriam tuam  
 Quia aedificávit Dóminus Sion: \* et vidébitur in glória sua.  
 Respéxit in oratióne humílium: \* et non sprevit precem eórum.  
 Scribántur hæc in generatióne áltera: \* et póplus, qui creábitur laudábit Dóminum:  
 Quia prospéxit de excélsø sancto suo: \* Dóminus de cælo in terram aspéxit:

### Septem Psalmi Poenitentiales

Ut audíret gémitus compeditórum: \* ut sólveret filios interemptórum:

Ut annúntient in Sion nomen Dómini: \* et laudem ejus in Jerúsalem.

In conveniéndo pópolos in unum, \* et reges ut sérviant Dómino.

Respóndit ei in via virtútis suæ: \* Paucitátem diérum meórum núnctia mihi.

Ne révoce me in dimídio diérum meórum: \* in generatióne et generatióne anni tui.

Início tu, Dómine, terram fundásti: \* et ópera mánuum tuárum sunt cæli.

Ipsi peribunt, tu autem pérmánes: \* et ómnes sicut vestiméntum veteráscent.

Et sicut opertórium mutábis eos, et mutabúntur: \* tu autem idem ipse es, et anni tui non defícient.

Fílii servórum tuórum habitábunt: \* et semen eórum in sǽculum dirigétur.

Glória Patri.

### **Psalmus 129**

**D**e profundiis clamávi ad te Dómine: \*

Dómine exáudi vocem meam.

Fiant aures tuæ intendéntes, \* in vocem deprecatiónis meam

Si iniquítates observáveris, Dómine: \* Dómine, quis sustinébit?

Quia apud te propitiatio est: \* et propter legem tuam sustinui te, Dómine.

Sustinuit ánima mea in verbum ejus: \* sperávit ánima mea in Dómino.

A custódia matutína usque ad noctem: \* speret Israël in Dómino.

Quia apud Dóminum misericórdia: \* et copiosa apud eum redémptio.

Et ipse rédimet Israël, \* ex ómnibus iniquitatibus ejus.

### **Psalmus 142**

**D**ómine, exáudi oratióne meam: áuribus pérçipe obsecratióne meam in veritáte tua: \* exáudi me in tua justitia.

Et non intres in judícium cum servo tuo : \* quia non justificábitur in conspéctu tuo omnis vivens. Quia persecútus est inimicus ániam meam: \* humiliávit in terra vitam meam.

Collocávit me in obscuris sicut mórtuos sǽculi: \* et anxiátus est super me spíritus meus, in me turbátum est cor meum.

Memor fui diérum antiquórum, meditátus sum in ómnibus opéribus tuis: \* in factis mánuum tuárum meditábar.

Expándi manus meas ad te: \* ánima mea sicut terra sine aqua tibi.

Velóciter exáudi me, Domine: \* defécit spíritus meus.

Non avértas fáciem tuam a me: \* et símilis ero descendéntibus in lacum.

Audítam mihi fac mane misericórdiam tuam: \* quia in te sperávi.

Notam fac mihi viam, in qua ámbulem: \* quia ad te levávi ániam meam.

Eripe me de inimícis meis, Dómine, ad te confúgi: \* doce me facere voluntátem tuam, quia Deus meus es tu.

Spíritus tuus bonus dedúcet me in terra rectam: \* propter nomen tuum, Dómine, vivificábis me, in æquitáte tua.

Edúces de tribulatióne ániam meam: \* et in misericórdia tua dispérdes inimícos meos.

Et perdes omnes, qui tríbulant ániam meam: \* quóniam ego servus tuus sum.

Glória Patri.

## Litaniæ Sanctorum

### Antiphona

Ne remini scáris, Dómi-ne, de-líc-ta  
no-stra, vel pa-rén-tum no-stró-rum: ne-que  
vin-díc-tam su-mas de pec-cá-tis no-stris.

## LITANIÆ SANCTORUM

**K**yrie, éleison.

Christe, éleison.

Kyrie, éleison.

Christe, audi nos.

Christe, exáudi nos.

Pater de cælis, Deus,

Miserére nobis

Fili Dei, Redemptor mundi, Deus,

Miserére

Spíritus Sancte, Deus,

Miserére

Sancta Trinitas, unus Deus,

Miserére

Sancta María, ora pro nobis.

ora.

Sancta Dei Génetricx ,

ora.

Sancta Vírgo vírginum,

ora.

Sancte Michaël,

ora.

Sancte Gábriel,

ora.

Sancte Ráphaël,

ora.

Omnes sancti Angeli et Archángeli,

oráte.

Omnes sancti beatórum Spírituum órdines,

orate.

Sancte Joánnes Baptísta,

ora.

Sancte Joseph, ora.

Omnes sancti Patriárchæ et Prophétæ, orate.

Sancte Petre,

ora.

Sancte Paule,

ora.

Sancte Andréa,

ora.

Sancte Jacóbe,

ora.

Sancte Joánnes,

ora.

Sancte Thoma, ora.

Sancte Jacóbe, ora.

Sancte Philíppe, ora.

Sancte Bartholomæe, ora.

Sancte Matthæe, ora.

Sancte Simon, ora.

Sancte Thaddæe, ora.

Sancte Matthía, ora.

Sancte Bárnaba, ora.

Sancte Luca, ora.

Sancte Marce, ora.

Omnes sancti Apóstoli et Evangelistæ, oráte.

Omnes sancti Discípuli Dómini, oráte.

Omnes sancti Innocéntes, oráte.

Sancte Stéphane, ora.

Sancte Laurénti, ora.

Sancte Vincénti, ora.

Sancti Fabiáne et Sebastiáne, oráte.

Sancti Joánnes et Paule, oráte.

Sancti Cosma et Damiáne, oráte.

Sancti Gervási et Protási, oráte.

Omnes sancti Mártires, oráte.

Sancte Silvéster, ora.

Sancte Gregóri, ora.

Sancte Ambrósi, ora.

Sancte Augustíne, ora.

Sancte Hierónyme, ora.

Sancte Martíne, ora.

## Litaniæ Sanctorum

Sancte Nicolæ, ora.  
Omnis sancti Pontifices et Confessores, oráte.  
Omnis sancti Doctóres, oráte.  
Sancte Antóni, ora.  
Sancte Benedícte, ora.  
Sancte Bernárde, ora.  
Sancte Dominíce, ora.  
Sancte Francísce, ora.  
Omnis sancti Sacerdótes et Levítæ, oráte.  
Omnis sancti Mónachi et Eremítæ, oráte.  
Sancta María Magdaléna, ora.  
Sancta Agatha, ora.  
Sancta Lúcia, ora.  
Sancta Agnes, ora.  
Sancta Cæcília, ora.  
Sancta Catharína, ora.  
Sancta Anastásia, ora.  
Omnis sanctæ Vírgines et Víduæ, oráte.  
Omnis Sancti et Sanctæ Dei, intercédite pro nobis  
Propítius esto, parce nobis, Dómine.  
Propítius esto, exaudi nos, Dómine.  
Ab omni malo, libera nos, Dómine.  
Ab omni peccáto, líbera.  
Ab ira tua, líbera.  
A subítanea et improvísa morte, líbera.  
Ab insídiis diáboli, líbera.  
Ab ira, et ódio, et omni mala voluntáte, líbera.  
A spíritu fornicatiónis, líbera.  
A fúlgure et tempestáte, líbera.  
A flagéllo terræmotus, líbera.  
A peste, fame et bello, líbera.  
A morte perpétua, líbera.  
Per mystérium sanctæ Incarnatiónis tuæ, líbera.  
Per Advéntum tuum, líbera.  
Per Nativitatem tuam, líbera.  
Per Baptísmum et sanctum Jejúnium tuum,  
líbera.

Per Crucem et Passiónem tuam, líbera.  
Per Mortem et Sepultúram tuam, líbera.  
Per sanctam Resurrectiónem tuam, líbera.  
Per admirábilem Ascensiónem tuam, líbera.  
Per advéntum Spíritus Sancti Parácliti, líbera.  
In die judicii, líbera.  
Peccatóres, te rogamus, audi nos.\*  
Ut nobis parcas,  
Ut nobis indúlgeas,  
Ut ad veram pœniténtiam nos perdúcere  
dignérис,  
Ut Ecclésiam tuam sanctam régere et  
conserváre dignérис,  
Ut Domnum Apostólicum et omnes  
ecclesiásticos órdines in sancta religióne  
conserváre dignérис,  
Ut inimícos sanctas Ecclésiæ humiliáre  
dignérис,  
Ut régibus et princípibus christiánis pacem et  
veram concórdiam donáre dignérис,  
Ut cuncto pópulo christiáno pacem et unitátem  
largíri dignérис,  
Ut omnes errántes ad unitátem Ecclésiæ  
revocáre, et infidéles univérses ad Evangélii  
lumen perdúcere dignérис,  
Ut nosmetípos in tuo sancto servítio  
confortáre et conserváre dignérис,  
Ut mentes nostras ad cælestia desidéria érigas,  
Ut ómnibus benefactóribus nostris sempitérna  
bona retríbuas,  
Ut ánimas nostras, fratrum, propinquórum et  
benefactórum nostrórum ab ætérrna damnatióne  
erípias,  
Ut fructus terræ dare et conserváre dignérис,  
Ut omnibus fidélibus defúnctis réquiem  
ætérrnam donáre dignérис,  
Ut nos exaudíre dignérис,  
Fíli Dei, te rogámus.

Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi, parce nobis, Dómine.  
Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi, exáudi nos, Dómine.  
Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi, miseré nobis.

Christe, audi nos. Christe, exáudi nos. Kýrie, élleison. Christe, élleison. Kýrie, élleison.

## Pater noster secreto usque ad

V. Et ne nos inducas in tentationem.

**R.** Sed libera nos a malo.

\* Te rogamus, audi nos.

## Litaniæ Sanctorum

### Psalmus 69

**D**eus in adjutórium meum inténde:  
\*Dóminum ad adjuvándum me festína.  
Confundántur, et revereántur, \* qui quærunt  
ánimam meam.  
Avertántur retrórsum et erubéscant, \* qui volunt  
mihi mala.  
Avertántur statim erubescéntes, \* qui dicunt  
mihi: Euge, euge.

Exsúltent et læténtr in te omnes quærunt te, \*  
et dicant semper:  
Magnificétur Dóminus: qui díligunt salutáre  
tuum.  
Ego vero egénus, et pauper sum: \* Deus áduva  
me.  
Adjútor meus, et liberátor meus es tu: \*  
Dómine, ne moréris.  
Glória Patri.

**V.** Salvos fac servos tuos.

**R.** Deus meus, sperántes in te.

**V.** Esto nobis, Dómine, turris fortitúdinis.

**R.** A fácie inimíci.

**V.** Nihil proficiat inimícus in nobis.

**R.** Et filius iniquitatis non appónat nocére nobis.

**V.** Dómine, non secúndum peccáta nostra fáciás nobis.

**R.** Neque secúndum iniquitátes nostras retríbuas nobis.

**V.** Orémus pro Pontífice nostro **N.**

**R.** Dóminus consérvet eum, et vivíficet eum, et beátum fáciat eum in terra, et non tradat eum in  
ánimam inimicórum ejus.

**V.** Orémus pro benefactóribus nostris.

**R.** Retribúere dignáre, Dómine, ómnibus, nobis bona faciéntibus propter nomen tuum, vitam  
ætéram. Amen.

**V.** Orémus pro fidélibus defúnctis.

**R.** Réquiem ætéram dona eis, Dómine, et lux perpétua lúceat eis.

**V.** Requiéscant in pace.

**R.** Amen.

**V.** Pro frátribus nostris abséntibus.

**V.** Salvos fac servos tuos,

**R.** Deus meus, sperántes in te.

**V.** Mitte eis, Dómine, auxílium de sancto.

**R.** Et de Sion tuére eos.

**V.** Dómine, exáudi oratióne meam.

**R.** Et clamor meus ad te véniat.

**V.** Dóminus vobíscum.

**R.** Et cum spíritu tuo.

Orémus.

**Oratio**

**D**eus, cui próprium est miseréri semper et párcere; súscipe deprecationem nostram; ut nos, et  
omnes fámulos tuos, quos delictórum caténa constríngit, miserátrio tuæ pietatis cleménter absolvat.

**E**xáudi, quásumus, Dómine, súpplicum preces, et confiténtium tibi parce peccátis: ut páriter  
nobis indulgentiam tríbuas benígnus, et pacem.

**I**n effabilem nobis, Dómine, misericordiam tuam cleménter osténde: ut simul nos et a peccatis ómnibus éxuas, et a poénis, quas pro his merémur, erípias.

**D**eus, qui culpa offendéris, poenitentia placáris, preces pópuli tui supplicántis propítius respice; et flagella tuæ iracundiæ, quæ pro peccatis nostris merémur, avérte.

**O**mnipotens sempiterne Deus, miserere fámulo tuo Pontífici nostro N., et dírige cum secúndum tuam cleméntiam in viam salútis æternae: ut, te donánte, tibi plácita cúpiat, et tota virtute perficiat

**D**eus, a quo sancta desidéria, recta consília, et justa sunt ópera, da servis tuis illam. quam mundus dare non potest, pacem: ut et corda nostra mandatis tuis dédita, et hóstium subláta formídine, témpora sint tua protectióne tranquilla.

**U**re igne Sancti Spíritus renes nostros, et cor nostrum, Dómine: ut tibi casto córpore serviámus, et mundo cordc placeámus.

**F**idélium, Deus, ómnium cónditor et redémptor, ánimabus famulórum, famularúmque tuárum remissiónem cunctórum tríbue peccatórum: ut indulgéntiam, quam semper optavérunt, piis supplicatióibus consequántur.

**A**ctiones nostraras, quæsumus, Dómine aspirando præveni, et adjuvando proséquere: ut cuncta nostra oratio, et operatio a tc semper incípiat, et per te cœpta finiátrur.

**O**mnipotens sempiterne Deus, qui vivórum domináris simul et mortuórum, omniúmque miseréris, quos tuos fide et opere futuros esse prænoscis: te súpplices exorámus; ut, pro quibus effundere preces decrevíimus, quosque vel præsens sǽculum adhuc in carne rétinet, vel futúrum Jam exútos córpore suscépit, intercedéntibus ómnibus Sanctis tuis, pietatis tuæ cleméntia, ómnium delictórum suórum véniam consequántur. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum: Qui tecum vivit et regnat in unitate Spíritus Sancti Deus, per ómnia sǽcula sǽculórum. Rx. Amen.

V. Dóminus vobíscum.

R. Et cum spíritu tuo.

V. Exaudiat nos omnipotens et misericors Dóminus. Rx. Amen.

V. Et fidélium ánimæ per misericordiam Dei requiéscant in pace. Rx. Amen.

**Vacante Apostolica Sede, loco invocationis** Ut Dóminum Apostólicum et omnes ecclesiásticos órdines, etc., dicatur: Ut omnes ecclesiásticos órdines, etc., **Versus autem** Orémus pro Pontífice nostro N. cum suo Responsorio, et **Oratio pro eodem Pontifice** omittuntur.

**CAPUT 4**

**DE VISITATIONE ET CURA INFIRMORUM**

1. Parochus in primis meminisse debet, non postremas esse muneris sui partes, ægrotantium curam habere. Quare cum primum noverit, quempiam ex fidelibus in sua parœcia ægrotare, non exspectabit, ut ad eum vocetur, sed ultiro ad ilium accedat: idque non semel tantum, sed sæpius, quatenus opus sit; horteturque parœcianos suos, ut ipsum admoneant, cum aliquem in parœcia sua ægrotare contigerit, præcipue si morbus gravior sit.
2. Ad hoc juvabit, præsertim in amplis parœciis, ægrotorum notam seu catalogum habere, ut cujusque statum et conditionem cognoscatur. eorumque memoriam facilius retinere, et illis opportune subvenire possit.
3. Quod si Parochus, legitime impeditus, infirmorum, ut quando plures sunt, visitationi interdum vacare non possit: id præstandum curabit per alios Sacerdotes, si quos habeat in parœcia sua, aut saltem per laicos homines pios et Christiana caritate præditos.
4. Ægrotos visitans, ea, qua Sacerdotes Domini decet, honestate et gravitate se habeat, ut non ægris solum, sed sibi et domesticis verbo et exemplo proposit ad salutem.
5. Eorum vero præcipuam curam geret, qui, humanis auxillis destitute, benigni ac providi Pastoris caritatem et operam requirunt. Quibus si non possit ipse succurrere de suo, et eleemosynas illis, prout debet, si facultas suppetat, erogare, quantum neri potest, sive per caritatis, vel alterius nomnis confraternitatem, si in ea civitate vel loco sit, sive per privatas, sive per publicas collectas et eleemosynas, illorum necessitatibus succurrentum curabit.
6. In primis autem spiritualem ægrotantium curam suscipiat, omnemque diligentiam in eo ponat, ut in viam salutis eos dirigat, atque a diabolicis insidiis salutarium adjumentorum præsidio defendat, ac tueatur,
7. Accedat autem ad ægrotum ita paratus, ut in promptu habeat argumenta ad persuadendum apta, ac præsertini Sanctorum exempla, quæ plurimum, valent: quibus eum in Domino consoletur, excitet, ac recreet. Horteturque, ut omnem spem suam in Deo ponat, peccatorum suorum pœnitentia. Divinam misericordiam imploret, et infirmitatis pœnas, tamquam paternam Dei visitationem, patienter ferat, et ad salutem suam provenisse credat, ut vitam moresque suos melius instituat
8. Deinde, qua par est prudentia et caritate infirmum, ad sacram confessionem inducat, et confitentem audiat, etiamsi velit totius vitæ peccata confiteri.
9. Illud præterea diligenter servari curabit, ne quis pro corporali salute aliquid ægroto suadeat, vel adhibeat, quod in detrimentum animæ convertatur.
10. Ubi vero periculum immineat, Parochus monebit ægrotum, ne dæmonum astutia, neque medicorum pollicitationibus, neque propinquorum, aut amicorum blanditiis se ullo modo decipi sinat, quo minus ea, quæ ad animæ salutem pertinent, opportune procuret, et, qua par est devotione et celeritate, sancta Sacraenta, dum sana mens est, integrique sensus, religiose suscipiat, citra fallacem illam ac perniciosaem procrastinationem, quæ plurimos ad æterna supplicia perduxit, in diesque, fallente diabolo, perducit.
11. Quod si æger aliquis hortationibus ac monitis Sacerdotum, vel amicorum et domesticorum consiliis adduci non possit, ut velit peccata sua confiteri, tunc non omnino desperanda res est, sed quamdiu ille vivit, repetendæ sunt frequentes variæ et efficaces Sacerdotum, et aliorum piorum

## De visitatione et cura infirmorum

hominum exhortationes; proponendaque æternæ salutis damna, et sempiternae mortis supplicia; ostendendaque immensa Dei misericordia, eum ad pœnitentiam provocantis, ad ignoscendum paratissimi.

Adhibenda sunt etiam tum privatæ tum publicæ ad Deum preces, ad divinam gratiam impetrandam pro salute miseri decumbentis.

12. Videbit denique Sacerdos, quibus potissimum temptationibus, aut pravis opinionibus æger sit subjectus, eique, prout opus erit, apta remedia prudenter adhibebit.

13. Sacras imagines Christi Domini crucifixi, beatæ Mariæ Virginis, et Sancti, quem æger præcipue veneratur, ob oculos ejus apponi curabit. Vasculum item adsit aquæ benedictæ, qua frequenter aspergatur.

14. Proponet etiam ægrotanti, prout ejus conditio feret, aliquas breves orationes, et pias mentis ad Deum excitationes: præsertim versiculos e Psalmorum libro, vel Orationem Dominicam, et Salutationem Angelicam, Symbolum fidei, vel passionis Domini nostri meditationem, et Sanctorum martyria et exempla, ac cælestis gloriæ beatitudinem. Hæc tamen opportune et discrete suggerantur, ne ægroto molestia, sed levamen afferatur.

15. Consoletur infirmum, dicens, se pro eo in Missæ sacrificio, et aliis precibus oraturum, curaturumque ut alii itidem pro eo faciant, idque re ipsa præstabit.

16. Si morbus gravior, vel cum periculo sit, ægroto suadeat, ut dum integra mente est, rem suam omnem recte constituat, et testamentum faciat; si quid habeat alienum. restituat, et ad remedium animæ suæ pro facultatibus, quod in Domino ei placuerit, disponat: sed hæc suggestendo, omnis avaritiæ nota caveatur,

17. Hortetur denique, ut si convaluerit, ante omnia ad ecclesiam veniat, ubi Deo gratias agat de restituta valetudine, et sacram communionem pie suscipiat; ac deinceps meliorem vitæ disciplinam teneat.

18. **Sequentes preces omnes, vel ex parte, prout tempus, et ægrotorum conditio feret, pro arbitrio Sacerdotis dici, vel omitti possunt,**

19. Sacerdos igitur infirmi cubiculum ingressus, primum dicit:

**V.** Pax huic domui.

**R.** Et omnibus habitantibus in ea.

20. **Mox infirmum, et lectum ejus, et cubiculum aspergit aqua benedicta, dicens Antiphonam:**

Asperges me, Dómine, hyssopo, et mundabor: lavabis me, et super nivem dealabor.

Deinde erga infirmum officium suum præstet, ut supra dictum est. Quo præstito, vel antequam discedat, dicere poterit, supra infirmum aliquem Psalmum ex quatuor prioribus Pœnitentialibus (pag. 85, vel Psalmum Qui hábitat, etc. (pag. 94), cum Glória Patri, in fine. Postea dicit:

Kýrie, eléison. Christe, eléison. Kýrie, eléison.

Pater noster **secreto usque ad**

**V.** Et ne nos indúcas in tentationem.

**R.** Sed libera nos a malo.

**V.** Salvum (-am) fac servum tuum. (ancíllam tuam).

**R.** Deus meus, sperántem in te.

**V.** Mitte ei, Dómine, auxílium de sancto.

**R.** Et de Sion tuére eum (eam).

## Titulus V—Caput 4

- ℣ Nihil proficiat inimicus in eo (ea).  
℟ Et filius iniquitatis non apponat nocere ei.  
℣ Esto ei, Domine, turris fortitudinis.  
℟ A facie inimici.  
℣ Dominus opem ferat illi.  
℟ Super lectum doloris ejus.  
℣ Domine, exaudi orationem meam.  
℟ Et clamor meus ad te veniat.  
℣ Dominus vobiscum. ℟ Et cum spiritu tuo.

Orémus.

Oratio

**D**eus, cui proprium est misereri semper et parcere: suscipe deprecationem nostram; ut nos, et hunc famulum tuum (hanc famulam tuam), quos delictorum catena constringit, miseratio tuae pietatis clementer absolvat.

**D**eus, infirmitatis humanae singulare praesidium: auxilii tui super infirmum famulum tuum (infiriam famulam tuam) ostende virtutem; ut, ope misericordiae tuae adjutus (-a), Ecclesiae tuae sanctae incolumis representari mereatur.

**C**oncede hunc famulum tuum (hanc famulam tuam), quassumus, Domine Deus, perpetua mentis et corporis sanitatem gaudere: et gloria beatae Mariæ semper Virginis intercessione, a praesenti liberari tristitia, et aeterna perfrui letitia. Per Christum Dominum nostrum. ℟ Amen.

Benedictio Dei omnipotentis, Patris, et Filii, ☧ et Spiritus Sancti, descendat super te, et maneat semper. ℟ Amen.

Deinde aspergit eum aqua benedicta.

21. Qui sequuntur Psalmi, et Evangelia, cum Precibus, pro temporis etiam opportunitate, et agrotantium pio desiderio, Sacerdotis arbitrio dici poterunt.

Ps. 6 Domine, ne in furore tuo (pag. 81), in fine Gloria Patri.

℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

℣. Sequentia sancti Evangeli secundum Matthaeum. ℟. Gloria tibi, Domine.

22. Dum Sacerdos dicit Sequentia, etc., faciat signum crucis de more super se in fronte, ore et pectore, similiter super infirmum, si sit masculus, et in ob infirmitatem non possit se signare.

23. si autem sit femina, dum Sacerdos se signat, ilia per semetipsam in locis predictis se signet, si possit: si vero non possit, alia mulier eam signet; et hoc idem in sequentibus Evangelii servetur.

### **Matth. 8, 5-13**

**I**n illo tempore: Cum introisset Jesus Capharnaum, accessit ad eum centurio, rogans eum, et dicens; Domine, puer meus jacet in domo paralyticus, et male torquetur. Et ait illi Jesus: Ego veniam, et curabo eum. Et respondens centurio, ait: Domine, non sum dignus ut intres sub tectum meum; sed tantum die verbo, et sanabitur puer meus. Nam et ego homo sum sub potestate constitutus, habens sub me milites, et dico huic: Vade, et vadit; et alii: Veni, et venit; et servo meo: Fac hoc, et facit. Audiens autem Jesus, miratus est, et sequentibus se dixit: Amen dico vobis, non inveni tantam fidem in Israël.

### De visitatione et cura infirmorum

Dico autem vobis, quod multi ab oriénte, et occidénte vénient, et recúmbent cum Abraham, et Isaac, et Jacob in regno cælórum; filii autem regni ejiciéntur in ténebras exterióres; ibi erit fletus, et stridor déntium. Et dixit Jesus centurióni: Vade, et sicut credidísti, nat tibi. Et sanátus est puer in ilia hora.

Orémus.

Oratio

**O**mnípotens sempitérne Deus, salus ætérrna credéntium: exáudi nos pro infírmo fámulo tuo N. (infírma fámula tua N.), pro quo (qua) misericórdiae tuæ implorámus auxílium; ut, réddita sibi sanitáte, gratiárum tibi in Ecclésia tua réferat actíones. Per Christum Dóminum nostrum. Rx. Amen.

### Psalmus 15

**C**onsérva me Dómine, quóniam in te sperávi in te, \* Dixi Dómino: Dóminus meus es tu quóniam bonórum meórum non eges Sanctis, qui sunt in terra ejus,\* mirificávit omnes voluntátes meas in eis Multiplicátæ sunt infirmitátes eórum: \* póstea accelerávérunt. Non congregábo conventícola eórum de sanguínibus: \* nec memor ero nóminum eórum per lábia mea. Dóminus pars hereditátis meæ, et cálicis mei: \* tu es, qui restítues hereditátem meam mihi. Funes cecidérunt mihi in præcláris: \* étenim heréditas mea præclára est mihi.

V. Dóminus vobíscum. Rx. Et cum spíritu tuo.  
V. Sequéntia sancti Evangélii secúndum Marcum.  
Rx. Glória tibi, Dómine.

### Marc. 16, 14-18

**I**n illo tempore: Recumbéntibus úndecim discípulis, appáruit illis Jesus, et exprobrávit incredulitátem eórum, et durítiam cordis; quia iis, qui víderant eum resurrexisse, non credidérunt. Et dixit eis: Eúntes in mundum univérsum, prædicate Evangélium omni créaturæ. Qui credidérit, et baptizáitus fúerit, salvus erit: qui vero non credíderit, condemnábitur. Signa autem eos, qui credíderint, hæc sequéntur: In nómine meo dæmónia ejícent: linguis loquéntur novis: serpentes tollent: et si mortíferum quid biberint, non eis nocébit: super ægros manus impónent, et bene habébunt.

Orémus.

Oratio

**V**irtútum cælestium Deus, qui ab humánis cóporibus omnem languórem, et omnem infirmitátem præcépti tui potestáte depéllis: adésto propítius huic fámulo tuo N. (fámulæ tuæ N.); ut, fugátis infirmitátibus, et víribus recéptis, nomen sanctum tuum, instauráta prótinus sanitáte, benedícat. Per Christum Dóminum nostrum. Rx. Amen.

**Psalmus 19**

**E**xáduiat te Dóminus in die tribulatiónis: \*  
próteget te nomen Dei Jacob.  
Mittat tibi auxílium de sancto: \* et de Sion  
tueáatur te.  
Memor sit omnis sacrificii tui: \* et holocáustum  
tuum pingue fiat.  
Tríbuat tibi secúndum cor tuum: \* et omne  
consílium tuum confírmet.  
Lætabimur in salutári tuo: \* et in nómine Dei  
nostrí magnificábimur.

℣. Dóminus vobíscum. Rx. Et cum spíritu tuo.  
℣. Sequéntia sancti Evangélíi secúndum Lucam.  
Rx. Glória tibi, Dómine.

**Luc. 4, 38-40**

**I**n illo tempore: Surgens Jesus de synagóga, introívit In domum Simónis. Socrus autem Simónis tenebáatur magnis fébribus; et rogavérunt ilium pro ea. Et stans super illam, imperávit febri: et dimísit illam. Et contínuo surgens ministrábat illis. Cum autem sol occidíisset, omnes, qui habébant infírmos váriis languóribus, ducébant illos ad eum. At ille síngulis manus impónens, curábat eos.

Orémus.

**Oratio**

**D**ómine sancte, Pater omnipotens, aeterne Deus, qui fragilitatem humanæ conditionis, intusa virtutis tuæ dignatidne, confirmas, ut salutaribus remediis pietatis tuæ córpora nostra et mentes vegetentur: super hunc famulum tuum (*hanc famulam tuam*) propitius intende; ut, omni necessitate corpóreæ infirmitatis exclusa, grátia in eo (*ea*) pristinas sanitatis perfecte reparetur. Per Christum Dóminum nostrum. Rx. Amen.

**Psalmus 85**

**I**nclína, Dómine, aurem tuam, et exáudi me: \* quóniam inops, et pauper sum ego.  
Custodi ánimam meam, quóniam sanctus sum: \* salvum fac servum tuum, Deus meus sperántem in te.  
Miserére mei, Dómine, quóniam ad te clamávi tota die: \* lætífica ánimam servi tui, quóniam ad te, Dómine, ánimam meam levávi.  
Quóniam tu, Dómine, suávis et mitis: \* et multæ misericórdiæ ómnibus invocántibus te.  
Auribus pérçipe, Dómine, oratióñem meam: \* et inténde voci deprecatióñis meæ.  
In die tribulatiónis meæ clamávi ad te: \* quia exaudísti me.

Impleat Dóminus omnes petitiónes tuas: \* nunc cognóvi quóniam salvum fecit Dóminus christum suum.

Exáudiet illum de cælo sancto suo: \* in potentátibus salus déxteræ ejus.

Hi in curríbus, et hii in equis: \* nos autem in nómine Dómini Dei nostri invocábimus.

Ipsi obligáti sunt, et cecidérunt: \* nos vero surréximus et erécti sumus.

Dómine salvum fac regem: \* et exáudi nos in die qua invocavérimus te.

Non est símilis tui in diis, Dómine: \* et non est secúndum ópera tua.

Omnes Gentes quascúmque fecísti, vénient, et adorábunt coram te, Dómine: \* et glorificábunt nomen tuum.

Quóniam magnus es tu, et fáciens mirabília: \* tu es Deus solus.

Deduc me, Dómine, in via tua, et ingrédiar in veritaté tua: \* lætétur cor meum, ut tímeat nomen tuum.

Confitébor tibi, Dómine, Deus meus, in toto corde meo, \* et glorificábo nomen tuum in ætérnum.

Quia misericórdia tua magna est super me: \* et eruísti ánimam meam ex inférno inferióri.

### De visitatione et cura infirmorum

Deus, iníqui insurrexérunt super me, et synagóga potentium quæsíerunt ánimam meam:  
\* et non proposuérunt te in conspéctu suo.

Et tu, Dómine, Deus miserátor et misericors, \*  
pátiens, et multæ misericórdiæ, et verax.

Réspice in me, et miserére mei, \* da impérium  
tuum puéro tuo: et salvum fac filium ancillæ  
tuæ.

℣. Dóminus vobíscum. ℥. Et cum spirítu tuo.

℣. Sequéntia sancti Evangélii secúndum Joánnem.

℟. Glória tibi, Dómine.

Fac mecum signum in bonum, ut vídeant qui  
odérunt me, et confundántur: \* quóniam tu,  
Dómine, adjuvísti me, et consolátus es me.

Glória Patri.

### **Joann. 5, 1-14**

**I**n illo témpore: Erat dies festus Judæórum, et ascéndit Jesus Jerosólymam. Est autem Jerosólymis Probática piscína, quæ cognominátur hebráice Bethsáida, quinque pórticus habens. In his jacébat multítudo magna languéntium, cæcórū, claudórū, aridórū exspectántium aquæ motum. Angelus autem Dómini descendébat secúndum tempus in piscínam, et movebátur aqua. Et qui prior descendísset in piscínam post motióne in aquæ, sanus fiébat a qua cùmque detinebátur infirmitáte. Erat autem quidam homo ibi, triginta et octo annos habens in infirmitáte sua. Hunc cum vidísset Jesus jacéntem, et cognovísset quia jam multum tempus habéret, dicit ei: Vis sanus fieri? Respóndit ei lánguidus: Dómine, hóminem non hábeo, ut cum turbáta fúerit aqua, mittat me in piscínam: dum vénio enim ego, álius ante me descéndit. Dicit ei Jesus: Surge, tolle grabátum tuum, et ámbula. Et statim sanus factus est homo ille: et sústulit grabátum suum, et ambulábat. Erat autem sábbatum in die illo. Dicébant ergo Judæi illi, qui sanátus fúerat: Sábbatum est, non licet tibi tollere grabátum tuum. Respóndit eis: Qui me sanum fecit, ille mihi dixit: Tolle grabátum tuum, et ámbula. Interrogavérunt ergo eum: Quis est ille homo, qui dixit tibi: Tolle grabátum tuum, et ámbula? Is autem, qui sanus fúerat efféctus, nesciébat quis esset. Jesus enim declinávit a turba constitútua in loco. Póstea invénit eum Jesus in templo, et dixit illi: Ecce sanus factus es: jam noli peccáre, ne detérius tibi áliquid contíngat.

Orémus.

**Oratio**

**R**éspice, Dómine, fámulum tuum (*fámulam tuam*) in infirmitáte sui cóporis laborántem, et ániam réfove, quam creásti: ut, castigatióibus emendátus (-a), contínuo se séntiat tua medicína salvátum (-am). Per Christum Dominum nostrum.

℟. Amen.

### **Psalmus 90**

**Q**ui hábitat in adjutório Altíssimi, \* in  
protectiōne Dei commorábitur.

Dicet Dómino: Suscéptor meus es tu, et  
refúgium meum: \* Deus meus sperábo in eum  
Quóniam ipse liberávit me de láqueo venántium,  
\* et a verbo áspero.

Scápulis suis obumbrábit tibi: \* et sub pennis  
ejus sperábis.

Scuto circúmdabit te véritas ejus: \* non  
timébis a timóre noctúrno.

A saggítā volánte in die, a negócio  
perambulánte in ténebris: ab incúrsu, et  
dæmonio meridáno.

Cadent a látere tuo mile, et decem mília a  
dextris tuis: \* ad te autem non appropinquábit.  
Verúmtamen óculis tuis considerábis: \* et  
retributióinem peccatórem vidébis.

## Titulus V—Caput 4

Quóniam tu es, Dómine, spes mea:<sup>\*</sup> Altíssimum posuísti refúgium tuum.  
Non accédat te malum \* et flagélum non appropinquábit tabernáculo tuo.  
Quóniam Angelis suis mandávit de te<sup>\*</sup> ut custódiant te in ómnibus viis tuis.  
In mánibus portábunt te: \* ne forte offéndas ad lápidem pedem tuum.  
Super áspidem et basilíscum ambulábis: \* et conculcábis leónem et dracónem.

Orémus.

Oratio

**O**mnipotens, sempiterne Deus, infirmitátem fámuli tui (fámulæ tuæ) propítius résponce: atque ad protegéndum eum (eam) déxteram tuæ majestatis exténde. Per Christum Dóminum nostrum.  
**R.** Amen.

24. **Completa Oratione ultima, Sacerdos imponit dexteram manum super caput mfirmi, et dicit:**

Super ægros manus impónent, et bene habébunt. Jesus Maríæ Fílius, mundi salus, et Dóminus, méritis et intercessióne sanctórum Apostolórum suórum Petri et Pauli, et ómnium Sanctórum, sit tibi clemens et propítius. Amen.

**Postea dicit:**

**V.** Dóminus vobíscum. **R.** Et cum spíritu tuo.  
**V.** Initium sancti Evangélii secúndum Joánnem.  
**R.** Glória tibi. Dómine.

**Joann. 1, 1-14**

**I**n princípio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum. Hoc erat in princípio apud Deum. Omnia per ipsum facta sunt: et sine ipso factum est nihil, quod factum est: in ipso vita erat, et vita erat lux hóminum: et lux in ténebris lucet, et ténebræ eam non comprehendérunt. Fuit homo missus a Deo, cui nomen erat Joánnes. Hic venit in testimónium, ut testimónium perhibéret de lúmine, ut omnes credérent per ilium. Non erat ille lux, sed ut testimónium perhibéret de lúmine. Erat lux vera, quæ illúminat omnem hóminem veniéntem in hunc mundum. In mundo erat, et mundus per ipsum factus est, et mundus eum non cognóvit. In própria venit, et sui eum non recepérint. Quotquot autem recepérint eum, dedit eis potestátem filios Dei fieri, his, qui credunt in nómine ejus: qui non ex sanguínibus, neque ex voluntáte carnis, neque ex voluntáte viri, sed ex Deo nati sunt (**Hic genuflectitur**). Et Verbum caro factum est, et habitávit in nobis: et vidimus glóriam ejus, glóriam quasi Unigéniti a patre, plenum grátiae et veritátis.

**R.** Deo grátias.

25. **Postea benedicens infirmum subjungit, dicens:**

Benedictio Dei omnipoténtis, Patris, et Fílii,  et Spíritus Sancti, descéndat super te, et máneat semper. **R.** Amen.

Deinde aspergit eum aqua benedicta.

26. **Si sint plures infirmi in eodem cubiculo, vel luco, Preces et Orationes prædictas dicuntur super eos in numero plurali. Quæ omnia etiam poterunt, arbitrio Sacerdotis, breviora fieri.**

CAPUT 5

MODUS JUVANDI MORIENTES

1. Ingravescente morbo, Parochus infirmum frequentius visitabit, et ad salutem diligenter juvare non desinet; monebitque inatane periculo ae confessim vocari, ut in tempore præsto sit morienti, sumptoque sanctissimo Viatico, et sacra Unctione adhibita, si periculum immineat, statim commendationis animæ officium præstabat, de quo infra. Sed si tempus suppetat, sequentia pietatis officia præstare poterit, si ita expedire judicaverit, pro conditione personæ.

2. Ac primo, ut ægrotus Indulgentiam legitima auctoritate concessam consequi possit, eam illi reducat ad mentem, proponatque, quid ad eam consequendam agi debeat: præsertim, ut contrito corde sanctissimum nomen JESU semel, vel sæpius invocet.

3. Deinde hortetur infirmum, et excitet, ut dum mente viget, eliciat actus fidei, spei, et caritatis, aliarumque virtutum, nempe:

Ut firmiter credat omnes articulos fidei, et quidquid sancta Romana Ecclesia catholica et apostolica credit, et docet.

Ut speret, Christum Dominum nostrum pro sua immensa clementia sibi fore propitium; et merito ejus sanctissimæ passionis, et per intercessionem beatæ Mariæ et omnium Sanctorum, se vitam æternam consecuturm.

Ut toto corde diligat et maxime diligere cupiat Dominum Deum ea dilectione, qua ilium diligunt Beati Sanctique omnes.

Ut ob amorem Dei doleat ex corde de omni offensa, qualitercumque contra Dominum Deum et proximum commissa.

Ut ex corde ob amorem Dei parcat omnibus, qui albi quoquomodo fuerint molesti aut inimici.

Ut ab iis veniam postulet, quos aliquando dictis aut factis offendit.

Ut quem patitur dolorem et morbi molestiam, propter Deum in poenitentiam peccatorum suorum patienter toleret.

Ut si Dominus sibi salutem corporis præstare dignabitur, proponat de cetero pro viribus suis a peccatis cavere, et ejus mandata servare.

4. *Hortetur præterea, ut, eo modo quo potest, saltem excorde, ita per intervalla precetur:*

Miserére mei, Deus, secúndum magnam misericordiam tuam.

In te, Dómine, sperávi: non confundar in ætérnum.

In manus tuas, Dómine, comméndo spíritum meum: redemísti me, Dómine, Deus veritatis,

Deus, in adjatórium meum inténde: Dómine, ad adjuvandum me festina.

Esto mihi, Dómine, in Deum protectórem.

Deus, propítius esto mihi peccatóri.

Dulcissime Dómine Jesu Christe, per virtútem sanctissimæ passiónis tuæ, récipe me in númerum electórum tuórum.

Dómine Jesu Christe, súscipe spíritum meum.

Titulus V—Caput 5

María, mater gratiæ, mater misericordiæ, tu me ab hoste protege, et hora mortis suscipe.

Sancte Angele Dei, mihi custos assíste.

Omnes sancti Angeli et omnes Sancti, intercedite pro me et mihi súcurrите.

5. Hæc, et his similia poterit prudens Sacerdos vulgari, vel latino sermone, pro personæ captu, morienti suggerere.

**CAPUT 6**

**RITUS BENEDICTIONIS APOSTOLICÆ  
CUM INDULGENTIA PLENARIA  
IN ARTICULO MORTIS**

1. Benedictio Apostolica cum indulgentia plenaria in articulo mortis cum soleat impertiri post Sacraenta Pœnitentiæ, Eucharistiæ et Extremæ Unctionis illis infirmis, qui vel illam petierint, dum sana mente et integris sensibus erant, seu verisimiliter petiissent, vel dederint signa contritionis; impertienda iisdem est, etiam si postea linguæ, ceterorumque sensuum usu sint destituti, aut in delirium vel amentiam inciderint. Excommunicatis vero, impœnitentibus, et qui in manifesto peccato mortali moriuntur, est omnino deneganda.
2. Parochus aliusve Sacerdos qui infirmo assistat, superpelliceo et stola violacea indutus, ingrediendo cubiculum, ubi jacet infirmus, dicat: Pax huic dómui, etc., ac deinde ægrotum, cubiculum et circumstantes asperget aqua benedicta, dicendo Antiphonam: Aspérges me, etc.
3. Quod si ægrotus velit confiteri, sudiat ilium, et absolvat. Si confessionem non petat, excitet ilium ad eliciendum actum contritionis; de hujus Benedictionis efficacia ac virtute, si tempus ferat, breviter admoneat; tum instruat, atque hortetur, ut sanctissimum nomen Jesu, corde saltem, invocet, morbi incommoda ac dolores in anteactæ vitæ expiationem libenter perferat, Deoque sese paratum. Serat ad ultro acceptandum, quidquid ei placuerit, et mortem ipsam patienter obeundam in satisfactionem pœnarum, quas peccando promeruit.
4. Tum piis ipsum verbis consoletur, in spem erigens, fore, ut ex divinæ munientiæ largitate eam pœnarum remissionem, et vitam sit consecuturus æternam.
5. Postea dicat:

V. Adjutorium nostrum in nōmine Dómini.

R. Qui fecit cælum et terram.

**Antiphona.** Ne reminiscáris, Dómine, delicta fámuli tui (**fámulæ tuæ**) : neque vindictam sumas de peccatis ejus.

Kýrie, eléison. Christe, eléison. Kýrie, eléison.

Pater noster **secreto usque ad**

V. Et ne nos indúcas in tentatióne.

R. Sed líbera nos a malo.

V. Salvum (-am) fac servum tuum (**ancíllam tuam**).

R. Deus meus, sperántem in te.

V. Dómine, exáudi oratióne meam.

R. Et clamor meus ad te véniat.

V. Dóminus vobíscum. R. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

**Oratio**

**C**lementissime Deus, Pater misericordiarum et Deus totius consolatiónis, qui néminem vis perire in te credéntem atque sperántem: secúndum multitúdinem miseratiónum tuárum respice propítius fámulum tuum N., quem (**fámulam tuam N., quam**) tibi vera fides et spes christiána comméndant. Vísita eum (eam) in salutári tuo, et per Unigenítu*t* passióne et mortem, ómnium

### Ritus Benedic Apostolicæ in articulo mortis

ei delictórum suórum remissiónem et véniam cleménter indúlge: ut ejus áнима in hora éxitus sui te júdicem propitiátum invéniat et, in Ságuine ejúsdem Filii tui ab omni mácula ablúta, transíre ad vitam mereátur perpétuam. Per eúmdem Christum Dóminum nostrum. **R.** Amen.

6 Tunc, dicto ab uno e Clericis astantibus Confiteor. **Sacerdos dicat:** Misereatur et indulgentiam, ac deinde:

**D**óminus noster Jesus Christus, Fílius Dei vivi, qui beáto Petro Apóstolo suo dedit potestátem ligándi, atque solvéndi, per suam piíssimam misericórdiam recípiat confessióne tuam, et restítuat tibi stolam primam, quam in Baptísmate recepísti; et ego facultáte mihi ab Apostólica Sede tribúta, indulgéntiam plenáriam et remissiónem ómnium peccatórum tibi concédo. In nómine Patris, et Fílii, **†** et Spíritus Sancti. **R.** Amen.

Per sacrosáncta humánæ reparatiónis mystéria remíttat tibi omnípotens Deus omnes præséntis et futúræ vitæ pœnas, paradísi portas apériat, et ad gáudia sempitérna perdúcat. **R.** Amen.

Benedícat te omnípotens Deus, Pater, et Fílius, **†** et Spíritus Sanctus. **R.** Amen.

7. Si vero infirmus sit adeo morti proximus, ut neque confessionis generalis faciendæ, neque præmissarum precum recitandarum suppetat tempus, statim Sacerdos Benedictionem ei impertiatur, dicendo:

**E**go, facultáte mihi ab Apostólica Sede tribúta, indulgéntiam plenáriam et remissiónem ómnium peccatórum tibi concédo. In nómine Patris, et Fílii, **†** et Spíritus Sancti. **R.** Amen.

Per sacrosáncta, etc., **ut supra.**

Benedícat te, etc., **ut supra,**

In casu vero necessitatis sufficit dicere;

**E**go, facultáte mihi ab Apostólica Sede tribúta, indulgéntiam plenáriam et remissiónem ómnium peccatórum tibi concédo, et benedíco te. In nómine Patris, et Fílii, **†** et Spíritus Sancti. **R.** Amen.

8. Quando hujusmodi Benedictio Apostolica pluribus simul infirmus impertitur, omnia dicuntur semel **ut supra**, singulari tantum numero in pluralem immutato.

9. Deinde Sacerdos sequentes preces, quanta poterit majori devotione, dicat, admoneatque domesticos et circumstantes, ut simul orent pro moriente.

**CAPUT 7**

**ORDO COMMENDATIONIS ANIMÆ**

1. Parochus, ad decedentis animæ commendationem accedens, Clericum saltem unum, si possit, secum habeat, qui deferat vasculum aquæ benedictæ, superpelliceum el stolam violaceam, quibus ipse Sacerdos ante infirmi cubiculum indutus, locum ingrediens, dicit:

**V.** Pax huic dómui.

**R.** Et ómnibus habitántibus in ea.

Deinde aspergit ægrotum, lectum, et circumstantes aqua benedicta, dicens:

Aspérge me, Dómine, hyssópo, et mundábor: lavábis me, et super nivem dealbábor.

2. Postea Salvatoris nostri crucifixi imaginem ægrotii osculandam præbet, verbis efficacibus eum ad spem æternæ salutis erigens, ipsamque imaginem coram eo ponit, ut, illam aspiciens, salutis suæ spem sumat.

3. Deinde, accensa candela, genibus flexis, cum omnibus circumstantibus breves Litanias devote recitat, in hunc modum:

**K**ýrie, éleison.

Christe, éleison.

Kýrie, éleison.

Sancta María, ora pro eo (ea).

Omnes sancti Angeli et Archángeli, orate.

Sancte Abel, ora.

Omnis chorus Justórum, ora.

Sancte Abraham, ora.

Sancte Joannes Baptísta, ora.

Sancte Joseph, ora.

Omnes sancti Patriárchæ et Prophetæ, orate.

Sancte Petre, ora.

Sancte Paule, ora.

Sancte Andréa, ora.

Sancte Joánnes, ora.

Omnes sancti Apóstoli et Evangelístæ, oráte.

Omnes sancti Discípuli Dómini, oráte.

Omnes sancti Innocéntes, oráte.

Sancte Stéphane, ora.

Sancte Laurénti, ora.

Omnes sancti Mártires, oráte.

Sancte Silvéster, ora.

Sancte Gregóri, ora.

Sancte Augustíne, ora.

Omnes sancti Pontífices et Confessóres, oráte.

Sancte Benedícte, ora.

Sancte Francísce, ora.

Sancte Camílle, ora.

Sancte Joánnes de Deo,	ora.
Omnes sancti Mónachi et Eremítæ,	oráte.
Sancta María Magdaléna,	ora.
Sancta Lúcia,	ora.
Omnes sanctæ Vírgenes et Viduæ,	oráte.
Omnes Sancti et Sanctæ Dei, intercédite pro eo (ea)	
Propítius esto, parce ei Dómine.	
Propítius esto, Líbera eum (eam) Dómine.	
Propítius esto,	Líbera.
Ab ira tua,	Líbera.
A perículo mortis,	Líbera.
A mala morte,	Líbera.
A pœnis inférni,	Líbera.
Ab omni malo,	Líbera.
A potestate diáboli,	Líbera.
Per Nativátem tuam,	Líbera.
Per Crucem et passióinem tuam,	Líbera.
Per Mortem et Sepultúram tuam,	Líbera.
Per gloriósam Resurrecciónem tuam,	Líbera.
Per admirábilem Ascensióñem tuam.	
Líbera.	
Per grátiam Spíritus Sancti Parácliti,	Líbera.
In die judícií,	Líbera.
Peccatóres,	te rogámus, audi nos.
Ut ei parcas,	te rogámus.
Kýrie, éleison. Christe, éleison. Kýrie, éleison.	

**P**rofiscere, áнима christiána, de hoc mundo, in nómine Dei Patris omnipoténtis, qui te creávit: in nómine Jesu Christi Fílii Dei vivi, qui pro te passus est: in nómine Spíritus Sancti, qui in te effúsus est: in nómine gloriósae et sanctæ Dei Genetrícis Vírgnis Maríæ in nómine beáti Joseph, ícliti ejúsdem Vírginis Sponsi; in nómine Angelórum et Archangelórum: in nómine Thronórum et Dominatiónum: in nómine Principátum et Potestátum: in nómine Virtútum, Chérubim et Séraphim: in nómine Patriarchárum et Prophetárum: in nómine sanctórum Apostolórum et Evangelistárum: in nómine sanctórum Mártirum et Confessórum: in nómine sanctórum Monachórum et Eremitárum: in nómine sanctárum Vírginum, et ómnium Sanctórum et Sanctárum Dei. Hódie sit in pace locus tuus, et habitatio tua in sancta Sion. Per eúndem Christum Dóminum nostrum. **R.** Amen.

**D**eus misericors, Deus clemens, Deus, qui secúndum multitúdinem miseratiónum tuárum peccáta poenitentíum deles, et præteritorum críminum culpas vénia remissiónis evácuas: respice propítius super hunc fámulum tuum N. (hanc fámulam tuam N.), et remissiónem ómnium peccatórum suórum, tota cordis confessióne poscémtem, deprecátus exáudi. Rénova in eo (ea), piíssime Pater, quidquid terréna fragilitáte corrúptum, vel quidquid diabólica fraude violátum est; et unitáti corporis Ecclésiæ membrum redemptiōnis annécte. Miserére, Dómine, gemítuum, miserére lacrimárum ejus: et non habéntem fidúciam, nisi in tua misericordia, ad tuæ Sacraméntum reconciliatiónis admítte. Per Christum Dóminum nostrum. **R.** Amen.

**C**omméndo te omnipoténti Deo, caríssime frater (caríssima soror), et ei, cuius es creatúra, commítto: ut, cum humanitatis débitum morte interveniente persólveris, ad auctórem tuum, qui te de limo terræ formáverat, revertáris. Egrediénti itaque ánimæ tuæ de corpore spléndidus Angelórum cœtus occúrrat: judex Apostolórum tibi senátus advéniat: candidatórum tibi Mártirum triumphátor exércitus óviet. Liliáta rutilántium te Confessórum turma circúmdet: jubilántium te Vírginum chorus excípiat: Et beátæ quiétis in sinu Patriarchárum te compléxus astríngat. Sanctus Joseph, moriéntium Patrónus dulcíssimus, in magnam spem te érigat. Sancta Dei Génetrix Vírgo María suos benígnos oculos ad te convértat. Mitis, atque festívus Christi Jesu tibi aspéctus appáreat, qui te inter assisténtes sibi júgiter interéssesse decérnat.

Ignóres omne, quod horret in ténebris, quod stridet in flammis, quod crúciat in torméntis.

Cedat tibi tetérrimus sátanás cum satellítibus suis: in advéntu tuo, te comitántibus Angelis, contremíscat, atque in æternæ noctis chaos immáne diffúgiat.

Exsúrgat Deus, et dissipéntur inimíci ejus: et fúgiant qui odérunt eum, a fácie ejus. Sicut déficit fumus, deficiant: sicut fluit cera a fácie ignis, sic péreant peccatóres a fácie Dei: et justi epuléntur, et exsúltent in conspéctu Dei. Confundántur ígitur et erubéscant omnes tartáreæ legiões, et mínistri sátanæ iter tuum impedíre non áudeant.

Líberet te a cruciátu Christus, qui pro te crucifíxus est.

Líberet te ab æterna morte Christus, qui pro te mori dignátus est.

Constítuat te Christus, Fílius Dei vivi, intra paradísi sui semper amoena viréntia, et inter oves suas te verus ille Pastor agnóscat.

Ille ab ómnibus peccátis tuis te absolvat, atque ad déxteram suam in electórum suórum te sorte constítuat.

Redemptórem tuum fácie ad fáciem vídeas, et præsens semper assístens, manifestíssimam beátis oculis aspícias veritátem.

Constitútus (-a) ígitur inter ágmina Beatórum, contemplatiónis divinæ dulcédine potiáris in sǽculórum. **R.** Amen.

**S**úscipe, Dómine, servum tuum (ancíllam tuam) in locum sperandæ sibi salvatiónis a misericórdia tua. **R.** Amen.

Líbera, Dómine, ánimam servi tui (ancíllæ tuæ) ex ómnibus periculis inférfi, et de láqueis pœnárum, et ex ómnibus tribulatiónbis. **R.** Amen.

Líbera, Dómine, ánimam servi tui (ancíllæ tuæ), sicut liberásti Henoch et Elíam de communi morte mundi. **R.** Amen.

Líbera, Dómine, ánimam servi tui (ancíllæ tuæ), sicut liberásti Noë de dilúvio. **R.** Amen.

Líbera, Dómine, ánimam servi tui (ancíllæ tuæ), sicut liberásti Abraham de Ur Chaldæórum. **R.** Amen.

Líbera, Dómine, ánimam servi tui (ancíllæ tuæ), sicut liberásti Job de passiónbis suis. **R.** Amen.

Líbera, Dómine, ánimam servi tui (ancíllæ tuæ), sicut liberásti Isaac de hóstia, et de manu patris sui Abrahæ. **R.** Amen.

Líbera, Dómine, ánimam servi tui (ancíllæ tuæ), sicut liberásti Lot de Sódomis, et de Hamma ignis. **R.** Amen.

Líbera, Dómine, ánimam servi tui (ancíllæ tuæ), sicut liberásti Móysen de manu Pharaónis regis Ægyptiorum. **R.** Amen.

Líbera, Dómine, ánimam servi tui (ancíllæ tuæ), sicut liberásti Daniélem de lacu leónum. **R.** Amen.

Líbera, Dómine, ánimam servi tui (ancíllæ tuæ), sicut liberásti tres púeros de camíno ignis ardéntis, et de manu regis iníqui. **R.** Amen.

Líbera, Dómine, ánimam servi tui (ancíllæ tuæ), sicut liberásti Susannam de falso crímine. **R.** Amen.

Líbera, Dómine, ánimam servi tui (ancíllæ tuæ), sicut liberásti David de manu regis Saul, et de manu Golíæ. **R.** Amen.

Líbera, Dómine, ánimam servi tui (ancíllæ tuæ), sicut liberásti Petrum et Paulum de carcéribus. **R.** Amen.

Et sicut beatíssimam Theclam Vírginem et Mártyrem tuam de tribus atrocíssimis torméntis liberásti, sic liberáre dignérís ánimam hujus servi tui (ancíllæ tuæ), et tecum fáciás in bonis congaudére cælestibus. **R.** Amen.

**C**ommendámus tibi, Dómine, ánimam fámuli tui **N.** (fámulæ tuæ **N.**), precamúrque te, Dómine Jesu Christe, Salvátor mundi, ut, propter quam ad terram misericórditer descendísti, Patriarchárum tuórum síníbus insinuáre non rénuas. Agnósce, Dómine, creatúram tuam, non a diis alienis créatam, sed a te solo Deo vivo et vero: quia non est álius Deus præter te, et non est secundum opera tua.

Lætífica, Dómine, ánimam ejus in conspéctu tuo, et ne memíneris iniquitátum ejus antiquárum, et ebrietátum, quas suscitávit furor, sive fervor mali desidérii. Licet enim peccáverit, tamen Patrem, et Fílium, et Spíritum Sanctum non negávit, sed crédidit; et zelum Dei in se hábuit, et Deum, qui fecit ómnia, fidéliter adorávit.

## Ordo commendationis animæ

### Oratio

**D**elicta juventutis, et ignorantiæ ejus, quæsumus, ne memineris, Dómine; sed secundum magnam misericordiam tuam memor esto illius in glória claritatis tuæ. Aperiāntur ei cæli, collætentur illi Angeli. In regnum tuum, Dómine, servum tuum (ancillam tuam) suscipe.

Suscipiat eum (eam) sanctus Michaël Archángelus Dei, qui militiæ cælestis meruit principatum.

Véniant illi óbiam sancti Angeli Dei, et perdúcant eum (eam) in civitatem cælestem Jerúsalem.

Suscipiat eum (eam) beatus Petrus Apóstolus, cui a Deo claves regni cælestis tráditæ sunt.

Adjuvet eum (eam) sanctus Paulus Apóstolus, qui dignus fuit esse vas electiōnis.

Intercédat pro eo (ea) sanctus Joánnes, élactus Dei Apóstolus, cui revelata sunt secrēta cælestia.

Orent pro eo (ea) omnes sancti Apóstoli, quibus a Dómino data est potestas ligandi atque solvendi.

Intercédat pro eo (ea) omnes Sancti et Elécti Dei, qui pro Christe nōmine torménta in hoc sǽculo sustinuerunt: ut, vinculis carnis exútus(-a), pervenire mereátur ad glóriam regni cælestis, præstante Dómino nostro Jesu Christo: Qui cum Patre et Spíritu Sancto vivit et regnat in sǽcula sǽculorum. Rx. Amen.

### Oratio

**C**lementissima Vírgo Dei Génetrix María, mærentium piissima consolatrix, fámuli N. (fámulæ N.) spíritum Fílio suo comméndet, ut, hoc matérno intervéntu, terróres mortis non tímeat; sed desiderátam cælestis pátriæ mansiónem, ea cómite, lætus(-a) ádeat. Rx. Amen.

### Oratio

**A**d te confúgio, sancte Joseph, Patróne moriéntium, tibique, in cujus beato tránsitu vígiles adstitérunt Jesus et María, per hoc utrúmque caríssimum pignus, ánimam hujus fámuli N. (fámulæ N.), in extrémo agóni laborántem, eníxe comméndo, ut ab insidiis diáboli, et a morte perpétua, te protegente, liberéatur, et ad gáudia æterna pervenire mereátur. Per eúmdem Christum Dóminum nostrum. Rx. Amen.

5. Si vero diutius laboret anima, poterit legi super ægrotum hoc Evangelium S. Joánnis.

### Joán. 17, 1-26

**S**ublevatis oculis in cælum, Jesus dixit: Pater, venit hora, clarifica Fílium tuum, ut Fílius tuus clarificet te: sicut dedísti ei potestatē omnis carnis, ut omne, quod dedísti ei, det eis vitam æternam. Hæc est autem vita æterna: ut cognoscant te, solum Deum verum, et quem misisti Iesum Christum. Ego te clarificavi super terram: opus consumm-ávi, quod dedísti mihi, ut fáciam. Et nunc clarifica me tu, Pater, apud temetípsum, claritatē, quam hábui, priúsqam mundus esset, apud te. Manifestávi nomen tuum homínibus, quos dedísti mihi de mundo: tui erant, et mihi eos dedísti: et sermónem tuum servavérunt. Nunc cognovérunt, quia ómnia, quæ dedísti mihi, abs te sunt: quia verba, quæ dedísti mihi, dedi eis: et ipsi accepérunt, et cognovérunt vere quia a te exívi, et credidérunt quia tu me misisti. Ego pro eis rogo, non pro mundo rogo, sed pro his, quos dedísti mihi: quia tui sunt: et mea ómnia tua sunt, et tua mea sunt: et clarificátus sum in eis. Et jam non sum in mundo, et hi in mundo sunt, et ego ad te vénio. Pater sancte, serva eos in nōmine tuo, quos dedísti mihi: ut sint unum, sicut et nos. Cum essem cum eis, ego servábam eos in nōmine tuo. Quos dedísti mihi, custodívi: et nemo ex eis péririt, nisi filius perditionis, ut Scriptúra impletáur. Nunc autem ad te vénio: et hæc loquor in mundo, ut hábeant gáudium meum impléatum in semetípsis. Ego dedi eis sermónem tuum, et mundus eos ódio hábuit quia non sunt de mundo, sicut et ego non sum de mundo.. Non rogo, ut tollas eos de mundo, sed ut serves eos a malo. De mundo non sunt, sicut et ego non sum de mundo. Sanctifica eos in veritatem. Sermo tuus véritas est. Sicut tu me misisti in mundum, et ego misi eos in mundum. Et pro eis ego sanctifico meípsum: ut sint et ipsi sanctificati in veritatem. Non pro eis autem rogo tantum, sed et pro eis, qui creditúri sunt per verbum eórum in me: ut omnes unum sint,

## Titulus V—Caput 7

sicut tu. Pater, in me, et ego in te, ut et ipsi in nobis unum sint: ut credat mundus, quia tu me misisti. Et ego claritatem, quam dedisti mihi, dedi eis: ut sint unum, sicut et nos unum sumus. Ego in eis, et tu in me: ut sint consummati in unum: et cognoscat mundus, quia tu me misisti, et dilexisti eos, sicut et me dilexisti. Pater, quos dedisti mihi, volo, ut ubi sum ego, et illi sint mecum: ut videant claritatem meam, quam dedisti mihi: quia dilexisti me ante constitutionem mundi. Pater justus, mundus te non cognovit, ego autem te cognovi, et hi cognoverunt, quia tu me misisti. Et notum feci eis nomen tuum, et notum faciam: ut dilectio, qua dilexisti me, in ipsis sit, et ego in ipsis.

Pássio Dómini nostri Jesu Christi secundum Joánnem

### **Joann. 18 et 19**

**I**n illo tempore: Egressus est Jesus cum discípulis suis trans torrentem Cedron, ubi erat hortus, in quem introivit ipse, et discípuli ejus. Sciebat autem et Judas, qui tradebat eum, locum: quia frequenter Jesus convenerat illuc cum discípulis suis. Judas ergo cum accepisset cohórtēm, et a pontificibus et pharisaeis ministros, venit illuc cum laternis, et fáciis, et armis. Jesus itaque sciens ómnia, quae ventura erant super eum, procéssit, et dixit eis: Quem quæratis? Respondérunt ei: Jesum Nazarénum. Dicit eis Jesus: Ego sum. Stabat autem et Judas, qui tradebat eum, cum ipsis. Ut ergo dixit eis: Ego sum: abiérunt retrórsum, et cecidérunt in terram. Iterum ergo interrogávit eos: Quem quæratis. Illi autem dixerunt: Jesum Nazarénum. Respóndit Jesus: Duxi vobis, quia ego sum: si ergo me quæratis, sinite hos abire. Ut implerétur sermo, quem dixit: Quia quos dedisti mihi, non perdidisti ex eis quemquam. Simon ergo Petrus habens gládium edúxit eum: et percussit pontificis servum: et abscidit aurículam ejus déxteram. Erat autem nomen servo Malchus. Dixit ergo Jesus Petro: Mitte gládium tuum in vaginam; Cálicem, quem dedit mihi Pater, non bibam illum? Cohors ergo, et tribúnus, et ministri Judaeórum comprehendérunt Jesum, et ligavérunt eum: et adduxérunt eum ad Annam primum; erat enim socer Caiphæ, qui erat póntifex anni illius. Erat autem Cáiphas, qui consilium déderat Judaeis: Quia expedit, unum hóminem mori pro populo. Sequebátur autem Jesum Simon Petrus, et álius discípulus. Discípulis autem ille erat notus pontifici, et introivit cum Jesu in átrium pontificis. Petrus autem stabat ad ostium foris. Exivit ergo discípulus álius, qui erat notus pontifici, et dixit ostiariae: et introdúxit Petrum. Dicit ergo Petro ancilla ostiaria: Numquid et tu ex discípulis es hóminis istius? Dicit ille: Non sum. Stabant autem servi, et ministri ad prunas: quia frigus erat, et calefaciébant se; erat autem cum eis et Petrus stans, et calefáciens se. Póntifex ergo interrogávit Jesum de discípulis suis, et de doctrina ejus. Respóndit ei Jesus: Ego palam locutus sum mundo: ego semper dócui in synagóga, et in templo, quo omnes Judaei convénient; et in occúlto locutus sum nihil. Quid me intérrogas? intérroga eos, qui audiérunt quid locutus sim ipsis: ecce hi sciunt quae dixerim ego. Hæc autem cum dixisset, unus assístens ministrorum dedit alapam Jesu, dicens: Sic respóndes pontifici? Respóndit ei Jesus: Si male locutus sum, testimónium pérhibe de malo: si autem bene, quid me cædis? Et misit eum Anna ligatum ad Cáipham pontificem. Erat autem Simon Petrus stans, et calefáciens se. Dixérunt ergo ei: Numquid et tu ex discípulis ejus es? Negávit ille, et dixit: Non sum. Dicit ei unus ex servis pontificis, cognatus ejus, cuius abscidit Petrus aurículam: Nonne ego te vidi in horto cum illo? Iterum ergo negávit Petrus: et statim gallus cantávit. Addúcunt ergo Jesum a Cáipha in prætorium. Erat autem mane: et ipsi non introiérunt in prætorium, ut non contaminaréntur, sed ut manducárent pascha. Exivit ergo Pilátus ad eos foras, et dixit: Quam accusatiōnem affértis advérsus hóminem hunc? Respondérunt, et dixerunt ei: Si non esset hic malefáctor, non tibi tradidissémus eum. Dixit ergo eis Pilátus: Accipite eum vos, et secundum legem vestram judicáte eum. Dixérunt ergo ei Judaei: Nobis non licet interficere quemquam. Ut sermo Jesu implerétur, quem dixit, significans qua morte esset moriturus. Introivit ergo iterum in prætorium Pilátus, et vocávit Jesum, et dixit ei:

### Ordo commendationis animæ

Tu es rex Judæorum? Respóndit Jesus: A temetípsō hoc dicis, an álli dixerunt tibi de me? Respóndit Pilátus: Numquid ego Judáeus sum? Gens tua, et pontífices tradidérunt te mihi: quid fecísti? Respóndit Jesus: Regnum meum non est de hoc mundo: si ex hoc mundo esset regnum meum, ministri mei útique decertárent, ut non tráderer Judáis: nunc autem regnum meum non est hinc. Dixit itaque eil Pilátus: Ergo rex es tu? Respóndit Jesus: Tu dicis, quia rex sum ego. Ego In hoc natus sum, et ad hoc veni in mundum, ut testimónium perhíbeam veritati: omnis, qui est ex veritáte, audit vocem meam. Dicit ei Pilátus: Quid est véritas? Et cum hoc dixisset, íteru. exívit ad Judáos, et dicit eis: Ego nullam invénio in eo causam. Est autem consuetúdo vobis, ut unum dimíttam vobis in Pascha: vultis ergo dimíttam vobis regem Judæorum? Clamavérunt ergo rursum omnes, dicéntes: Non hunc, sed Barábbam. Erat autem Barabbas latro. Tunc ergo apprehendit Pilatus Jesum, et flagellávit. Et miltes plecténtes corónam de spinis, imposuérunt cápiti ejus; et veste purpúrea circumdedérunt eum. Et veniébant ad eum, et dicábant: Ave, Rex Judæorum: et dabant ei álapas. Exívit ergo íterum Pilatus foras, et dicit eis: Ecce addúco vobis eum foras, ut cognoscáatis, quia nullam invénio in eo causam. (Exívit ergo Jesus portans corónam spíneam, et purpúreum vestiméntum). Et dicit eis: Ecce homo. Cum ergo vidíssent eum pontífices, et ministri, clamabánt, dicéntes: Crucifige, crucifige eum. Dicit eis Pilátus: Accipite eum vos, et crucifigite: ego enim non invénio in eo causam. Respondérunt ei Judæi: Nos legem habémus, et secúndum legem debet mori, quia Fílium Dei se fecit. Cum ergo audísset Pilátus hunc sermóñem, magis tímuit. Et ingréssus est prætórium íterum: et dixit ad Jesum: Unde es tu? Jesus autem respónsum non dedit ei. Dicit ergo ei Pilátus: Mihi non lóqueris? nescis, quia potestátem hábeo crucifigere te, et potestátem hábeo dimíttere te? Respóndit Jesus: Non habéres potestátem advérsum me ullam, nisi tibi datum esset désuper. Propterea qui me trádidit tibi, majus peccátum habet. Et exínde quærébat Pilátus dimíttere eum. Judæi autem clamabánt dicéntes: Si hunc dimítitis, non es amícus Cásaris. Omnis enim qui se regem facit, contradícit Cásari. Pilátus autem cum audísset hos sermónes, addúxit foras Jesum, et sedit pro tribunáli, in loco, qui dicitur Lithóstrotos, hebráice autem Gábbatha. Erat autem Parascéve Paschæ, hora quasi sexta, et dicit Judáis: Ecce Rex vester. Illi autem clamábant: Tolle, tolle, crucifige eum. Dicit eis Pilátus: Regem vestrum crucifigam? Respondérunt pontífices: Non habémus regem, nisi Cásarem. Tunc ergo trádidit eis ilium, ut crucifigerétur. Suscepérunt autem Jesum, et eduxérunt. Et bájulans sibi crucem, exívit in eum, qui dicitur Calváriæ, locum, hebráice autem, Gólgotha; ubi crucifixérunt eum, et cum eo álios duos, hinc et hinc, médium autem Jesum. Scripsit autem et titulum Pilátus: et pósuit super crucem. Erat autem scriptum: Jesus Nazarénus, Rex Judæorum. Hunc ergo titulum multi Judæorum legérunt: quia prope civitátem, erat locus, ubi crucifixus est Jesus. Et erat scriptum hebráice, græce et latine. Dicébant ergo Piláto pontífices Judæorum: Noli scribere. Rex Judæorum, sed quia ipse dixit: Rex sum Judæorum. Respóndit Pilátus: Quod scripsi, scripsi. Miltes ergo cum crucifixíssent eum, accepérunt vestiménta ejus (et fecérunt quátuor partes: unicuíque milti partem), et túnicam. Erat autem túnica inconsútilis, désuper contéxta per totum. Dixérunt ergo ad ívicem: Non scindámus eam, sed sortiámur de ilia cujus sit. Ut Scriptúra implerétur, dicens: Partiti sunt vestiménta mea sibi: et in vestem meam miserunt sortem. Et miltes quidem haec fecérunt. Stabant autem juxta crucem Jesu mater ejus, et soror matris ejus, María Cléophæ, et María Magdaléne. Cum vidísset ergo Jesus matrem, et discípulum stantem, quem diligébat, dicit matri suæ; Múlier, ecce filius tuus. Deínde dicit discípulo: Ecce mater tua. Et ex ilia hora accépit eam discípulus in sua. Póstea sciens Jesus quia ómnia consummáta sunt, ut consummarétur Scriptúra, dixit: Sítio. Vas ergo erat pósitum acéto plenum. Illi autem spongiam plenam aceto, hyssópo circumponéntes, obtulérunt ori ejus. Cum ergo accepísset Jesus acétum, dixit: Consummátum est. Et inclináto cápite trádidit spíritum. Judæi ergo (quóniam Parascéve erat) ut non remanérent in cruce corpora sábbato (erat enim magnus dies ille sábbati), rogavérunt Pilátum, ut frangeréntur eórum crura, et tolleréntur. Venérunt ergo miltes: et primi quidem fregérunt crura, et altérius, qui crucifixus est cum eo. Ad Jesum autem cum veníssent, ut vidérunt eum jam mórtuum, non fregérunt ejus crura, sed unus miltum

## Titulus V—Caput 7

láncea latus ejus apéruit, et contínuo exívit sanguis, et aqua. Et qui vidit, testimónium perhbuit: et verum est testimónium ejus. Et ille scit, quia vera dicit: ut et vos credátis. Facta sunt enim hæc, ut Scriptúra impleréatur: Os non comminuétis ex eo. Et íterum ália Scriptúra dicit: Vidébunt in quem transfixérunt. Post hæc autem rogávit Pilátum Joseph ab Arimathæa (eo quod esset discípulus Jesu, occultus autem propter metum Judæórum), ut tólleret corpus Jesu. Et permísit Pilátus. Venit ergo, et tulit corpus Jesu. Venit autem et Nicodémus, qui vénerat ad Jesum nocte primum, ferens mixtúram myrrhæ, et álōës, quasi libras centum. Accepérunt ergo corpus Jesu, et ligavérunt illud línteis cum aromátibus, sicut mos est Judæis sepelíre. Erat autem in loco, ubi crucifixus est, hortus; et in horto monuméntum novum, in quo nondum quisquam pósitus erat. Ibi ergo propter Parascéven Judæórum, quia juxta erat monuméntum, posuérunt Jesum.

6. **Oratio ad Dominum Jesum Christum de singulis articulis passionis ejus, dicenda a moriente vel ab alio pro eo.**

℣ Adorámus te, Christe, et benedícimus tibi.

℟ Quia per sanctam crucem tuam redemísti mundum.

**D**eus, qui pro redemptióne mundi voluísti nasci, circumcídi, a Judæis reprobári, a Juda tradítore ósculo tradi, vínculis alligári, sicut agnus ínnocens ad víctimam duci, atque conspéctibus Annæ, Caíphæ, Piláti, et Heródis indécenter offérrri, a falsis téstibus accusári, flagéllis et oppróbriis vexári, sputis cóspui, spinis coronári, cólaphis cædi, arúndine pércuti, fácie velári, véstibus éxui, cruci clavis affígi, in cruce levári, inter latrónes deputári, felle et acéto potári, et láncea vulnerári: tu, Dómine, per has sanctíssimas pœnas tuas, quas ego indignus récolo, et per sanctam crucem et mortem tuam, líbera me (*vel, si alius dicit pro eo vel ea*, líbera fámulum tuum **N. vel** fámulum tuam **N.**) a pœnis inférni, et perdúcere dignéris, quo perduxísti latrónem tecum crucifixum: Qui cum Patre et Spíritu Sancto vivis et regnas in sǽcula sǽculórum. **R** Amen.

**Dici præterea possunt sequentes Psalmi.**

### **Psalmus 117**

**C**onfítémini Dómino quóniam bonus quóniam in sǽculum misericórdia ejus  
Dicat nunc Israël quóniam bonus:<sup>\*</sup> quóniam in sǽculum misericórdia ejus.  
Dicat nunc domus Aaron:<sup>\*</sup> quóniam in sǽculum misericórdia ejus.  
Dicant nunc qui timent Dóminum:<sup>\*</sup> quóniam in sǽculum misericórdia ejus.  
De tribulatióne invocávi Dóminum: \* et exaudívit me in latitudine Dóminus.  
Dóminus mihi adjútor:<sup>\*</sup> non timébo quid fáciat mihi homo.  
Dóminus mihi adjútor:<sup>\*</sup> et ego despíciam inimícos meos  
Bonum est confidere in Dómino, \* quam confidere in homine:

Bonum est speráre in Dómino, \* quam speráre in princípibus.  
Omnes gentes circuiérunt me: \* et in nómine Dómini quia ultus sum in eos.  
Circumdántes circumdedérunt me: \* et in nómine Dómini quia ultus sum in eos.  
Circumdedérunt me sicut apes, et exarsérunt sicut ignis in spinis: \* et in nómine Dómine quia ultus sum in eos.  
Impúlsus evérsus sum ut cáderem<sup>\*</sup> et Dóminus suscépit me.  
Fortitúdo me, et laus mea Dóminus:<sup>\*</sup> et factus est mihi in salútem.  
Vox exsultatiónis, et salútis<sup>\*</sup> in tabernáculis justórum.  
Déktra Dómini fecit virtútem: déxtera Dómine exaltavit me, \* déxtera Dómini fecit virtútem.

### Ordo commendationis animæ

Non móriar, sed vivam: \* et narrábo ópera Dómini.

Castigans castigávit me Dóminus: \* et morti non trádidit me.

Aperié mihi portas justitiæ, ingréssus in eas confitébor Dómino: \* hæc porta Dómini, justi intrábunt in eam.

Confitébor tibi quóniam exaudísti me: \* et factus est mihi in salátem.

Lápidem, quem reprobavérunt ædificántes: \* hic factus est in caput ánguli.

A Dómino factum est istud: \* et est mirábile in óculis nostris.

Hæc est dies, quam facit Dóminus, \* exsultémus, et lætémur in ea.

O Dómine, salvum me fac, O Dómine, bene prosperáre: \* benedíctus qui venit in nómine Dómini.

Benedíximus vobis de domo Dómini: \* Deus Dóminus, et illúxit nobis.

Constitúite diem solémnem in condénsis, \* usque ad cornu altáris.

Deus meus es tu, et confitébor tibi: \* Deus meus es tu, et exaltábo te.

Confitébor tibi quóniam exaudísti me: \* et factus es mihi in salútem.

Confítémini Dómino quóniam bonus: \* quóniam in sǽculam misericórdia ejus.

Glória Patri.

### **Psalmus 118 j**

**B**éati immáculati in via: \* qui ámbulant in lege Dómini.

Beáti qui scrutántur testimónia ejus: \* in toto corde exsquírunt eum.

Non enim qui operántur iniquitátem, \* in viis ejus ambulavérunt.

Tu mandásti \* mandáta tua custodíri nimis.

Utinam dirigántur viæ meæ, \* ad custodiéndas justificatiónes tuas!

Tunc non confúndar\* cum perspéxero in ómnibus mandátis tuis.

Confitébor tibi in directióne cordis: \* in eo quod dídicí judícia justitiæ tuæ.

Justificatiónes tuas custódiam: \* non me derelínquas usquequáque.

In quo córrigit adolescéntior viam suam? \* in custodiéndo sermónes tuos.

In toto corde meo exsqisívi te: \* ne repéllas me a mandátis tuis.

In corde meo abscóndi elóquia tua: \* ut non peccem tibi.

Benedíctus es, Dómine: \* doce me justificatiónes tuas.

In lábiis meis, \* pronuntiávi ómnia judícia oris tui.

In via testimoniórum tuórum delectátus sum, \* sicut in ómnibus divítiiis.

In mandátis tuis exercébor: \* et considerábo vias tuas.

In justificatióibus tuis meditábor: \* non oblíviscar sermónes tuos.

Glória Patri.

### **Psalmus 118 ij**

**R**etríbue servo tuo, vivífica me: et custódiam sermónes tuos.

Revéla óculos meos: \* et considerábo mirabília de lege tua.

Incola ego sum in terra: \* non abscóndas a me mandáta tua.

Concupívit áнима mea desideráre justificatiónes tuas, \* in omni témpore.

Increpásti supérbos: \* maledícti qui declínant a mandátis tuis.

Aufer a me opprórium, et contémptum: \* quia

testimónia tua exquisívi.

Etenim sedérunt príncipes, et advérsum me loquebántur: \* servus autem tuus exercebátur in justificatióibus tuis.

Nam et testimónia tua meditátio mea est: \* et consílium meum justificatiónes tuas.

Adhásit paviménto áнима mea: \* vivífica me secúndum verbum tuum.

Vias meas enuntiávi, et exaudísti me: \* doce me justificatiónes tuas.

Viam justificatiónum tuárum ínstrue me: \* et exercébor in mirabílibus tuis.

## Titulus V—Caput 7

Dormávit áнима mea præ tædio: \* confirma in verbis tuis.

Viam iniquitatis ámove a me: \* et de lege tua miserere me.

Viam veritatis elégi: \* judicia tua non sum oblitus.

Adhæsi testimoniis tuis, Dómine: \* noli me confundere.

Viam mandatórum tuórum concúrri, \* cum dilatásti cor meum.

Glória Patri.

7. **Tres piæ et utiles morientibus Orationes, cum tribus** Pater noster, **et tribus** Ave, María, **in agone mortis recitandæ.**

**Primo dicitur:** Kýrie, éléison. Christe, éléison. Kyrie éléison. Pater noster. Ave, María.

### **Oratio**

**D**ómine Jesu Christe, per tuam sanctissimam agóniam, et orationem, qua orásti pro nobis in monte Oliveti, quando factus est sudor tuus sicut guttae sanguinis decurrentis in terram: óbsecro te, ut multitúdinum sudoris tui sanguínei quem præ timoris angústia copiosissime pro nobis effudisti, offére et osténdere dignérис Deo Patri omnipoténti contra multitúdinem ómnium peccatórum hujus fámuli tui N. (fámulæ tuæ N.) et líbera eum (eam) in hac hora mortis suæ ab ómnibus pœnis et angústiis, quas pro peccátis suis se timet meruisse: Qui cum eódem Patre et Spíritu Sancto vivis et regnas Deus in sǽcula sǽculórum. Rx Amen.

**Secundo dicitur:** Kýrie, éléison. Christe, éléison. Kýrie, éléison. Pater noster. Ave, María.

### **Oratio**

**D**ómine Jesu Christe, qui pro nobis mori dignátus es in cruce, óbsecro te, ut omnes amarítudines passiónum, et pœnárum tuárum, quas pro nobis miséris peccatóribus sustinuísti in cruce, máxime in illa hora, quando sanctissima áнима tua egréssa est de sanctissimo cörpore tuo, offérre et osténdere dignérис Deo Patri omnipoténti pro áнима hujus fámuli tui N. (fámulæ tuæ N.), et líbera eum (eam) in hac hora mortis ab ómnibus pœnis et passiónibus, quas pro peccátis suis se timet meruisse: Qui cum eódem Patre et Spíritu Sancto vivis et regnas Deus in sǽcula sǽculórum. Rx Amen.

**Tertio dicitur:** Kýrie, éléison. Christe, éléison. Kýrie, éléison. Pater noster. Ave, María.

### **Oratio**

**D**ómine Jesu Christe, qui per os Prophétæ dixisti: In caritaté perpétua diléxi te, ídeo attráxi te miserans; óbsecro te, ut eádem caritatem tuam, quæ te de cælis in terram ad tolerandas ómnium passiónum tuárum amarítudines attráxit, offérre et osténdere dignérис Deo Patri omnipoténti pro áнима hujus fámuli tui (N. fámulæ tuæ N.), et líbera eum (eam) ab ómnibus passiónibus et pœnis, quas pro peccátis suis timet se meruisse. Et salva ánimam ejus in hac hora éxitus sui. Aperi ei jánuam vitæ, et fac eum (eam) gaudére cum Sanctis tuis in glória ætérrna. Et tu, piíssime Dómine Jesu Christe, qui redemísti nos pretiosissimo Sánguine tuo, miserere ánimæ hujus fámuli tui (fámulæ tuæ), et eam introdúcere dignérис ad semper viréntia et amoéna loca paradisi, ut vivat tibi amóre indivisibili, qui a te, et ab eléctis tuis numquam separári potest: Qui cum eódem Patre et Spíritu Sancto vivis et regnas Deus in sǽcula sǽculórum. Rx Amen.

## De Expiratione

### CAPUT 8

## DE EXSPIRATIONE

1. Cum tempus exspirandi institerit, tunc maxime ab omnibus circumstantibus, flexis genibus, vehementer orationi instantum est. Ipse vero moriens, si potest, dicat; vel, si non potest, assistens, sive Sacerdos pro eo clara voce pronuntiet: JESU, JESU, JESU. Quod et ea quæ sequuntur, ad illius aures, si videbitur, edam saepius repeatat:

In manus tuas, Dómine, comméndo spíritum meum.

Dómine Jesu Christe, súscipe spíritum meum.

Sancta María, ora pro me.

María, mater grátiæ, mater misericórdiæ, tu me ab hoste prótege, et hora mortis súscipe.

Sancte Joseph, ora pro me.

Sancte Joseph, cum beáta Vírgine Sponsa tua, áperi mihi divínæ misericórdiæ sinum.

Jesu, María, Joseph, vobis cor et ániam meam dono.

Jesu, María, Joseph, adstáte mihi in extrémo agóne.

Jesu, María, Joseph, in pace vobíscum dórmiam et requiéscam.

2. Tunc ubi viget pia consuetudo, pulsetur campana parœcialis ecclesiæ aliquibus ictibus, ad significandum fidelibus instantem mortem exspirantis ægroti, ut pro eo Deum rogare possint.

3. Egressa anima de corpore, statim dicatur:

℣. Subveníte, Sancti Dei, occúrrite, Angeli Dómini,\* Suscipiéntes ániam ejus, \* Offeréntes eam in conspéctu Altíssimi.

℟. Suscípiat te Christus, qui vocávit te, et in sinum Abrahæ Angeli dedúcant te.

℣. Suscipiéntes ániam ejus, \* Offeréntes eam in conspéctu Altíssimi.

℟. Réquiem ætérnam dona ei, Dómine, et lux perpétua lúceat ei. \* Offeréntes eam in conspéctu Altíssimi.

Kýrie, éleison. Christe, éleison. Kýrie, éleison.

Pater noster *secreto usque ad*

℣. Et ne nos indúcas in tentatióne.

℟. Sed líbera nos a malo.

℣. Réquiem ætérnam dona ei, Dómine.

℟. Et lux perpétua lúceat ei.

℣. A porta ínferi.

℟. Erue, Dómine, ániam ejus.

℣. Requiéscat in pace.

℟. Amen.

℣. Dómine, exáudi oratióne meam.

℟. Et clamor meus ad te véniat.

℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Oratio

**T**ibi, Dómine, commendámus ániam fámuli tui **N.** (fámulæ tuæ **N.**), ut defúnctus(-a)sáculo tibi vivat: et quæ per fragilitátem humánæ conversatiónis peccáta commísit, tu vem misericordíssimæ pietátis abstérge. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Si defunctus fuerit Sacerdos, vel Episcopus, post nomen proprium addatur vox: Sacerdotis.

### Titulus V—Caput 8

4. Interim detur campana signum transitus defuncti, pro loci consuetudine, ut audientes pro ejus anima Deum precentur. Deinde corpus, de more honeste compositum, loco decenti cum lumine collocetur: ac parva crux super pectus inter manus defuncti ponatur, aut ubi crux desit, manus in modum crucis componantur, interdumque aspergatur aqua benedicta, et interim, donec efferatur, qui adsunt, sive Sacerdotes, sive alii, orabunt pro defuncto.

# TITULUS VI

## CAPUT 1

### DE EXSEQUIIS

**S**acras cæmeronias ac ritus, quibus ex antiquissima traditione et Summorum Pontificum institutis sancta mater Ecclesia catholica in filiorum suorum exsequiis uti solet, tamquam vera religionis mysteria christianieque piebatis signa, et fidelium mortuorum saluberrima suffragia, Parochi summo studio servare debent, atque usu retinere

2. His itaque præstandis, qua par est modestia ac devotione ita se habebunt, ut ad defunctorum salutem, simulque ad vivorum pietatem, quemadmodum vere sunt, non ad quæstum ejusmodi ritus sancti instituti esse videantur.
3. Nullum corpus sepeliatur, præsertim si mors repentina fuerit, nisi post congruum temporis intervallum, quod satis sit ad omnem prorsus de vero obitu dubitationem tollendam.
4. Nisi gravis causa obstet, cadavera fidelium, antequam tumulentur, transferenda sunt e loco in quo reperiuntur, in ecclesiam, ubi funus, idest totus ordo exsequiarum quæ in probatis liturgicis libris describuntur, persolvatur.
5. Ecclesia in quam cadaver pro funere transferri debet, ex jure ordinario est ecclesia propriis defuncti parœciæ, nisi defunctus aliam funeris ecclesiam legitime elegerit, vel jure particulari aliter statuatur.  
Si defunctus plures habuerit parœcias proprias, ecclesia funeris est ecclesia parœciæ in cuius territorio decessit.
6. In dubio de jure alias ecclesiæ, jus propriæ ecclesiæ parœcialis semper prævalere debet.
7. Quod antiquissimi est instituti, illud, quantum fieri poterit, retineatur, ut Missa præsente corpore defuncti, pro eo celebretur, antequam sepulturæ tradatur.
8. Missa exsequialis pro defunctis celebrari poterit, etiamsi Festum duplex vel dies Dominica occurrit; dummodo Missa conventualis vel parœcialis, et Officia divina non impedianter, magna diei celebritas non obstet, juxta rubricas Missalis.
9. Districte pronibetur ne quis, sepulturie vel exsequiarum seu anniversarii mortuorum causa, quidquam exigat ultra id quod in diœcesano taxarum indice statuitur.
10. Cum autem antiquissimi ritus ecclesiastici sit, cereos accensos in exsequiis et funeribus deferre, caveant Parochi aliqui Sacerdotes ne ejusmodi ritus omittatur, ac ne quid avare aut indigne in eo committatur.
11. Pauperes vero, quibus mortuis nihil, aut tam parum superest, ut consuetis impensis humari non possint, gratis omnino ac decenter funerentur et sepeliantur, cum exsequiis, secundum liturgicas leges et dœcesana statuta, præscriptis; ac debita lumina suis impensis, si opus sit, adhibeant Sacerdotes, ad quos defuncti cura pertinet, vel aliqua pia confraternitas, si sit, juxta loci consuetudinem.
12. Sacerdos, aut cujusvis ordlnis Clericus defunctus, vestibus suis communibus, usque ad talarem vestem inclusive, tum desuper sacro vestitu sacerdotali, vel clericali, quem ordinis sui ratio depositit, quantum fieri potest, induatur; unusquisque autem cum tonsura et bireto.

### De iis quibus neganda est eccl. Sepultura

13. Sacerdos quidem super talarem vestem, amictu, alba, cingulo, manipulo, stola et casula seu planeta coloris violacei sit indutus.
14. Diaconus vero induatur amictu, alba, cingulo, manipulo, stola super humerum sinistrum, quæ sub axilla dextera annectatur, et dalmatica violacei coloris.
15. Subdiaconus autem amictu, alba, cingulo, manipulo et tunicella coloris violacei.
16. Alii præterea inferioris ordinis Clerici superpelliceo supra vestem talarem ornari debent.
17. Laici cadaver, generis aut dignitatis cuiusvis ille fuerit, Clerici ne deterant.
18. Corpora defunctorum in ecclesia ponenda sunt pedibus versus Altare majus; vel si funerentur in oratoriis, aut capellis, ponantur cum pedibus versis ad illarum Altaria: quod etiam pro situ et loco flat in sepulcro. Presbyteri vero habeant caput versus Altare.
19. Pallia, aut alia Altaris ornamenta. Ad ornatum feretri vel tumbæ ne adhibeantur.
20. Cadavera fidelium sepelienda sunt in cœmeterio rite benedicto. Parœciæ autem suum quæque cœmeterium habeant, nisi unum pluribus commune ab Ordinario loci sit legitime constitutum.
21. Sepulcra Sacerdotum et Clericorum cujuscumque ordinis, ubi fieri potest, a sepulcris laicorum separata sint, ac decentiore loco sita; præterea, ubi id commodum fuerit, alia pro Sacerdotibus, alia pro inferioris ordinis Ecclesiæ ministris parentur.
22. In ecclesiis cadavera ne sepeliantur, nisi agatur de cadaveribus Episcoporum residentialium, Abbatum vel Prælatorum nullius in propria ecclesia sepeliendis, vel Romani Pontificis, regalium personarum aut S. R. E. Cardinalium.
23. Subtus altare nullum sit reconditum cadaver; cadavera autem quæ prope altare sepulta forte sunt, distent ab eo saltem spatio unius metri; secus Missam in altari celebrare non licet, donec cadaver removeatur.
24. Ceterum nemo christianus in communione fidelium defunctus, extra ecclesiam, aut cœmeterium rite benedictum sepeliri debet; sed si necessitas cogat ex aliquo eventu aliquando ad tempus aliter fieri, curetur, ut, quatenus fieri possit, corpus in locum sacrum quamprimum transferatur; et interim semper crux capiti illius apponi debet, ad significandum illum in Christo quievisse.
25. Nullum porro cadaver perpetuæ sepulturæ ecclesiasticae ubi vis traditum exhumare licet, nisi de licentia Ordinarii.

## CAPUT 2

### DE IIS QUIBUS NEGANDA EST ECCLESIASTICA SEPULTURA

1. Ignorare non debet Parochus, qui ab ecclesiastica sepultura ipso jure sunt excludendi, ne quemquam ad illam contra sacrorum Canonum decreta umquam admittat.
2. Ad sepulturam ecclesiasticam non sunt admittendi qui sine Baptismo decesserint. Catechumeni, qui nulla sua culpa sine Baptismo moriantur, baptizatis accensendi sunt.
3. Ecclesiastica sepultura privantur, nisi ante mortem aliqua dederint pœnitentiæ signa;

### Titulus VI—Caput 3

- 1° Notorii apostatae a Christiana fide, aut sectae hæreticæ vel schismaticæ aut sectæ massonicæ aliisve ejusdem generis societatibus notorie addicti;
- 2° Excommunicati vel interdicti post sententiam condemnatoriam vel declaratoriam;
- 3° Qui se ipsi occiderint deliberato consilio;
- 4° Mortui in duello aut ex vulnere inde relato;
- 5° Qui mandaverint suum corpus cremationi Tradi;
- 6° Alii peccatores publici et manifesti.

Occurrente prædictis in casibus aliquo dubio, consulatur, si tempus sinat, Ordinarius; permanente dubio, cadaver sepulturæ ecclesiasticæ tradatur, ita tamen ut removeatur scandalum.

4. Excluso ab ecclesiastica sepultura deneganda quoque sunt tum quælibet Missa exsequialis, etiam anniversaria, tum alia publica officia funebria.

CAPUT 3

EXSEQUIARIUM ORDO

1. Constituto tempore quo corpus ad ecclesiam deferendum est, convocetur Clerus, et alii qui funeri interesse debent, et in parœchiale vel in aliam ecclesiam, juxta loci consuetudinem, ordine convenient; ac datis, certis campanæ signis, eo modo et ritu quo in eo loco fieri solet, Parochus, indutus superpelliceo et stola nigra, vel etiam pluviali ejusdem coloris, clericu præferente Crucem et alio aquam benedictam, ad domum defuncti una cum aliis procedit. Distribuuntur cerei et accenduntur intorticia.

Mox ordinatur processio, præcedentibus laicorum confraternitatibus, si adsint: tum sequitur Clerus regularis et sacerdotalis per ordinem; binique procedunt, prælata Cruce, devote Psalmos, ut infra, decantantes, Parochus præcedente feretrum cum luminibus; inde sequuntur alii funus comitantes et pro defuncto Deum rite deprecantes sub silentio.

2. Parochus vero, antequam cadaver efferatur, illud aspergit aqua benedicta; mox dicit sine cantu:

**Ant.** Si iniquitátes.

**Psalm 129**

**D**e profundis clamávi ad te, Dómine: \*

Dómine, exáudi vocem meam:

Fiant aures tuæ intendéntes, \* in vocem deprecationis meæ.

Si iniquitátes observáveris, Dómine: \* Dómine, quis sustinébit?

Quia apud te propitiatio est: \* et propter legem tuam sustinui te, Dómine.

Sustinuit ánima mea in verbo ejus: \* sperávit ánima mea in Dómino.

Si Exsequiæ fiant pro pluribus defunctis, in hoc versu, et in omnibus versiculis et Orationibus, pro singulari ponatur numerus pluralis, praterquam in Oratione Non intres, ut infra, pag 118.

Deinde Parochus repetit Antiphonam totam:

Si iniquitátes observáveris, Dómine: Dómine, quis sustinébit?

Tum cadaver effertur, Parochusque de domo procedens statim gravi voce intonat Antiphonam:

**I f**

**Exultá-bunt Dó-mi-no. Cantores inchoant:**

**Mi-se-ré-re me-i, De-us. E u o u a e.**

Clero alternatim prosequente:

## Exsequiarum Ordo

### **Psalmus 50**

**M**iserére mei, Deus \* secúndum magnam misericordiam tuam.

Et secúndum multitúdinem miseratíonum tuárum,\* dele iniquitátem meam.

Amplius lava me ad iniquitáte mea: \* et a peccáto meo munda me.

Quóniam iniquitátem mea ego cognóscō: \* et peccátum meum contra me est semper.

Tibi soli peccávi, et malum coram te feci: \*ut justificéris in sermónibus tuis, et vincas cum judicáris.

Ecce enim in iniquitáibus concéptus sum: \*et in peccátis concépit me mater mea.

Ecce enim veritátem dilexísti: \* incépta et occulta sapiéntiæ tuæ manifestásti mihi.

Aspérges me hyssópo, et mundábor: \* lavábis me, et super nivem dealbábor.

Audítui meo dabis gáudium et lètitiā: \* et exsultábunt ossa humiliáta.

Avérte fáciem tuam a peccátis meis: \* et omnes iniquitátes meas dele.

Cor mundum crea in me, Deus: \*et spíritum rectum innova in viscéribus meis.

Avérte fáciem tuam a peccátis meis: \* et omnes iniquitátes meas dele.

Ac si longitudo itineris postulaverit, dicantur Psalmi Graduales, Ad Dóminum cum tribulárer, pag. 126 vel alii Psalmii ex Officio Defunctorum, et fine cuiuslibet Psalmi dicitur: Réquiem aetérnam dona ei, Dómine, etc.; qui Psalmi devote, distincte gravique voce recitari debent usque ad ecclesiam.

3. Ad ingressum ecclesiæ repetitur Antiphona:

The musical notation consists of four horizontal lines representing a staff. There are vertical stems with small black squares at their ends, representing note heads. The first staff begins with a large 'I' (Inventus) and a clef. The second staff begins with a small square. The third staff begins with a small square. The fourth staff begins with a small square. Below the staves, the text 'Exsultabunt domino ossa humiliata.' is written in a bold, serif font.

Deinde ecclesiam ingressi, cantant Responsorium, Cantore incipiente et Clero alternatim respondente, videlicet:

Titulus VI— Caput 3

IV

Subve-ní-te, \*Sancti De - i, occúr - ri-te,

Ange - li Dómi - ni: \* Susci-pi- éntes á-nimam

e - jus: + Offe-réntes e - am, in conspéc - tu

Al - tissi - mi. ¶. Sus-ci-pi-at te

Christus, qui vo - cá - vit te: et in si-num Abrahæ

Ange-li de-dú - cant te. \* Susci-pi - éntes

á-ni-mam e - jus: + Offe-rén-tes e - am in

conspéc-tu Al - tis-si - mi. ¶. Réqui - em

æ-térrnam dona e - i, Dómi - ne: et lux perpé-tu-a

lú - ce - at e - i. + Offe-réntes e - am

in conspéc - tu Al - tissi - mi.

### Exsequiarium Ordo

4. Deposito feretro in medio ecclesiæ, ita ut defuncti pedes, nisi fuerit Sacerdos, sint versus Altare majus, si vero fuerit Sacerdos, caput sit versus ipsum Altare, et cereis accensis circa corpus, statim, nisi quid impedit, dicatur Officium Defunctorum, cum Invitatorio, tribus Nocturnis et Laudibus, ut infra ponitur et duplicentur Antiphonae.

Si vero delato ad ecclesiam cadavere, statim persolvi no debeant Officium et Missa serius vel die sequenti habeantur, tunc, cantato Responsorio Subvenite, dicatur: Kýrie, éleison. Christe, éleison. Kýrie, éleison Pater noster, etc., cum sequentibus Versiculis et Oratione, ut infra, num.5,adhibita conclusione brevi Per Christum Dóminum nostrum.

V. Amen. Deinde: V. Réquiem ætérnam dona ei, Dómine.

R. Et lux perpétua lúceat ei.

V. Requiéscat in pace.

R. Amen.

5. Ad finem Officii Defunctorum, post repetitam Antiphonam Cantici Benedictus, Ego sum resurréctio, etc. (vel post Nocturnum vel Nocturnos, si Laudes omittantur), dicitur flexis genibus (cantando ut infra pag.120):

Pater noster secreto usque ad

V. Et ne nos indúcas in tentaciónem.

R. Sed líbera nos a malo.

V. A porta ínferi.

R. Erue, Dómine, ániam ejus.

V. Requiéscat in pace.

R. Amen.

V. Dómine, exáudi oratióne meam.

R. Et clamor meus ad te véniat.

V. Dóminus vobíscum.

R. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Oratio

**A**bsólve, quásumus, Dómine, ániam fámuli tui N. (fámulæ tuæ N.) ab ómni vínculo delictórum; ut in resurrectiónis glória inter Sanctos et eléctos tuos resuscítatus(-a) respíret. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sácula sáculórum. R. Amen.

Si defunctus fuerit Sacerdos, post nomen proprium addatur vox Sacerdotis .

Post Orationem, si hæc non dicitur immediate ante Exsequias vel Missam vel Absolutionem, adduntur VV. Réquiem ætérnam et Requiéscant, ut infra, pag.133 .

Omnis Orationes in Exsequiis et in Officio Defunctorum cantantur in tono feriali, id est recto tono, vel in altero tono feriali ad libitum.

Conclusio longa Orationum adhibetur tantummodo in Missa et Officio, extra vero semper brevis.

6. Dum in Officio dicuntur Laudes, Sacerdos cum Ministris paratur ad celebrandam Missam solemnem pro defuncto, si tempus congruens sit, ut in die depositionis in Missali.

Titulus VI—Caput 3

**Absolutio supra Defunctum**

7. Finita Missa, Celebrans, depositis casula seu planeta et manipulo in plano ad cornu Epistolæ, accipit pluviale nigri coloris, Diacono et Subdiacono paratis remanentibus, depositis tamen manipulis. Tum Subdiaconus accipit Crucem et, præcedentibus duobus acolythis, uno cum thuribulo et navicula incensi, alio cum vase aquæ benedictæ et aspersorio, accedit ad feretrum et se sistit ad caput defuncti cum Cruce, medius inter duos acolythus seu ceroferarios cum candelabris et candelis accensis, post eam omnes alii declero veniunt ordinatim in gradu suo cum candelis accensis et stant in circuitu feteri: ultimo loco sequitur Celebrans cum Diacono a sinistris, et, facta prius reverentia Altari, sistit se contra Crucem ad pedes defuncti, retro astantibus ei a sinistris duobus acolythis, uno cum thuribulo et navicula incensi, altero cum vase aquæ benedictæ et aspersorio. Tunc, diacono tenente librum junctis manibus absolute dicit sequentem Orationem (nulla numeri aut generis facta mutatione) etiamsi pro pluribus aut pro femina dicatur:

**N**on intres in judícum cum servo tuo, Dómine, quia nullus apud te justificábitur homo, nisi per te ómnium peccatórum et tribuátor remíssio. Non ergo eum, quæsumus, tua judiciális senténtia premat, quem tibi vera supplicátio fidei christiánæ comméndat: sed, grátia tua illi succurrénte, mereáutur evádere judícum ultiónis, qui, dum víveret, insignítus est signáculo Sanctæ Trinitátis: Qui vivis et regnas in sácula sæculorum. **R.** Amen.

8. Deinde, Cantore incipiente, Clerus circumstans cantat sequens Responsorium:

I  
Li-be - ra me, Dó - mi-ne, \*de morte æ-tér - na,  
in di - e il-la tre-mén - da: \*Quando cæ - li  
mo - véndi sunt et ter-ra: †Dum ve -  
ne - ris ju - di - cá - re sáe - cu-lum per  
ig - nem. **V.** Tremens factus sum ego, et tí - me - o,

Exsequiarum Ordo

dum discus - o vé-ne - rit, at - que ventú - ra i - ra. \*

Quando cæ - li mo - vén - di sunt et ter - ra.

V. Di - es il - la, di - es i - ræ, ca - la - mi - tâ - tis et

mi - sé - ri - æ, di - es magna et a - má - ra val - de.

† Dum vé - ne - ris ju - di - cá - re

sæ - cu - lum per ig - nem. V. Ré - qui - em

æ - té - rnam do - na e - is, Dó - mi - ne: et lux perpé -

tu - a lú - ce - at e - is.

Repetitur Libera me, Dómine, usque ad V. Tremens.

9. Dum repetitur prædictum Responsorium, Sacerdos, Diacono ministrante, accipit incensum de navicula et ponit in thuribulum, benedicens illud more solito. Finito Responsorio, Cantor cum primo Choro dicit:

Ký - ri - e, e - lé - i - son.

Et secundus Chorus respondet:

Christe, e - lé - i - son.


Titulus VI—Caput 3

Deinde omnes simul dicunt:




**Ky-ri - e, e - lé - i-son.**

10. Mox Sacerdos dicit alta voce:




**Pa-ter nos-ter.**


Et secreto continuatur ab omnibus. Ipse interim accipit de manu diaconi aspersorium aquæ benedictæ, eodemque diacono comitante a dexteris et anteriorem fimbriam pluvialis sublevante, circumiens feretrum, aspergit corpus defuncti aqua benedicta, ter a parte sinistra cadaveris et ter a dextera. Cum transit ante Altare et ante Crucem, qua; est ex adverso, profunde se inclinat, diacono genuflectante; si transit ante Sacramentum, genuflectit. Deinde, reversus ad locum suum, diacono ministrante, accipit thuribulum, et eodem modo quo asperserat, circuit feretrum, et corpus incensat; postea, redditio thuribulo, stans in loco suo, diacono librum apertum ante ipsum tenente, junctis manibus dicit:



**V. Et ne nos in-dú - cas in ten-ta - ti - ó - nem.**




**R. Sed li-be-ra nos a ma-lo. V. A porta infe-ri.**



**R. Eru - e, Dómi-ne, á-nimam e-jus. V. Requi - éscat**



**in pa-ce. R. Amen. V. Dómi-ne. exáudi o-ra-ti - ó-nem**



**me - am. R. Et clamor me - us ad te vé-ni - at.**

**V. Dominus vobíscum. R. Et cum spíritu tuo.**

Orémus.

Oratio

**D**eus, cui próprium est miseréri semper et párcere: te súpplices exorámus pro ánima fámuli tui N. (fámulæ tuæ N.), quam hodie de hoc sǽculo migráre jussísti, ut non tradas eam in manus, inimíci, neque obliviscáris in finem, sed júbeas eam a sanctis Angelis súscipi, et ad pátriam paradísi perdúci; ut, quia in te sperávit et crédidit, non poenas inféni sustíneat, sed gáudia ætérna possídeat. Per Christum Dóminum nostrum. Rx. Amen.

11. Finita Oratione, corpus defertur ad sepulcrum, si tunc deferendum sit; dum autem portetur, vel in eodem loco si tunc non portetur, Clerici cantant Antiphonam:

VII

In para-dí-sum \* dedú-cant te Ange-li:  
in tu-o advén-tu sus-cí-pi - ant te Már-ty - res,  
et per-dú - cant te in ci - vi - tá - tem sanc-tam  
Je-rú-sa-lem. Cho-rus Ange lórum te sus - ci-pi - at,  
et cum Lá-za-ro quondam páupe-re æ-tér-nam  
há-be - as ré-qui - em.

12. Cum autem pervenerit ad sepulcrum, si non sit benedictum, Sacerdos illud benedicti, dicens hanc Orationem:

Orémus.

Oratio

**D**eus, cuius miseratióne ánime fidélium requiéscunt, hunc túmulum bene ✕ dícere dignáre, eíque Angelum tuum sanctum députa custódem: et quorum quarúmque córpora hic sepeliúntur, ánimas eórum ab ómnibus absólve vínculis delictórum, ut in te semper cum Sanctis tuis sine fine læténtur. Per Christum Dóminum nostrum. Rx. Amen.

13. Dicta Oratione, Sacerdos aqua benedicta aspergat, deinde incenset corpus defuncti, et tumulum. Quod si sepulcrum jam sit benedictum, omittitur tum benedictio sepulcri, tum aspersio et incensatio

### Exsequiarum Ordo

corporis ac tumuli.

14. Deinde, etiamsi corpus tunc ad sepulturam delatum non fuerit, Sacerdos prosequatur Officium, ut infra, quod numquam omissummittitur; et intonat Antiphonam:

The musical notation consists of two staves. The top staff is in common time (indicated by 'II') and has a soprano C-clef. It contains a single melodic line with square neumes. The lyrics 'Ego sum. Cant. Be-ne-dictus Dó-mi-nus De-us' are written below the notes. The bottom staff is also in common time and has a soprano C-clef. It contains a single melodic line with square neumes. The lyrics 'Is-ra-el. E u o u a e. Et e-ré-xit.' are written below the notes.

### **Canticum Zachariæ** (Lucæ I)

**B**enedictus **✚** Dóminus Deus Israel, \* quia visitávit, et fecit redemptiōnem plebis suæ.

Et eréxit cornu salútis nobis; \* in domo David púeri sui.

Sicut locútus est per os sanctórum, \* qui a sáculo sunt, prophetárum ejus,

Salútem ex inimícis nostris, \* et de manu ómnium qui odérunt nos.

Ad faciéndam misericórdiam cum pátribus nostris; \* et memorári testaménti sui sancti.

Jusjurándum quod jurávit ad Abraham patrem nostrum; \* datúrum se nobis,

Ut sine timóre de manu inimicórum nostrórum liberáti; \* serviámus illi,

Et repetita Antiphona:

The musical notation consists of three staves. The first staff is in common time and has a soprano C-clef. It contains a single melodic line with square neumes. The lyrics 'Ego sum re-surréc-ti - o et vi - ta: qui cre - dit' are written below the notes. The second staff is in common time and has a soprano C-clef. It contains a single melodic line with square neumes. The lyrics 'in me, é - ti - am si mórtu - us fú - e - rit, vi - vet:' are written below the notes. The third staff is in common time and has a soprano C-clef. It contains a single melodic line with square neumes. The lyrics 'et om-nis qui vi - vit et cre - dit in me, non' are written below the notes.

Titulus VI—Caput 3

mo-ri - é-tur in æ - té-ru-m.  
Postea Sacerdos dicit:  
Chorus prosequitur:  
Ký-ri - e, e - lé - i-son.  
Chris-te, e - lé - i-son.  
Sacerdos:  
Ký-ri - e, e - lé - i-son.  
Pa-ter nos-ter.

Interim corpus, quin circumeat, aspergit.

V. Et ne nos indúcas in tentaciónem.

R. Sed líbera nos a malo.

V. A porta ínferi.

R. Erue, Dómine, ániam ejus.

V. Requiéscat in pace.

R. Amen.

V. Dómine, exáudi oratióne meam.

R. Et clamor meus ad te véniat.

V. Dóminus vobíscum.

R. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Oratio

**F**ac, quæsumus, Dómine, hanc cum servo tuo defúncto (*ancilla tua defuncta*) misericórdiam, ut factórum suórum in pœnis non recípiat vicem, qui (*quæ*) tuam in votis ténuit voluntátem: ut, sicut hic eum (*eam*) vera fides junxit fidélium turmis; ita illic eum(*eam*) tua miserátko sóciet angélicis choris. Per Christum Dóminum nostrum. R. Amen.

Deinde Celebrans, faciens crucem manu dextera super feretrum, dicit:

V. Réquiem aetérnam dona ei, Dómine.

R. Et lux perpétua lúceat ei.

V. Requiéscat in pace.

R. Amen.

V. Anima ejus, et ánime ómnium fidélium defunctórum, per misericórdiam Dei requiéscant in pace.

R. Amen.

15. Deinde, cum a sepulchro in ecclesiam vel ab ecclesia in sacristam, præcedente cruce, revertuntur, celebrans inchoat sine cantu Antiphonam Si iniquítates. et cum clero recitat psalmum De profundis, etc., ut supra, pag. 114.

In fine Psalmi additur in numero plurali:

V. Réquiem aetérnam dona ei, Dómine.

R. Et lux perpétua lúceat eis.

## Exsequiarum Ordo

Et ab omnibus repetitur tota Antiphona:

Si iniuitátes observáveris, Dómine: Dómine, quis sustinébit?

Deinde in sacristia Sacerdos, antequam paramentis exuatur, dicit sequentes Preces:

Kýrie, éleison. Christe, éleison. Kýrie, éleison.

V. Pater noster *secreto usque ad*

V. Et ne nos indúcas in tentatióne.

R. Sed líbera nos a malo.

V. A porta ínferi.

R. Erue, Dómine, animas eórum.

V. Requiéscant in pace.

R. Amen.

V. Dómine, exáudi oratióne meam.

R. Et clamor meus ad te véniat.

V. Dóminus vobíscum. R. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Oratio

**F**idélium, Deus, ómnium cónditor et redémptor, animábus famulórum famularúmque tuárum remissióne cunctórum tríbue peccatórum: ut indulgéntiam, quam semper optavérunt, piis supplicatióibus consequántur: Qui vivis et regnas in sǽcula sǽculórum.

R. Amen.

V. Réquiem atérnam \* dona eis, Dómine.

R. Et lux perpétua \* lúceat eis.

V. Requiescant in pace. R. Amen.

16. Si vero, ob rationabilem causam, ex gr. ob temporis angustiam vel alioram funeram instantem necessitatem prædictum Officium defunctorum cum tribus Nocturnis et Laudibus dici non possit; deposito in ecclesia feretro cum corpore, dicatur saltem primum Nocturnam cum Laudibus, vel etiam sine Laudibus, incipiendo ab Invitatorio Regem, cui omnia vivunt. Et postea omnia alia dicantur, quae supra præscripta sunt dicenda post Officium Defunctorum et Missam.

17. Quod si ob rationabilem causam ne unam quidem Nocturnem sine Laudibus dici possit, aliæ prædictæ præces et suffragia numquam omissuntur.

18. Missa vero, si hora sit congruens, ritu pro defunctis, ut in die obitus, præsente corpore, ne omissuntur, nisi obstet magna diei solemnitas, aut aliqua necessitas aliter suadeat: et post Missam fiat ut supra.

19. Ritus superius descriptus servandus est pro defunctis adultis, tam Clericis quam laicis, etiam a Diacono exsequias peragente de Ordinarii loci vel Paroci licentia, gravi de causa concedenda, quæ in casu necessitatis legítime præsumitur.

CAPUT 4

OFFICIUM DEFUNCTORUM

Dicitur in Choro in die dispositionis et aliis diebus pro temporis opportunitate et ecclesiarum consuetudine. In die vero dispositionis, in die post acceptum mortis nuntium, et tertio, septimo, trigesimo et anniversario, etiam late sumpto, et quoties solemniter celebratur Officium duplicantur Antiphonæ; et in fine omnium Psalmorum semper dicitur: Réquiem æternam \* dona eis, Dómine. Et lux perpétua \* luceat eis: etiam si pro uno tantum fiat Officium. (Psalmi incipiuntur ut infra notatur, etiam quando non duplicantur Antiphonæ).

AD VESPERAS

Quoties Vesperæ vel delationem cadaveris ad ecclesiam ac Responsorium Subveníte, vel Officium diei currentis immediate non sequantur, dicitur secreto Pater noster et Ave, Maria; secus absolute incipitur a sequenti Antiphona:

III b

Pla-cé-bo Dómi-no \* in re-gi - ó - ne vi-vó-rum.

Ps. Di-lé-xi, quó-ni - am exáudi - et Dó-mi-nus.

E u o u a e.

Psalmus 114

**D**iléxi quóniam exáudiet Dóminus \* vocem oratiónis meæ.  
Quia inclinávit aurem suam mihi: \* et in diébus meis invocábo.  
Circumdedérunt me dolóres mortis: \* et pericula inférnii invenérunt me.  
Tribulatióne et dolórem inveni: \* et nomen Dómini invocávi.  
O Dómine, líbera ánimam meam: † misericors Dóminus, et justus, \* et Deus noster miserítur.

Custódiens párvulos Dóminus: \* humiliátus sum, et liberávit me.  
Convértere, ánima mea, in réquiem tuam: \* quia Dóminus benefécit tibi.  
Quia erípuit ánimag meam de morte: † óculos meos a lácrimis, pedes meos a lapsu.  
Placébo Dómino in régione vivórum.

In fine omnium Psalmorum dicitur:

Réquiem æternam \* dona eis, Dómine.  
Et lux perpétua \* luceat eis.

Antiphona



Pla·cé·bo Dó·mi·no in re·gi· ó·ne vi·vó·rum.

2 Antiphona

II D He - u me! \* qui - a in-co - lá - tus me - us  
pro - longá - tus est. Ps. Ad Dómi - num cum tribu - lárer  
clamá - vi. E u o u a e.

Psalmus 119

**A**d Dóminum cum tribulárer clamávi: \* et exaudívit me.  
Dómine, líbera ániam meam a lábiis iníquis, \* et a lingua dolosa.  
Quid detur tibi, aut quid apponátur tibi \* ad linguam dolósam?

Saggítæ poténtis acútæ \* cum carbónibus desolatóriis.  
Heu mihi, quia incolátus meus prolongátus est:  
† habitávi cum habitántibus Cedar: \* multum incola fuit ánima mea.  
Cum his, qui odérunt pacem, eram pacíficus: \*  
cum loquébar illis, impugnábant me gratis.  
Réquiem ætérnam.

Antiphona

He - u me! qui - a in-co - lá - tus me - us  
pro - lon-gá - tus est.

**3 Antiphona**

VIII G

Dómi-nus \* custó-dit te ab om-ni ma-lo:  
 custó-di - at á-nimam tu - am Dómi-nus. Ps. Le-vá-vi  
 ó-cu-los me - os in mon-tes. E u o u a e.  
 (Vel E u o u a e.)

**Psalmus 120**

**L**evávi óculos meos in montes, \* unde véniet auxílium mihi.  
 Auxílium meum a Dómino, \* qui fecit cælum et terram.  
 Non det in commotiónem pedem tuum: \* neque dormítet custódit te.  
 Ecce non dormitábit neque dórmiet, \* qui custódit Israël.

Dóminus custódit te, Dóminus protéctio tua, \* super manum déxteram tuam.  
 Per diem sol non uret te: \* neque luna per noctem.  
 Dóminus custódit te ab omni malo: \* custódiat ánimam tuam Dóminus.  
 Dóminus custódiat intróitum tuum, et éxitum tuum: \* ex hoc nunc, et usque in sǽculum.  
 Réquiem ætérrnam.

**Antiphona**

Dómi-nus custó-dit te ab omni ma-lo: custó-di - at  
 á-ni-mam tu - am Dómi-nus.

4 Antiphona

VIII G

Si in-i-qui-tá-tes \* observáve-ris, Dómi-ne:  
Dó-mi-ne, quis sus-ti-né-bit? Ps. De pro-fún-dis  
clamá-vi ad te, Dó-mi-ne. Eu o u a e.

Psalmus 129

D e profundis clamávi ad te, Dómine: \*  
Dómine, exaudi vocem meam:  
Fiant aures tuæ intendéntes, \* in vocem depre-  
catiónis meæ.  
Si iniquitátes observáveris, Dómine: \* Dómine,  
quis sustinébit?  
Quia apud te propitiatio est: \* et propter legem  
tuam sustínui te, Dómine.

Sustínuit ánima mea in verbo ejus: \* sperávit  
ánima mea in Dómino.

A custódia matutína usque ad noctem: \* speret  
Israël in Dómino.

Quia apud Dóminum misericórdia: \* et copiosa  
apud eum redémptio.

Et ipse rédimet Israël, \* ex ómnibus  
iniquitáribus ejus.  
Réquiem aetérnam

Antiphona

Si in-i-qui-tá-tes observáve-ris, Dómi-ne: Dómi-ne,  
quis sus-ti-né-bit?

Titulus VI—Caput 4

**5 Antiphona**

II D

O-pe - ra \* mánu - um tu - árum, Dómi - ne,  
ne despi - ci - as. Ps. Con - fi - té - bor ti - bi, Dó - mi - ne,  
in to - to cor - de me - o. Eu o u a e.

**Psalmus 137**

**C**onfítébor tibi, Dómine, in toto corde meo: \*  
quóniam audísti verba oris mei.  
In conspéctu Angelórum psallam tibi: \* adorábo  
ad templum sanctum tuum, et confítébor nómini  
tuo.  
Super misericórdia tua, et veritáte tua: \*  
quóniam magnificásti super omne, nomen  
sanctum tuum.  
In quacúmque die invocávero te, exáudi me: \*  
multiplicábis in ánima mea virtútem.  
Confiteántur tibi, Dómine, omnes reges terræ: \*  
quia audiérunt ómnia verba oris tui:

**Antiphona**

O-pe - ra má-nu - um tu - árum, Dó - mi - ne,  
ne despi - ci - as.

V. Audi-vi vo-cem de cæ-lo di-cén-tem mi-hi.

R. Be - á-ti mórtu - i, qui in Dómi-no mo - ri - úntur.

Officium Defunctorum: Ad Vespertas

**Ad Magnificat, Antiphona**

VII c

**Om-ne \* quo-dat mi-hi Pa - ter, ad me**

**vé - ni - et: et e - um qui ve-nit ad me,**

**non e-jí - ci - am fo-ras. Cant. Mag-ní - fi - cat \* á-ni-ma**

**me - a Dó-mi-num. Et exsultá-vit spí - ri-tus me - us.**

**Canticum Magnificat**

Luc. 1, 46-55

**M**agnificat \* ánima mea Dóminus.

Et exsultávit spíritus meus: \* in Deo, salutári meo.

Quia respéxit humilitátem ancíllæ suæ: \* ecce enim ex hoc beátam me dicent omnes generatiónes.

Quia fecit mihi magna, qui potens est: \* et sanctum nomen ejus.

Et misericórdia ejus, a progénie in progénies: \* et timéntibus eum.

Fecit poténtiam in bráchio suo: \* dispérsit supérbos mente cordis sui.

Depósuit poténtes de sede: \* et exaltávit húmiles.

Esuriéntes implévit bonis: \* et dívites dimísit inánes.

Suscépit Israël púerum suum: \* recordátus misericórdiæ suæ.

Sicut locútus est ad patres nostros: \* Abraham, et sémini ejus in sǽcula.

Glória Patri, et Fílio, \* et Spirítui Sancto.

Sicut erat in princípio, et nunc, et semper, \* et in sǽcula sǽculórum.

Réquiem ætérnam.

**Antiphona**

**Omne quod dat mihi Pa - ter, ad me vé - ni - et:**

**et e - um qui ve - nit ad me, non e - jí - ci - am fo - ras.**

## Titulus VI—Caput 4

Preces infrascriptæ dicuntur flexis genibus, similiter et ad Laudes.

Pater noster **secreto usque ad**

℣. Et ne nos indúcas in tentaciónem.

℟. Sed libera nos a malo.

Sequens Psalmus Lauda ánima mea non dicitur in die obitus seu dispositionis defuncti, neque aliis diebus quibus Officium recitatur ritu duplici.

### **Psalmus 145**

**Lauda, á-nima me-a, Dó-minum:† laudábo Dóminum**

**in vi-ta me-a: \* psal-lam De-o me-o quándi-u**

**fú-e-ro.**

Nolíte confidere in princípibus: \* in filiis hóminum, in quibus non est salus.

Exíbit spíritus ejus, revertétur in terram suum: \* in illa die períbunt omnes cogitatiónes eórum.

Beátus, cujus Deus Jacob adjútor ejus † spes ejus in Dómino Deo ipsíus: \* qui fecit cælum et terram, mare, et ómnia, quæ in eis sunt.

Qui custódit veritátem in sǽculum, † facit judícium injúriam patiéntibus: \* dat escam esuréntibus.

Deinde:

℣. A porta inféri.

℟. Erue, Dómine, ánimam ejus (ánimas eórum).

℣. Réquiescat (-ant) in pace.

℟. Amen.

℣. Dómine, exáudi oratióne meam.

℟. Et clamor meus ad te véniat.

℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

Dóminus solvit compeditos: \* Dóminus illúminat cæcos.

Dóminus érigit elíos, \* Dóminus díligit justos.

Dóminus custódit ávenas, † pupíllam et víduam suscípiet: \* et vias peccatórum dispérdet.

Regnábit Dóminus in sǽcula, Deus tuus, Sion, \* in generatióne et generatióne.

Réquiem ætérnam \* dona eis, Dómine.

Et lux perpétua\* lúceat eis.

Orémus.

Dicitur Oratio conveniens ex iis, quæ sequuntur; deinde ℣. Réquiem ætérnam cum reliquis, ut infra, pag. 133.

Officium Defunctorum: Ad Vespertas

In die dispositionis defuncti

Oratio

**A**bsolve, quæsumus, Dómine, ánimam fámuli tui N. (fámulæ tuæ N.), ut defúnctus (-a) sǽculo tibi vivat: † et quæ per fragilitátem carnis humána conversatióne commísit \* tu vénia misericordíssime pietatis abstérgere. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum: † qui tecum vivit et regnat in unitáte Spiritus Sancti Deus, \* per ómnia sǽcula sǽculórum. Rx. Amen.

Vel alia Oratio

**D**eus, cui próprium est miseréri semper et párcere, te súpplices exorámus pro áнима fámuli tui N. (fámulæ tuæ N.), quam hódie de hoc sǽculo migráre jussísti: † ut non tradas eam in manus inimíci, neque obliviscáris in finem, sed júbeas eam a Sanctis Angelis súscipi, et ad pátriam paradísi perdúci: \* ut, quia in te sperávit et crédidit, non pœnas inférni sustíneat, sed gáudia ætérrna possídeat. Per Dóminum nostrum.

In die tertio, septimo et trigesimo depositionis defuncti.

Oratio.

**Q**uæsumus, Dómine, ut ánimá fámuli tui N. (fámulæ tuæ N.), cujus depositiónis diem tértium (vel séptimum, vel trigésimum) commemorámus, † Sanctórum atque electórum tuórum largíri dignérís consórtium; \* et rorem misericórdiæ tuæ perénnem infúndas. Per Dóminum.

In Anniversario

Oratio

**D**eus, indulgentiárum Dómine: † da ánimæ fámuli tui N. (fámulæ tuæ N. vel animábus famulórum famularúmque tuárum), cujus (quorum) anniversárium depositiónis diem commemorámus, \* refrigérii sedem, quiétis beatitúdinem, et lúminis claritátem. Per Dóminum.

Pro defuncto Summo Pontifice

Oratio

**D**eus, qui inter summos sacerdótes fámulum tuum N. ineffábili tua depositióne connumerári voluísti: † præsta, quæsumus; ut, qui unigéniti Filii tui vices in terris gerébat, \* sanctórum tuórum pontíficum consórtio perpétuo aggregétur. Per eúmdem Dóminum.

Pro defuncto Episcopo

Oratio

**D**eus, qui inter apostólicos sacerdótes fámulum tuum N. (fámulos tuos N. et N.) pontificáli fecísti dignitáte vigére: † præsta, quæsumus; \* ut eórum quoque perpetuo aggregé (n) tur consórtio. Per Dóminum.

Pro Episcopo Cardinali, qui episcopali dignitate auctus fuerit: fámulum tuum N. Episcopum Cardinálem pontificáli fecísti dignitáte.

Pro Presbytero Cardinali, qui espicopali dignitate auctus fuerit: fámulum tuum N. Presbýterum Cardinálem pontificáli fecísti dignitáte.

Pro Presbytero Cardinali, qui espicopali dignitate auctus non fuerit: fámulum tuum N. Presbýterum Cardinálem sacerdotáli fecísti dignitáte.

Pro Diacono Cardinali, qui fuerit Sacerdos: fámulum tuum N. Diáconem Cardinálem sacerdotáli fecísti dignitáte.

## Titulus VI—Caput 4

Pro Diacono autem Cardinali, qui in ordine Presbyteratus non fuerit constitutus, dicatur Oratio Inclína, Dómine, quæ habetur paulo infra, hoc modo: ut ánimam fámuli tui N. Diáconi Cardinális, quam de hoc sǽculo, etc.

Pro defuncto Sacerdote

Oratio

**D**eus, qui inter apostólicos sacerdótes fámulum tuum N. (fámulos tuos N. et N.) sacerdotáli fecísti dignitáte vigére: † præsta, quæsumus; \* ut eórum quoque perpétuo aggregé(n)tur consórtio. Per Dóminum.

Item alia Oratio

**P**ræsta, quæsumus, Dómine: † ut áima fámuli tui N. Sacerdótis, quem, in hoc sǽculo commorántem sacris munéribus decorásti, \* in cælesti sede gloriósa semper exsúltet. Per Dóminum.

Pro uno Defuncto

Oratio

**I**nclína, Dómine, aurem tuam ad preces nostras, quibus misericórdiam tuam súpplices deprecámur: † ut ánimam fámuli tui N., quem de hoc sǽculo migrare jussísti, in pacis ac lucis régione constítuas, \* et Sanctórum tuórum júbeas esse consórtem. Per Dóminum.

Per una Defuncta

Oratio

**Q**uæsumus, Dómine, pro tua pietáte miserére ánimæ fámulæ tuæ N.: † et a contágis mortalitátis exútam, \* in ætérnæ salvatiónis partem restítue. Per Dóminum.

Pro defunctis fratribus, propinquis et benefactoribus

Oratio

**D**eus, veniæ largítor et humánæ salútis amátor: † quæsumus cleméntiam tuam; ut nostræ congregatiónis fratres, propínquos et benefactóres, qui ex hoc sǽculo transiérunt, \* beáta María semper Vírgine intercedénte cum ómnibus Sanctis tuis, ad perpétuæ beatitúdinis consórtium pervenire concédas. Per Dóminum.

Pro patre et matre

Oratio

**D**eus, qui nos patrem et matrem honoráre præcepísti: † miserére cleménter animábus patris et matris meæ, eorūmque peccáta dimítte; \* meque eos in ætérnæ claritatis gáudio fac vidére. Per Dóminum.

Si Officium fit pro pluribus patribus et matribus, dicatur animábus paréntum nostrórum, et ubi dicatur meque, dicatur nosque.

Si pro patre tantum, dicatur ánimæ patris mei, vel nostri.

Si pro matre tantum, dicatur ánimæ matris meæ, vel nostræ.

In Officio pro defunctis in genere

Oratio

**D**eus, qui inter apostólicos sacerdótes fámulos tuos pontificáli seu sacerdotáli fecísti dignitáte vigére: † præsta, quæsumus; \* ut eórum quoque perpétuo aggregéntur consórtio.

**D**eus véniae larígtor et humánæ salútis amátor: † quásumus cleméntiam tuam; ut nostræ congregatiónis fratres, propínquos et benefactóres, qui ex hoc sáculo transiérunt, \* beáta María, \* semper Vírgine intercedénte cum ómnibus Sanctis tuis, ad perpétuæ beatitúdinis consórtium pervenire concédas.

**F**idélium, Deus, ómnium cónditor et redémptor, animábus famulórum famulaúmque tuárum remissióinem cunctórum tríbue peccatórum: † ut indulgéntiam, quam semper optavérunt, \* piis supplicatióibus consequántur. Qui vivis et regnas cum Deo Patre in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sácula sáculórum. **R** Amen.

Post Orationem dicitur (semper plurali numero):

**V.** Réquiem aetérnam dona eis, Dómine.

**R.** Et lux perpétua lúceat eis.



**V. Re·qui·é-scant in pa-ce. R. A·men.**


## AD MATUTINAM

Quoties Matutinum vel delationem cadaveris ad ecclesiam ac Responsorium Subveníte, vel Matutinum et Laudes diei currentis immediate non sequatur, dicitur secreto Pater noster, Ave, Maria et Credo; secus absolute incipitur ab Invitatorio, vel ab Antiphona Nocturni.

Sequens Invitatorium dicitur semper in Officio Defunctorum, quando persolvitur cum tribus Nocturnis, etiam sub rito semiduplici, aut cum unico quidem Nocturno, sed sub rito dupli. In reliquis vero casibus omittitur.

Nocturni enim inferius positi, præterquam in die Commemorationis Omnium Fidelium Defunctorum, omnes dici possunt vel etiam unus tantum, ita tamen, ut extra diem depositionis, in qua semper dicitur primus Nocturnus, Dominica Feria II et V dicatur primus, Feria III et VI secundus, et Feria IV et Sabbato tertius Nocturnus.

### Invitatorium



**Regem, cu-i ómni-a vivunt \* Vení-te, ad - orémus.**

**Chorus repetit:** Regem, cui ómnia vivunt\* veníte adorémus.

### Psalmus 94




**Ve-ní-te, ex-sultémus Dó-mi-no, ju-bi-lémus De-o,**




**sa-lu-tá-ri nos-tro: præ-occu-pémus fá-ci-em e-jus**




**in con-fes-si- ó-ne, et in psalmis ju-bi-lé-mus**




e - i. Re - gem.




Quó-ni - am De - us magnus Dó-mi - nus, et Rex




magnus super omnes de - os: quóni - am non re-péllet




Dómi - nus ple - bem su - am, qui - a in ma - nu e - jus




sunt omnes fi - nes terræ, et alti - tú - di - nes mónti - um




ip - se cón - spi - cit. \* Ve - ni - te.



Quó-ni - am ip - si - us est ma - re, et ipse fe - cit



il - lud, et á - ri - dam funda - vé - runt ma - nus e - jus:




ve-ni-te, ad-o-rému-s, et pro-ci-dámu-s ante De-um:



plo-rému-s co-ram Dómi-no, qui fe-cit nos: qui-a



ip-se est Dómi-nus, De-us nos-ter; nos autem




pópu-lus e-jus, et o-ves páscu-æ e-jus. Re-gem.




Hó-di-e, si vo-cem e-jus audi-é-ri-tis, no-li-te



obdu-rá-re corda vestra, sic-ut in ex-a-cer-ba-



ti-ó-ne se-cúndum di-em tenta-ti-ó-nis in de-sérto:



u-bi tenta-vé-runt me patres véstri, proba-vé-runt

Titulus VI—Caput 4

et vi-dé-runt ó-pe-ra me-a. \* Ve-ní-te.

Quadra-gínta annis próximus fu-i ge-nera-ti-óni

hu- ic, et di-xi: Sem-per hi errant corde; ipsi

ve-ro non cogno-vé-runt vi - as me - as, qui - bus

ju-rá-vi in i-ra me-a: Si in-tró - i-bunt in

ré-qui - em me - am. Re-gem.

Réqui - em æ-térmam do-na e - is, Dómi-ne: et lux

perpé-tu - a lú-ce - at e - is. \* Ve-ní-te. Re-gem.

**IN I NOCTURNO**

Pro Dominica, Feria II et V

**1 Antiphona**

VII c

Dí - ri - ge, \* Dó-mi-ne De - us me - us, in  
conspéc-tu tu - o vi - am me - am. Ps. Verba me - a  
áu-ri-bus pér-ci-pe, Dómi-ne. E u o u a e.

**Psalmus 5**

**V**erba mea áuribus percípe, Dómine, \*  
intéllige clamórem meam.  
Inténde voci oratiónis meæ, \* Rex meus et Deus  
meus.  
Quóniam ad te orábo: \* Dómine, mane exáudies  
vocem meam.  
Mane astábo tibi et vidébo: \* quóniam non Deus  
volens iniquitátem tu es.  
Neque habitábit juxta te malígnus: \* neque  
permanébunt injústi ante óculis tuos.  
Odísti omnes, qui operántur iniquitátem: \*  
perdes omnes, qui loquúntur mendácium.  
Virum sanguinem et dolósūm ábominábitur  
Dóminus: \* ego autem in multitúdine  
misericórdiæ tuæ.  
Intróibo in domum tuam: \* adorábo ad templum  
sanctum tuum in timóre tuo.

**Antiphona**

Di - ri - ge, Dómi-ne De - us me - us, in conspectu  
tu - o vi - am me - am.

## 2 Antiphona

VIII G

Convér-te-re, Dómi-ne, \*et é-ri-pe á-nimam  
me-am, quó-ni-am non est in mor-te qui memor  
sit tu-i. Ps. Dó-mi-ne, ne in fu-ró-re tu-o  
ár-gu-as me. Eu ou u a e.

## Psalmus 6

**D**ómine, ne in furóre tuo árguas me, \* neque in ira tua corrípias me.

Miseré mei Dómine quóniam infirmus sum: \* sana me Dómine quóniam conturbáta sunt ossa mea. Et ánima mea turbáta est valde: \* sed tu, Dómine, úisquequo?

Convértere Dómine éripe ánimam meam: \* salvum me fac propter misericódiam tuam. Quóniam non est in morte qui memor sit tui: \* in inférno autem quis confitébitur tibi. Laborávi in gémitu meo lavábo per síngulas noctes

lectum meum: \* in lácrimis meis stratum meum rigábo.

Turbátus est a furóre óculus meus: \* inveterávi inter omnes inimícios meos.

Discédite a me omnes qui operámini iniquitátem: \* quóniam exaudívit Dóminus vocem fletus mei. Exaudívit Dóminus deprecationem meam, \* Dóminus orationem meam suscépit.

Erubéscant et conturbéntur veheménter omnes inimíci mei: \* convertántur et erubéscant valde velóciter

Réquiem aétérnam.

## Antiphona

VIII G

Convér-te-re, Dómi-ne, \*et é-ri-pe á-nimam  
me-am, quó-ni-am non est in mor-te qui memor  
sit tu-i. Ps. Dó-mi-ne, ne in fu-ró-re tu-o  
ár-gu-as me. Eu ou u a e.

Antiphona

Convér - te - re, Dómi - ne, et é - ri - pe á - nimam me - am,  
quó - ni - am non est in mor - te qui memor sit tu - i.

3 Antiphona

VIII G

Nequando \* rá-pi - at ut le - o á-ni-mam  
me - am, dum non est qui réd-i-mat, neque qui  
salvum fá-ci - at. Ps. Dó - mi - ne, De - us me - us, in  
te spe-rá - vi. E u o u a e.

Psalmus 7

Dómine, Deus meus, in te sperávi: \* salvum me fac ex ómnibus persequéntibus me, et líbera me.

Nequando rápiat ut leo ánimam meam, \* dum non est qui rédimat, neque qui salvum fáciat:  
Dómine, Deus meus, si feci istud, \* si est iníquitas in móribus meis:

Si réddidi retribuéntibus mihi mala, \* décidam mérito ab inímícis meis inánis.

Persequátur inímicus ánimam meam, † et comprehéndat, et concúlcet in terra vitam meam, \* et glóriam meam in púlverem dedúcat.

Exsúrge, Dómine, in ira tua: \* et exaltáre in finibus inimicórum meórum.

Et exsúrge, Dómine, Deus meus, in præcépto quod mandásti: \* et synagóga populórum circúmdabit te.

Et propter hanc in altum regrédere: \* Dóminus júdicat pópulos.

Júdica me, Dómine, secúndum justíiam meam, \* et secúndum innocéntiam meam super me.

Consumétur nequítia peccatórum, et díriges justum, \* scrutans corda et renes, Deus.

Justum adjútórium meum a Dómino, \* qui salvos facit rectos corde.

## Titulus VI—Caput 4

Deus judex justus, fortis, et pátiens,: \* numquid iráscur per síngulos dies?  
Nisi convérsi fuératis, gládium suum vibrábit: \* arcum suum teténdit, et parávit illum.  
Et in eo parávit vasa mortis: \* saggítas suas ardéntibus effécit  
Ecce partúriit injustítiam: \* concépit dolórem, et péperit iniquitátem.

Lacum apéruit, et effódit eum: \* et íncidit in fóveam quam fecit.  
Convertétur dolor ejus in caput ejus: \* et in vérticem ipsíus iníquitas ejus descéndet.  
Confitébor Dómino secúndum justítiam ejus: \* et psallam nómini Dómini altíssimi.  
Réquiem ætérnam.

### **Antiphona**

The musical notation consists of four lines of square neumes on a four-line staff. The lyrics are written below each line of music. The first line reads "Nequando rá-pi-at ut le-o á-ni-mam me-am,". The second line reads "dum non est qui réd-imat, neque qui salvum fá-ci-at.". The third line starts with "y." followed by "A porta infe-ri.". The fourth line starts with "R." followed by "E-ru-e, Dó-mi-ne, á-ni-mas e-ó-rum."

Pater noster totum secreto.

Lectiones leguntur sine Absolutione, Benedictionibus et Titulo.

Lectio i

Job 7, 16-21

**P**arce mihi, Dómine: nihil enim sunt dies mei. Quid est homo, quia magníficas eum? aut quid appónis erga eum cor tuum? Vísitas eum dilúculo, et súbito probas illum. Usquequo non parcis mihi, ne dimittis me, ut glútiam salívam meam? Peccávi, quid fáciam tibi, o custos hóminum? Quare posuísti me contrárium tibi, et factus sum mihi metípsi gravis? Cur non tollis peccátum meum, et quare non aufers iniquitátem meam? Ecce nunc in púlvore dórmiam: et si mane me quæsíeris non subsístam.

Lectiones terminantur sine Tu autem, vel alia conclusione.

Officium Defunctorum: Ad Matutinum

Resp.  
VIII

Cre-do \* quod Red-émp-tor me - us  
vi - vit, et in no-vís - simo di - e  
de terra surrec-tú - rus sum: \* Et in car-ne  
me - a vi-dé - bo De - um Salva-  
tó - rem me - um. V. Quem vi-sú-rus  
sum e-go ip-se, et non á-li - us,  
et ó-cu-li me-i con - spec-tú-ri sunt. \*  
Et in car-ne.

**T**

ædet ánimam meam vitæ meæ, dimíttam advérsum me elóquium meum, loquar in amarítudine  
ánimæ meæ. Dicam Deo: Noli me condemnáre: índica mihi cur me ita júdices. Numquid bonum  
tibi vidétur, si calumniérис me et ópprimas me, opus mánuum tuárum, et consílium impiórum  
áduves? Numquid óculi cárnei tibi sunt: aut sicut videt homo, et tu vidébis? Numquid sicut dies  
hóminis dies tui et anni tui sicut humána sunt témpora, ut quæras iniquitátem meam, et peccátum  
meam scrutéris? Et scias quia nihil ímpium fécerim, cum sit nemo qui de manu tua possit erúere.

**Resp.** IV

Qui Lá - za-rum \* re-sus-ci-tás - ti

a mo-nu-mén - to fœ - ti - dum: \* Tu e - is,

Dó - mi - ne, do-na ré - qui - em et lo - cum

indul - génti - æ. v. Qui ventúrus es

ju-di-cá-re vi - vos et mórtu - os, et sæ-cu - lum

per ig - nem. \* Tu e - is.

**M**anus tuæ fecérunt me, et plasmavérunt me totum in circúitu: et sic repénte præcipitas me? Meménto, quæso, quod sicut lutum féceris me, et in púlverem redúces me. Nonne sicut lac mulsísti me, et sicut cáseum me coagulásti? Pelle et cárni bus vétisti me: óssibus et nervis compegísti me. Vitam et misericórdiam tribuísti mihi, et visitátio tua custodívít spíritum meum.

Resp VIII

Dómi - ne, \* quando vé-ne - ris ju - di-  
cá - re ter - ram, u-bi me abscón - dam  
a vul - tu i - ræ tu - æ? \* Qui - a  
pec - cá - vi ni - mis in vi-ta me - a.  
V. Commis-sa me - a pa-vés-co, et ante  
te e-ru-bés - co: dum vé-ne-ris ju-di-cá-re, no-li  
me con-demná - re. \* Qui - a.

Titulus VI—Caput 4

Y. Ré-qui - em      æ - té-r-nam do-na e - is,  
 Dó-mi - ne: et lux per-pé-tu - a lú - ce - at  
 e - is. \* Qui - a.

Postea ad Laudes, ut infra, pag 163, quando dicitur unum tantum Nocturnam.

Si vero Laudes omnino omittantur, post III Rseponsorium dicuntur Pater noster et Preces, ut infra ad Laudes, pag. 169.

**IN II NOCTURNO**  
**Pro Feria III et VI**

VIII G


In lo-co páscu - æ \* i-bi me collo-cá-vit.  
 Ps. Dómi-nus re-git me, et ni-hil mi-hi dé - e-rit.  
 Eu o u a e.

**Psalmus 22**

Dóminus regit me, et nihil mihi déerit: \* in loco pásquæ ibi me collocávit.  
 Super aquam refectionis educávit me: \* ániam meam convértilt.  
 Dedúxit me super sémitas justitiæ, \* propter nomen suum.  
 Nam, et si ambulávero in medio umbræ mortis, non timébo mala: quóniam tu mecum es.

Virga tua, et báculus tuus: \* ipsa me consoláta sunt.  
 Parásti in conspéctu meo mensam, \* advérsus eos, qui tríbulant me.  
 Impinguásti in óleo caput meum: \* et calix meos inébrians quam præclárus est!  
 Et misericórdia tua subsequétur me\* ómnibus diébus vitæ meæ:  
 Et ut inhábitem in domo Dómini, \* in longitúdinem diérum  
 Réquiem aetérnam.

**Antiphona**



**In loco pascuae ibi me collocavit.**

**2 Antiphona**

VIII G

Musical notation for the 2 Antiphona 'De-licta \* juventutis meae et ignorantiarum - tias meas ne memineris, Domine.' on four-line red staves. The staff begins with a 'G' clef.

**De-licta \* juventutis meae et ignorantiarum - tias meas ne memineris, Domine.**

**Ps. Ad te, Domine, levavi animam meam.**

Musical notation for the Psalmus 24 introit 'E u o u a e.' on four-line red staves.

**Psalmus 24**

**A**d te, Dómine, levávi ánimam meam: \*  
Deus meus, in te confido, non erubéscam.  
Neque irrídeant me inimíci mei: \* étenim  
univérsi, qui sústinent te, non confundéntur.  
Confundántur omnes; iníqua agéntes \*super  
vácuæ.  
Vias tuas, Dómine, demónstra mihi: \* et;  
sémitas tuas édoce me.  
Dírige me in veritaté tua et doce me: \* quia tu  
es, Deus salvátor meus, et te sustínui tota die.  
Reminíscere miseratiónum tuárum, Dómine, \*  
et misericordiárum tuárum quæ a sáculo sunt.


Delicta juventutis meae, \* et ignorántias meas  
ne memineris.  
Secúndum misericórdiam tuam meménto mei  
tu: \* propter bonitátem tuam, Dómine.  
Dulcis et rectus Dóminus: \* propter hoc legem  
dabit delinquéntibus in via.  
Díriget mansuétos in judício: \* docébit mites  
vias suas.  
Univérsæ viæ Dómini, misericórdia et véritas,  
\* requiréntibus testaméntum ejus et testimónia  
ejus  
Propter nomen tuum, Dómine, et propitiáberis  
peccáto meo: multum est enim.

### Titulus VI—Caput 4

Quis est homo qui timet Dóminum? \* legem státuit ei in via, quam elégit.  
 Anima ejus in bonis demorábitur: \* et semen ipsius hereditábit terram.  
 Firmaméntum est Dóminus timéntibus eum: \* et testaméntum ipsíus ut manifestétur illis.  
 Oculi mei semper ad Dóminum: \* quóniam ipse evéllet de láqueo pedes meos.  
 Résdice in me, et miseré mei: \* quia únicus et pauper sum ego.  
 Tribulatiónes cordis mei multiplicátæ sunt: \* de necessitáibus meis erue me.

Vide humilitátem meam, et labórem meum :\* et dimítte univérsa delicta mea.  
 Résdice inimícos meos quóniam multiplicáti sunt, \* et ódio iníquo odérunt me.  
 Custódi ániam meam, et érue me: \* non erubéscam quóniam sperávi in te.  
 Innocéntes et recti adhæserunt mihi: \* quia sustinui te.  
 Líbera Deus Israël, \* ex ómnibus tribulatióibus suis.  
 Réquiem ætérnam.


### **Antiphona**



**De - lícta ju - ven - tú - tis me - æ et ig - no - rán - ti - as**  
**me - as ne memi - ne - ris, Dómi - ne.**

### **3 Antiphona**

**IV E**



**Credo vi-dé-re \* bo-na Dó-mi-ni in ter-ra**  
**vi-vénti - um. Ps. Dómi-nus il-lumi-ná- ti - o me - a, \***  
**et sa-lus me - a: quem ti-mé-bo? E u o u a e.**

### **Psalmus 26**

**D**óminus illuminatio mea, et salus mea, \* quem timébo?  
 Dóminus protéctor vitæ meæ, \* a quo trepidabo?

Dum apprópiant super me nocéntes, \* ut edant carnes meas:  
 Qui tríbulant me et inimíci mei,\* ipsi infirmáti sunt, et cecidérunt.  
 Si consístant advérsum me castra: \* non timébit cor meum.

### Officium Defunctorum: Ad Matutinum

Si exsúrgat adversum me prælium,\* in hoc ego sperábo.

Unam pétii a Dómino, hanc requíram,\* ut inhábitem in domo Dómini ómnibus diebus vitæ meæ:

Ut vídeam voluntátem Dómini,\* et vísitem templum ejus.

Quóniam abscóndit me in tabernáculo suo: \* in die malórum protéxit me in abscóndito tabernáculi sui

In petra exaltávit me: \* et nunc exaltávit caput meum super inimícos meos.

Circuívi, et immolávi in tabernáculo ejus hóstiam vociferatiónis: \* cantábo et psalmum dicam Dómino.

Exáudi, Dómine, vocem meam, qua clamávi ad te: \* miserére mei, et exáudi me.

Tibi dixit cor meum, exquisívit te fácies mea: \* fáciem tuam Dómine, requíram.

Ne avértas fáciem tuam a me: \* ne declínes in ira a servo tuo.

Adjútor meus esto : \* ne derelíngas me, neque dispícias me, Deus salutáris meus.

Quóniam pater meus, et mater mea dereliquerunt me: \* Dóminus autem assúmpsit me.


Legem pone mihi, Dómine, in via tua: \* et dírige me in sémitam rectam propter inimícos meos.

Ne tradíderis me in ánimas tribulántium me: \* quóniam insurrexérunt in me testes iniqui, \* et mentita est iniquitas sibi.


Credo vidére bona Dómini\* in terra vivéntium. Expecta Dóminum, viríliter age: \* et confortétur cor tuum, et sústine Dóminum.

Réquiem ætérnam.


### **Antiphona**



**Credo vi-dé-re bo-na Dómi-ni in terra vi-vénti - um.**



**¶. Cóllo-cet e-os Dómi-nus cum prin-ci-pi-bus.**



**R. Cum prin-ci-pi-bus pópu-li su-i.**

### **Pater noster totum secreto**

Lectio iv

Job 13, 22-28

**R**espónde mihi: quantas hábeo iniquitátes et peccáta, scléra mea et delícta osténde mihi. Cur fáciem tuam abscóndis, et arbitráris me inimícum tuum? Contra fólium, quod vento rápitur, osténdis poténtiam tuam, et stípulam siccam perséqueris. Scribis enim contra me amarítudines, et consúmere me vis peccátis adolescénťiae meæ. Posuísti in nervo pedem meum, et observásti omnes sémitas meas, et vestígia pedum meórum considerásti: qui quasi putrédo consuméndus sum, et quasi vestiméntum, quod coméditur a tinea.

Resp.  
II

Meménto me - i, \* De - us, qui - a ven - tus  
est vi - ta me - a: \* Nec aspi - ci - at  
me vi - sus hómi - nis. ¶. De pro-fún - dis  
cla - má - vi ad te, Dó - mi - ne: Dó - mi - ne,  
ex - áu - di vo - cem me - am. \* Nec.

Lectio V

Job 14, 1-6

**H**omo, natus de muliere, brevi vivens témpore, replétur multis misériis. Qui quasi flos egréditur et contéritur, et fugit velut umbra, et numquam in eódem statu pémanet. Et dignum ducis super hujuscémodi aperíre óculos tuos, et addúcere eum tecum in judícium? Quis potest fácerē mundum

Officium Defunctorum: Ad Matutinum


de immundo concéptum sémine? Nonne tu, qui soluus es? Breves dies hóminis sunt, númerus ménsum ejus apud te est: constituísti térmilos ejus, qui præteríri non potérunt. Recéde páululum ab eo, ut quiéscat, donec optáta véniat, sicut mercenárii, dies ejus.


**Resp.**

**II**


He - i mi - hi! \* Dó - mi - ne, qui - a  
pec - cá - vi ni - mis in vi - ta me - a:  
quid fá - ci - am mi - ser? u - bi fú - gi - am,  
ni - si ad te, De - us me - us? \* Mi - se - ré - re  
me - - i, dum vé - ne - ris in no - ví -  
simo di - e. V. A - nima me - a turbá - ta  
est val - de, sed tu, Dómi - nc, suc - curre  
e - i. \* Mi - se - ré - re.

**Q**uis mihi hoc tribuat, ut in inférno prótegas me, et abscóndas me, donec pertránseat furor tuus, et constítuas mihi tempus in quo recordérис mei? Putásne mórtuus homo rursum vivat? Cunctis diébus quibus nunc mílito, exspécto donec véniat immutátio mea. Vocábis me, et ego respondébo tibi: óperi mánum tuárum pórriges déxteram. Tu quidem gressus meos dinumerásti, sed parce, peccátis meis.

**Resp.** 

VI 

Ne re-cor-dé - ris \* pec-cá-ta me - a,




Dó - mi - ne, \* Dum vé-ne - ris ju-di-cá-



re sæ - cu-lum per ig - nem.



V. Di - ri - ge, Dó-mi-ne De - us me - us,



in conspéctu tu - o vi - am me · am. \* Dum.

Officium Defunctorum: Ad Matutinum

The musical notation consists of three staves of square neumes on a four-line staff system. The lyrics are written below each staff.

V. Ré-qui - em æ - té - r - nam do - na e - is,  
Dó - mi - ne: et lux perpé - tu - a lú - ce - at  
e - is. \* Dum vé - ne - ris.

**IN III NOCTURNO**  
**Pro Feria IV et Sabbato**

Postea ad Laudes, ut infra, pag 163, quando dicitur unum tantum Nocturnum.

Si vero Laudes omnino omittantur, post ultimum Responsorium dicuntur Pater noster et Preces, ut infra ad Laudes, pag. 169

**Antiphona**


The musical notation consists of five staves of square neumes on a four-line staff system. The lyrics are written below each staff.

II D Complá - ce - at \* ti - bi, Dómi - ne, ut e - ri - pi - as  
me: ad adju - vándum me réspi - ce. Ps. Exspéc - tans  
exspectá - vi Dómi - num. Eu o u a e.

**Psalmus 39**

**E**xpectans expectávi Dóminum, \* et inténdit mihi.  
 Et exaudívit preces meas: \* et edúxit me de lacu misériæ et de luto fæcis.  
 Et státuit super petram pedes meos: \* et diréxit gressus meos.  
 Et immísit in os meum cápticum novum, \* carmen Deo nostro.  
 Vidébunt multi, et timébunt: \* et sperábunt in Dómino:  
 Beátus vir, cuius est nomen Dómini spes ejus: \* et non respéxit in vanitátes et insánias falsas.  
 Multa fecísti tu, Dómine Deus meus, mirabília tua: \* et cogitatióibus tuis non est qui símilis sit tibi.  
 Annuntiávi et locútus sum: \* multiplicáti sunt super númerum.  
 Sacrificium et oblatiōnem noluísti: \* aures autem perfecísti mihi.  
 Holocáustum et pro peccáto non postulásti: \* tunc dixi: Ecce vénio.  
 In cápite libri scriptum est de me ut fácerem voluntátem tuam: \* Deus meus, vólui, et legem tuam in médio cordis mei.  
 Annuntiávi justitiā tuam in ecclésia magna, \* ecce lábia mea non prohibébo Dómine, tu scisti.

**Antiphona**



**Complá-ce - at ti-bi, Dómi-ne, ut e-ri-pi - as me:**



**ad adju-vandum me ré-spi-ce.**

Justitiā tuam non abscóndi in corde meo: \* veritátem tuam et salutáre tuum dixi.  
 Non abscóndi misericórdiam tuam et veritátem tuam \* a concílio multo.  
 Tu autem, Dómine, ne longe fáciás miseratiónes tuas a me: \* misericórdia tua et véritas tua semper suscepérunt me.  
 Quóniam circumdedérunt me mala, quorum non est númerus: † comprehendérunt me iniquitátes meæ, \* et non pótui ut vidérem.  
 Multiplicáti sunt super capíllos cápitíis mei: \* et cor meum derelíquit me.  
 Compláceat tibi, Dómine, ut áruas me: \* Dómine, ad adjuvándum me réspice.  
 Confundántur et revereántur simul, qui quærunt ánimam meam, \* ut áuferant eam.  
 Convertántur retrórsum, et revereántur \* qui volunt mihi mala.  
 Ferant conféstim confusiōnem suam, \* qui dicunt mihi: Euge, euge.  
 Exáltent et læténtrur super te omnes quæréntes te: \* et dicant semper: Magnificétur Dóminus: qui díligunt salutáre tuum.  
 Ego autem mendicus sum et pauper: \* Dóminus sollícitus est mei.  
 Adjútor meus, et protéctor meus tu es: \* Deus meus, ne tardáveris.  
 Réquiem ætérnam.

**2 Antiphona**

II D

Sa-na, Dómi-ne, \* á-nimam me - am, qui - a  
peccá-vi ti-bi. Ps. Be - á-tus qui in-tél-le-git  
su-per e-génüm et páupe-rem. Eu o u a e.

**Psalmus 40**

**B**éatus qui intéllegit super egénüm, et páuperem:

\* in die mala liberábit eum Dóminus.

Dóminus consérvet eum, et vivificet eum,† et  
beátum fáciat eum in terra: \* et non tradat eum in  
ánimam inimicórum ejus.

Dóminus opem ferat illi super lectum dolóris ejus: \*  
univérsum stratum ejus versásti in infirmitáte ejus.

Ego dixi: Dómine, miserére mei: \* sana ánimam  
meam, quia peccávi tibi.

Inimíci mei dixérunt mala mihi: \* Quando moriétur,  
et períbit nomen ejus?

Et si ingrediebátur ut vidéret, vana loquebátur: \* cor  
ejus congregávit iniquitátem sibi.

Egrediebátur foras, \* et loquebátur in idípsum.  
Advérsum me susurrábant omnes inimíci mei: \*  
advérsum me cogitábant mala mihi.

Verbum iníquum constituérunt advérsum me: \*  
Numquid qui dormit non adjíciet ut resúrgat?  
Etenim homo pacis meæ, in quo sperávi: \* qui  
edébat panes meos, magnificávit super me  
supplantatióнем.

Tu autem, Dómine, miserére mei, et resúscita me: \*  
et retríbuam eis.

In hoc cognóvi quóniam voluísti me: \* quóniam  
non gaudébit inimícus meus super me.

Me autem propter innocéntiam suscepísti: \* et  
confirmásti me in conspéctu tuo in æténum.

Benedictus Dóminus, Deus Israël, a sáculo et  
usque in sáculum: \* fiat, fiat.

Réquiem æténam.

**Antiphona**

Sa-na, Dómi-ne, á-nimam me - am, qui - a pec-cá-vi  
ti-bi.

Titulus VI—Caput 4

**3 Antiphona**

**I D**

Si-ti-vit \* á-nima me - a ad De - um vi - vum:  
quando v-e-ni-am, et appa-re - bo ante fá-ci - em  
Dómi-ni? Ps. Quemádmo-dum de-si-de-rat cer-vus  
ad fon-tes aquá-rum. E u o u a e.

**Psalmus 41**


**Q**uemádmodum desíderat cervus ad fontes aquárum: \* ita desíderat ánima mea ad te, Deus. Sitívit ánima mea ad Deum fortem; vivum: \* quando véniam, et apparébo ante fáciem Dei? Fuérunt mihi lácrimæ meæ panes die ac nocte: \* dum dícitur mihi quotídie: \* Ubi est Deus tuus? Hæc recordátus sum, et effúdi in me ániam meam: \* quóniam transíbo in locum tabernáculi admirábilis, usque ad domum Dei. In voce exultatiónis, et confessiónis: \* sonus epulántis. Quare tristis es, ánima mea? et quare contúrbas me? Spera in Deo, quóniam confitébor illi\* salutáre vultus mei, et Deus meus. Ad meípsum ánima mea contúrbata est: \* proptérea memor ero tui de terra Jordánis, et Hermóniim a monte módico.

Abýssus abýssum ínvocat,\* in voce cataractárum tuárum. Omnia excélsa tua, et fluctus tui \* super me transíerunt. In die mandávit Dóminus misericórdiam suam: \* et nocte cánticum ejus. Apud me oráto Deo vitæ meæ, \* dicam Deo: Suscéptor meus es . Quare oblítus es mei ? \* et quare contrastátus incédo, dum afflígit me inimícus? Dum confringúntur ossa mea, \* reprobravérunt mihi qui tríbulant me inimíci mei. Dum dicunt mihi per síngulos dies: \* Ubi est Deus tuus? \* quare tristis es, ánima mea? et quare contúrbas me. Spera in Deo, quóniam adhuc; confitébor illi: \* salutáre vultus mei, et Deus meus. Réquiem ætérnam.


**Antiphona**

Si-ti-vit á-nima me - a ad De - um vi - vum: quando


Officium Defunctorum: Ad Matutinum



Dó-mi - ni?



R. Et á-nimas páupe-rum tu - ó-rum ne ob-li-vis-cá - ris





Pater Noster totum secreto.

Lectio vii

Job 17, 1-3; 11-15

**S**píritus meus attenuábitur, dies mei breviabúntur, et solum mihi súperest sepúlchrum. Non peccávi, et in amaritudínibus morátur óculus meus. Líbera me, Dómine, et pone me juxta te, et cujúsvis manus pugnet contra me. Dies mei transiérunt, cogitáções meæ dissipátæ sunt, torquéntes cor meum. Noctem vertérunt in diem, et rursum post ténebras spero lucem. Si sustinúero, inférnus domus mea est, et in ténebris stravi lécitulum meum. Putréndini dixi: Pater meus es; mater mea, et soror mea, vérmbus. Ubi est ergo nunc præstolátio mea, et patiéntiam meam quis consíderat?



Titulus VI—Caput 4

Qui-a in in-fér - no nulla est red-émpti - o,  
mi-se-ré-re me - i, De-us, et sal - va me.  
¶  
¶ V. De-us, in nómi-ne tu - o sal - vum me fac,  
et in vir-tú-te tu - a lí-be-ra me. \* Qui-a.

Lectio viii

Job 19, 20-27

**P**elli meæ, consúmptis cárnibus, adhæsit os meum, et derelicta sunt tantúmmodo lábia circa dentes meos. Miserémini mei, miserémini mei, saltem vos, amíci mei, quia manus Dómini tétigit me. Quare persequímini me sicut Deus, et cárnibus meis saturámini? Quis mihi tribuat ut scribántur sermónes mei? quis mihi det ut exaréntur in libro stylo férreo et plumbi lámina vel celte sculpántur in sílice? Scio enim quod Redémptor meus vivit, et in novíssimo die de terra surrectúrus sum: et rursum circúmdabor pelle mea, et in carne mea vidébo Deum meum. Quem visúrus sum ego ipse, et óculi mei conspectúri sunt, et non álius: repósita est hæc spes mea in sinu meo.

**Resp.** **VIII**

Dó-mi-ne, \* secúndum actum me - um  
no-li me ju - di - cá - re: ni - hil dig-num

Officium Defunctorum: Ad Matutinum

in conspéc-tu-tu - o e - gi: id - e - o  
dé - pre - cor ma - jes-tá-tem tu - am, \*  
Ut tu, De-us, dé-le - as in-iqui-tá -  
tem me - am. ¶ Ampli - us la-va  
me, Dó-mi-ne, ab in-jus-tí - ti - a me - a, et a  
de-líc-to me - o munda me. \* Ut tu.

Lectio ix

Job10, 18-22

**Q**uare de vulva eduxísti me? qui útinam consúmptus essem, ne óculus me vidéret! Fuísem quasi qui non essem, de útero translátus ad túmulum. Numquid non páucitas diérum meórum finiéatur brevi? Dimítte ergo me, ut plangam páululum dolórem meum: ántequam vadam, et non revértar, ad terram tenebrósam et opértam mortis caligine: terram misériæ et tenebrárum, ubi umbra mortis, et nullus ordo, et sempitérnus horror inhábitat.

Sequens Responsorium tunc ponitur, quando dictus fuerit tertius Nocturnus tantum pro Defunctis.

Resp. I

Li-be-ra me, \* Dó-mi-ne, de vi · is  
in-fér-ni, qui por-tas á-re - as  
confré-gís - ti: et vi-si-tás - ti in-fér-  
num, et de-dis-ti e-is lu - men, ut


Officium Defunctorum: Ad Matutinum




vi-dé-rent te: \* Qui e - rant in pœ - nis



tenebrá - - - - rum. y. Clamántes



et di - cén-tes: Adve - nís - ti, Red-émptor nos -



ter. \* Qui e - rant. y. Ré-qui - em æ-tér-nam



dona e - is, Dó-mi-ne: et lux perpé - tu - a lú-ce - at



e - is. \* Qui e - rant.

Titulus VI—Caput 4

Sequens Responsorium ponitur loco praecedentis, quando tres Nocturni dicti fuerint pro Defunctis.

I  
Li-be-ra me, Dó - mi-ne, \* de morte æ-tér - na,  
in di - e il-la tre-mén - da: \* Quando cæ - li  
mo - véndi sunt et ter-ra: † Dum ve -  
ne - ris ju-di - cá - re sáe - cu-lum per  
ig - nem. y. Tremens factus sum ego, et tí - me - o,  
dum discússi - o vé-ne - rit, at - que ventú - ra i - ra.\*  
Quando cæ - li mo - vén-di sunt et ter-ra.  
y. Di-es il-la, di - es i-ræ, ca - la - mi - tá - tis et  
mi-sé - ri - æ, di - es magna et a - má - ra val - de.

Officium Defunctorum: Ad Laudes

† Dum vénēris iudicare  
sæculum per ignem. **V.** Réquiem aeternam dona eis, Dómine: et lux perpetua lúceat eis.

Repetitur Líbera me, Dómine, usque ad **V.** Tremens factus sum ego **exclusive**.

Deinde, si Laudes omnino omittantur, post ultimum Responsorium dicuntur Pater noster et Preces, ut infra ad Laudes, pag. 169

Si vero Matutinum, cum unico vel tribus Nocturnis, a Laudibus separetur, post ultimum Responsorium subjungiter:

**V.** Dóminus vobíscum. **R.** Et cum spíritu tuo.

Deinde dicitur Oratio (seu dicuntur Orationes) ut supra in Vesperis, pag. 132, additis sequentibus:

**V.** Réquiem aeternam dona eis, Dómine.

**R.** Et lux perpetua lúceat eis.


**V.** Requiéscat in pace. **R.** Amen.

## AD LAUDES

Quoties Laudes a Matutino separantur, dicitur secreto Pater noster et Ave, María; secus absolute incipitur a sequenti.

### 1 Antiphona

I f Exultabunt Dómino \* ossa humiliata.



**Ps. Mi-se-ré-re me-i, De-us, Eu-o-u-a-e.**

**Psalmus 50**

**M**iserére mei, Deus \* secúndum magnam misericordiam tuam.

Et secúndum multitúdinem miseratiónum tuárum,\* dele iniquitátem meam.

Amplius lava me ad iniquitáte mea: \* et a peccáto meo munda me.

Quóniam iniquitátem mea ego cognósco: \* et peccátum meum contra me est semper.

Tibi soli peccávi, et malum coram te feci: \*ut justificérис in sermónibus tuis, et vincas cum judicárис.

Ecce enim in iniquitáibus concéptus sum: \*et in peccátis concépit me mater mea.

Ecce enim veritátem dilexísti: \* incépta et occulta sapiéntiæ tuae manifestásti mihi.

Aspérges me hyssópo, et mundábor: \* lavábis me, et super nivem dealbábor.

Audítui meo dabis gádium et lètítiam: \* et exsultábunt ossa humiliáta.

Avérte fáciem tuam a peccátis meis: \* et omnes iniquitátes meas dele.

Cor mundum crea in me, Deus: \*et spíritum rectum ínnova in viscéribus meis.

Avérte fáciem tuam a peccátis meis: \* et omnes iniquitátes meas dele.

Cor mundum crea in me, Deus: \*et spíritum rectum ínnova in viscéribus meis.

Ne projícias me a fácie tua: \*et spíritum sanctum tuum ne áuferas a me.

Redde mihi lètítiam salutáris tui: \*et spíritu principali confírma me.

Docébo iníquos vias tuas: \* et ímpii ad te converténtur.

Líbera me de sanguínibus, Deus, Deus salútis meæ: \* et exsultábit lingua mea justítiam tuam.

Dómine, lábia mea apéries: \*et os meum annuntiábit laudem tuam.

Quóniam si voluísse sacrificium, dedísem útique: \* holocáustis non delectáberis.


Sacrificium Deo spíritus contribulátus: \* cor contrítum, et humiliátum, Deus, non despíces.

Benígne fac, Dómine, in bona voluntáte tua Sion: \* ut aedificéntur muri Jerúsalem.

Tunc acceptábis sacrificium justitiæ, oblationes, et holocáusta: \*tunc impónent super altáre tuum vítulos.

Réqueim aetérnam.

**Antiphona**



**Ex-sultábunt Dó-mi-no os-sa hu-mi-li-á-ta.**

**2 Antiphona**

VIII G

**Exáudi, Dómi-ne, \*o-ra-ti-ó-nem me-am:**

**ad te omnis ca-ro vé-ni - et. Ps. Te de-cet**

**hymnus, De-us, in Si-on. Eu o u a e.**

**Psalmus 64**

**T**e decet hymnus Deus, in Sion: \* et tibi reddétur votum in Jerúsalem.

Exáudi oratióne meam: \* ad te omnis caro véniet.

Verba iniquórum prævaluérunt super nos: \* et impietáibus nostris tu propitiáberis.

Beátus, quem elegísti, et assumpsísti: \* inhabitábit in átriis tuis.

Replébimur in bonis domus tuæ: \* sanctum est templum tuum, mirábile in æquitáte.

Exáudi nos, Deus salutáris noster, \* spes ómnium finium terræ et in mari longe.

Préparans montes in virtúte tua, accíngens poténtia: \* qui contúrbas profundum maris, sonum flúctuum ejus.

**Antiphona**

Turbabúntur Gentes, et timébunt qui inhábitant términos a signis tuis: \* éxitus matutíni et véspera delectábis.

Visitásti terram, et inebriásti eam: \* multiplicásti locupletáre eam.

Flumen Dei replétum est aquis, † parásti cibum illórum: \* quóniam ita est præparatio ejus.

Rivos ejus inébria, multíplica genímina ejus: \* in stillicídii ejus lætábitur gérminans.

Benedíces corónae anni benignitátis tuæ: \* et campi tui replebúntur ubertáte.

Pinguéscens speciosa desérti: \* et exultatióne colles accingéntur.

Indúti sunt ariétes óvium, † et valles abundábunt fruménto: \* clamábunt, étenim hymnum dicent.

Réquiem ætérnam.

**Ex-áudi, Dó-mi-ne, o-ra-ti-ó-nem me-am: ad**

**te om-nis ca - ro vé-ni-et.**

Titulus VI—Caput 4

**Antiphona**

**VII c**

**Me sus-cé - pit \* déx-te-ra tu-a, Dó-mi-ne.**

**Ps. De - us, De - us me - us. E u o u a e.**

**Psalmus 62**

**D**eus, Deus, meus,\* ad te de luce vigo.

Sitivit in te áнима mea,\* quam multiplíciter tibi caro mea.

In terra desérta, et ívia, et inaquósa: † sic in sancto appárui tibi,\* ut vidérem virtútem tuam, et glóriam tuam.

Quóniam mélior est misericórdia tua super vitas: \* lábia mea laudábunt te.

Sic benedícam te in vita mea: \* et in nómine tuo levábo manus meas.

Sicut ádipe et pinguédine repleátur áнима mea: \* et lábiis exultatiónis laudábit os meum.

Si memor fui tui super stratum meum,† in matutínis meditáoor in te: \* quia fuísti adjútor meus.


Et in velaménto alárum tuárum exultábo, † adhésit áнима mea post te: \* me suscépit déxtera tua.

Ipsi vero in vanum quæsiérunt ánimam meam, † introíbunt in inferiória terræ: \* tradéntur in manus gládii, partes vúlpium erunt.

Rex vero lætábitur in Deo, † laudabúntur omnis qui jurant in eo: \* quia obstrúctum est os loquéntium iniqua.

Réquiem ætérnam.

**Antiphona**




**Me sus-cé - pit déx-te-ra tu-a, Dó-mi-ne.**


**4 Antiphona**

**II D**

**A por-ta in-fe-ri \* é - ru - e, Dó-mi-ne,**



**á-ni-mam me - am. Cant. Ego di-xi: In di-mí-di - o**



**di - é-rum me - ó-rum. E u o u a e.**

Officium Defunctorum: Ad Laudes

**Canticum Ezechiae**

Isai. 38, 10-20

**E**go dixi: in dimidio diérum meórum: \* vadam ad portas ínferi.

Quæsivi resíduum annórum meórum. \* Díxi: non vidébo Dóminum Deum in terra vivéntium. Non aspíciam hóminem ultra, \* et habitatórem quiétis.

Generátiō mea abláta est, et convolúta est a me, \* quasi tabernáculum pastórum.

Præcísā est velut a texénte, vita mea: † dum adhuc ordírer, succídit me: \* de mane usque ad vésperam finies me.

Sperábam usque ad mane, \* quasi leo sic contrívit ómnia ossa mea:

De mane usque ad vésperam finies me: † sicut pullus hirúndinis sic clamábo, \* meditábor ut colúmba:

Attenúati sunt óculi mei, \* suspiciéntes in excélsum:

Dómine vim pátior, respónde pro me.\* Quid dicam aut quid respondébit mihi, cum ipse fecerit?

Recogitábo tibi omnes annos meos \* in amarítudine ánimæ meæ.

Dómine sic vívitur, et in tálibus vita spíritus mei, † corrípies me, et vivificábis me. \* Ecce in pace amarítudo mea amaríssima.

Tu autem eruísti ánimam meam ut non períret: projecísti post tergum tuum ómnia peccáta mea.

Quia non inférnus confitébitur tibi, † neque mors laudábit te: \* non expectábunt qui descéndunt in lacum, veritátem tuam.

Vivens vivens ipse confitébitur tibi, sicut et ego hódie: \* pater filiis notam fáciet veritátem tuam.

Dómine salvum me fac, \* et psalmos nostros cantábimus cunctis diébus vitæ nostræ in domo Dómini.

Réquiem ætérnam.

**Antiphona**

The musical notation consists of two staves of square neumes on four-line red staves. The first staff begins with a fermata over the first note. The lyrics 'A porta infe-ri é-ru-e, Dó-mi-ne, á-ni-mam' are written below the notes. The second staff begins with a fermata over the first note, followed by a vertical bar line, and ends with a fermata over the last note.

**A porta infe-ri é-ru-e, Dó-mi-ne, á-ni-mam  
me-am.**

**5 Antiphona**


The musical notation consists of one staff of square neumes on a four-line red staff. The lyrics 'VII a' are written above the staff, and 'Om-nis spi - ri - tus \* lau-det Dó-mi - num.' are written below the notes.

**VII a**  
**Om-nis spi - ri - tus \* lau-det Dó-mi - num.**

Titulus VI—Caput 4



**Ps. Lau-dá-te Dó-mi-num in sanc-tis e-jus.**



**E u o u a e.**

**Psalmus 150**

**L**audáte Dóminum in sanctis ejus: laudáte eum in firmaménto virtútis ejus.

Laudáte eum in virtútibus ejus: laudáte eum secúndum multitúdinem magnitúdinis ejus.


Laudáte eum in sono tubæ: laudáte eum in psaltério et cíthara.

Laudáte eum in týmpano, et choro: laudáte eum in cordis, et órgano.


Laudáte eum in cýmbalis benesonántibus: † laudáte eum in cýmbalis jubilatiónis: omnis spíritus laudet Dóminum.

Réquiem aetérnam.  
Et lux perpétua.


**Antiphona**



**Om-nis spí - ri - tus laudet Dó-mi-num.**



**R. Audí - vi vo-cem de cæ-lo di-cén-tem mi - hi.**




**R. Be - á - ti mórtu - i qui in Dó-mi-no mo-ri - ún-tur.**

Officium Defunctorum: Ad Laudes

Ad Benedictus Antiphona

II D

Ego sum \* re-sur-réc-ti - o et vi - ta: qui  
 cre-dit in me, é - ti - am si mórtu - us fú - e - rit, vi - vet:  
 et om - nis qui vi - vit et cre - dit in me, non  
 mo - ri - é - tur in æ - té - r - um. Cant. Be - ne - dí - c - t - u - s  
 Dó - mi - nus De - us Is - ra - el. Eu o u a e.  
 Et e - ré - xit.



**Canticum Zachariae**

Luc. 1, 68-79

**B**enedictus **✚** Dóminus Deus Israel, \* quia visitávit, et fecit redemptiónem plebis suæ. Et eréxit cornu salútis nobis; \* in domo David púeri sui. Sicut locútus est per os sanctórum, \* qui a sáculo sunt, prophetárum ejus, Salútem ex inimícis nostris, \* et de manu ómnium qui odérunt nos. Ad faciéndam misericórdiam cum pátribus nostris; \* et memorári testaménti sui sancti. Jusjurándum quod jurávit ad Abraham patrem nostrum; \* datúrum se nobis,

Ut sine timóre de manu inimicórum nostrórum liberáti; \* serviámus illi, In sanctítate, et justítia coram ipso; \* ómnibus diébus nostris. Et tu, puer, Prophéta Altíssimi vocáberis; \* præíbis enim ante fáciem Dómini, paráre vias ejus. Ad dandam sciéntiam salútis plebi ejus; \* in remissióne peccatórum eórum. Per víscera misericórdiæ Dei nostri; \* in quibus visitávit nos óriens ex alto. Illumináre his, qui in tenébris et in umbra mortis sedent; \* ad dirigéndos pedes nostros in viam pacis. Réquiem ætérmam.

**Antiphona**

Ego sum resur-rec-ti-o et vi-ta: qui cre-dit  
in me, é-ti-am si mórtu-us fú-e-rit, vi-vet:  
et om-nis qui vi-vit et cre-dit in me, non  
mo-ri-é-tur in æ-tér-num.

Deinde flexis genibus:

Pater noster secreto usque ad

V. Et ne nos indúcas in tentatiónum.

R. Sed líbera nos a malo.

**Psalmus 129**

De pro-fún-dis cla-má-vi ad te, Dó-mi-ne: \*  
Dó-mi-ne, ex-áudi vo-cem me-am:

Fiant aures tuæ intendéntes, \* in vocem deprecatiónis meæ.

Si iniquitátes observáveris, Dómine: \* Dómine, quis sustinébit?

Quia apud te propitiatio est: \*et propter legem tuam sustínui te, Dómine.

Sustínuit ánima mea in verbo ejus: \* sperávit ánima mea in Dómino.

Deinde dicuntur Preces et Oratio sive Orationes Officio congruentes, ut supra in Vesperis, pag. 131

A custódia matutína usque ad noctem: \*speret Israël in Dómino.

Quia apud Dóminum misericórdia: \* et copiosa apud eum redémptio.

Et ipse rédimet Israël, \* ex ómnibus iniquitáribus ejus.

Réquiem ætérnam \* dona eis, Dómine.  
Et lux perpétua \* lúceat eis.

## Titulus VI—Caput 5

In exequiis vero defuncti, praesente corpore, dicuntur in fine Laudem Preces et Oratio ut supra, pag. 123.

### CAPUT 5

## DE EXSEQUIIS ABSENTE DEFUNCTI COR- PORE, SIVE IN DIE TERTIO, SEPTIMO, TRIGESIMO ET ANNIVERSARIO, SIVE IN ALIO DIE

1. Si faciendæ sint Exsequiæ absente corpore defuncti, in ecclesia dicitur pro temporis opportunitate Officium Defunctorum, cum uno vel tribus Nocturnis et Laudibus, aut etiam sine Laudibus. Deinde celebratur Missa solemnis de Requie, si juxta ribricas Missalis permittatur.

Post Missam, Celebrans deponit planetam et manipulum in piano ad cornu Epistolæ, accipit pluviale nigri coloris, et, præcedentibus duobus acolythis, uno cum navicula incensi et thuribulo, altero cum vasculo aquæ benedictæ et aspersorio, post eos Subdiacono cum Cruce, et duobus ceroferariis cum luminaribus accensis, et Clero, accedit cum Diacono a sinistris ad locum tumuli. Subdiaconus cum Cruce sistit se ad pedes tumuli seu lectiæ mortuorum contra Altare, medius interdictos acolythos tenentes luminaria; Celebrans vero ex alia parte in capite loci inter Altare et tumulum, aliquantulum versus cornu Epistolæ, ita ut Crucem Subdiaconi respiciat: a sinistris ejus Diaconus, et prope eum alii duo acolythi deferentes thuribulum et vas aquæ benedictæ, Tunc, omissa Oratione Non intres, etc., a Clero circumstante cantatur **V.** Líbera me, Dómine, etc., ut supra, pag. 118. Interim ministratur Incensum, beneaicitur, et imponitur in thuribulum.

2. Postea dicatur: Kýrie, eléison. Christe, eléison. Kýrie, eléison.

Mox Sacerdos dicit: Pater noster. **quod dum secreto continuatur accipit aspersorium, et circuit tumulum aspergens, atque incensans eodem modo, ut supra dictum est.**

Postea dicit.

**V.** Et ne nos indúcas in tentatióne.

**R.** Sed líbera nos a malo.

**V.** A porta inferi.

**R.** Erue, Dómine, ánimam ejus (*ánimas eórum*).

**V.** Requiéscat (-ant) in pace.

**R.** Amen.

**V.** Dómine, exáudi oratióne meam.

**R.** Et clamor meus ad te véniat.

**V.** Dóminus vobíscum. **R.** Et cum spíritu tuo.

#### Pro uno vel una

Orémus.

Oratio

#### Pro pluribus

Oratio

**A**bsólve, quásumus, Dómine, ánimam fámuli tui **N.** (*fámulæ tuæ N.*) ab omni vínculo delictórum: ut, in resurrecti glória, inter

**A**bsólve, quásumus, Dómine, ánimas famulórum tuórum (*famularam tuáram*) **N.** et **N.** (*vel* famulórum famularúmque tuárum) ab

### De exequiis absente defuncti corpore

Sanctos et electos tuos resuscitatus (-a) respiret.  
Per Christum Dominum nostrum.

R<sup>g</sup>. Amen.

omni vínculo delictorum: ut, in resurrectionis glória, inter Sanctos et electos tuos resuscitati (-ae) respirent. Per Christum Dominum nostrum. R<sup>g</sup>. Amen.

Si defunctus fuerit Sacerdos vel Episcopus, in Oratione exprimitur nomen dignitatis. Loco praecedentis Orationis, Celebrans dicere potest Orationem, quae dicta est in Missa, vel aliam convenientem, ut in Missali vel et supra, pag. 131, adhibita tamen conclusione brevi.

Deinde Celebrans, faciens crucem manu dextera super tumulum, dicit:

V. Réquiem aeternam dona ei (eis), Domine.

R<sup>g</sup>. Et lux perpetua luceat ei (eis).

V. Requiescat (-ant) in pace. R<sup>g</sup>. Amen.

V. Anima ejus (Animæ eorum) et animæ omnium fidelium defunctorum per misericordiam Dei requiescant in pace. R<sup>g</sup>. Amen.

3. Deinde cum in sacristiam, praecedente Cruce, revertuntur, Celebrans inchoat sine cantu Antiphonam si iniquitates et cum Clero recitat Psalmum De profundis; postea ab omnibus repetitur Antiphona Si iniquitates, et in sacristia dicuntur; Preces, ut supra, pag. 124.

Quod si Absolutio facta fuerit pro omnibus fidelibus defunctis. Versus Animæ eorum, Antiphona si iniquitates et Psalmus cum Precibus non dicuntur.

4. Prædictus autem ritus servatur pro defunctis adultis, tam Clericis quam laicis, quando Exsequiae fiunt absente defunct corpora, sive in die tertio, septimo, trigesimo et anniversarii ab obitu vel depositione defuncti, sive in alio die.

## Titulus VI—Caput 6 et 7

### CAPUT 6

#### DE EXSEQUIIS PARVULORUM

1. In primis current Parochi, ut, juxta vetustam et laudabilem ecclesiarum consuetudinem, parvulorum corpuscula non sepeliantur in communibus et promiscuis cœmeterium sepulturis; sed pro illis in parœcialibus cœmeteriis, quatenus commode fieri potest, speciales et separatos ab aliis loculos et sepulturas habeant, in quibus non sepeliantur nisi infantes vel pueri, qui ante usum rationis obierint et baptizati fuerint.

2. In funere parvulorum campanæ, si pulsentur, non sono lugubri sed potius festivo pulsari debent.

### CAPUT 7

#### ORDO SEPELIENDI PARVULOS

1. Cum infans vel puer baptizatus defunctus fuerit ante usum rationis, indulta juxta aetatem, et imponitur ei corona de floribus, seu de herbis aromaticis et odoriferis, in signum integratatis carnis et virginitatis; Parochus autem, superpelliceo et stola alba indutus, et alii de Clero, si adsint, praecedente Cruce, quæ sine hasta defertur, accedunt ad domum defuncti, cum clero aspersorium deferente

Sacerdos aspergit corpus, deinde dicit:

##### Antiphona

II D

The musical notation consists of two staves of square neumes on four-line red staves. The first staff begins with a large square note, followed by several smaller ones. The second staff begins with a small square note, followed by several larger ones. Below the staves, the Latin text is written in black capital letters: "Sit no-men. Dó-mi - ni. Ps. Lau-dá - te," on the first staff, and "pú-e - ri, Dó-mi - num. E u o u a e." on the second staff.

##### Psalmus 112

**L**audáte, pueri, Dóminum, \* laudáte nomen Dómini.

Sit nomen Dómini benedictum, \* ex hoc nunc, et usque in sǽculum.

A solis ortu usque ad occásum, \* laudáibile nomen Dómini.

Excélsus super omnes Gentes Dóminus, \* et super cælos glória ejus.

Quis sicut Dóminus Deus noster, qui in altis hábitat,\* et humília réspicit in cælo et in terra? Súscitans a terra ínopem: \* et de stércore érigens páuperem;

Ut cóllocet eum cum princípibus, \* cum princípibus pópoli sui.

Qui habitáre facit stérilem in domo, \* matrem filiorum lætántem.

Glória Patri.

Ordo sepeliendi parvulos

**Antiphona.**

Sit no-men Dó-mi - ni be-ne-díc-tum, ex hoc nunc  
et usque in sáe-cu - lum.

2. Dum portatur corpus ad ecclesiam, dicatur Ps 118 Beati immaculati et, si tempus superest, dici potest Ps. 148 Laudáte Dóminum de cælis pag. 176 in fine autem utrisque Psalmi dicitur: Glória Patri, etc.

**Psalmus 118**

**B**éati immaculáti in via: \* qui ámbulant in lege Dómini.  
Beáti, qui scrutántur testimónia ejus: \* in toto corde exquirunt eum.  
Non enim qui operántur iniquitátem, \* in viis ejus ambulavérunt.  
Justificáções tuas custódiam: \* non me derelínquas usquequáque.  
In quo córrigit adolescéntior viam suam? \* in custodiéndo sermónes tuos.  
In toto corde meo exquisívi te: \* ne repéllas me a mandátis tuis.  
In corde meo abscóndi elóquia tua: \* ut non peccem tibi.  
Benedíctus es, Dómine: \* doce me justificáções tuas.

Cum pervenerint ad ecclesiam, dicatur:

Tu mandásti\* mandáta tua custodíri nimis.  
Utinam dirigántur viæ meæ, \* ad custodiéndas justificáções tuas!  
Tunc non confúndar, \* cum perspéxero in ómnibus mandátis tuis.  
Confitébor tibi in directióne cordis: \* in eo quod dídici judícia justítiae tuæ.  
In lábiis meis, \* pronuntiávi ómnia judícia oris tui.  
In via testimoniórum tuórum delectátus sum, \* sicut in ómnibus divitiis.  
In mandátis tuis exercébor: \* et considerábo vias tuas.  
In justificátionibus tuis meditábor: \* non oblíviscar sermónes tuos.  
Glória Patri.

**Antiphona**

VI F

Hic ac-ci-pi - et. Ps. Dó-mi - ni est ter-ra,  
Hæc et ple- ni - tú - do e - jus. E u o u a e:

**Psalmus 23**

**D**ómini est terra, et plenitúdo ejus; \* orbis terrárum, et univérsi, qui hábitant in eo.  
Quia ipse super mária fundávit eum: \* et super flúmina præparávit eum.  
Quis ascéndet in montem Dómini, \* aut quis stabit in loco sancto ejus?  
Innocens mánibus, et mundo corde, \* qui non accépit in vano ániam suam, nec jurávit in dolo próximo suo.

Hic accípiet benedictiónem a Dómino: \*et misericórdiam a Deo salutári suo.  
Hæc est generátio quæréntium eum, \* quæréntium fáciem Dei Jacob.  
Attóllite portas, príncipes, vestras, et elevámini portæ æternáles: \* et introíbit Rex glóriæ.  
Quis est iste Rex glóriæ ? \* Dóminus fortis, et potens; Dóminus potens in pœlio.  
Attóllite portas, príncipes, vestras, et elevámini portæ æternáles: \* et introíbit Rex glóriæ.  
Quis est iste Rex gloriæ? \* Dóminus virtútum, ipse est Rex gloriæ.  
Glória Patri.

**Antiphona**

Hic ac-ci-pi - et be-ne-dic-ti - ó-nem a Dó-mi-no,  
Hæc  
et mi-se-ri-cór-di - am a De-o sa - lu-tá - ri  
su - o: qui - a hæc est gene-rá-ti - ó quæ-rénti - um  
Dó-mi - num.

Postea Sacerdos dicit: Kýrie, éleison.

Chorus prosequitur: Christe,éleison. Kýrie, éleison. (ut supra pag. 125).

Sacerdos: Pater noster secreto.

Interim corpus aspergit.

℣. Et ne nos indúcas in tentaciónem.

℟. Sed líbera nos a malo.

℣. Me autem propter innocéntiam suscepísti.

℟. Et confirmásti me in conspéctu tuo in æténum.

Ordo sepeliendi parvulos

V. Dóminus vobíscum.

R. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Oratio

**O**mnípotens et mitíssime Deus, qui ómnibus párvulis renátis fonte baptísmatis, dum migrant a sáculo, sine ullis eórum méritis vitam ílico largíris ætéram, sicut ánimæ hujus párvuli (-læ) hódie crédimus te fecisse: fac nos, quásumus, Dómine, per intercessiónem beátae Maríæ semper Vírginis et ómnium Sanctórum tuórum, hic purificátis tibi méntibus famulári, et in paradósó cum beátis párvulis perénniter sociári. Per Christum Dóminum nostrum. R. Amen.

Dum portatur ad tumulum, vel in eodem loco, si tunc non portetur, dicitur:

**Antiphona**

IV E

Jú-ve-nes. Ps. Laudá-te Dó-mi-num de  
cæ-lis. E u o u a e.

**Psalmus 148**

**L**audáte Dóminum de cælis; \* laudáte eum in excélsis.

Laudáte eum, omnes Angeli ejus; \* laudáte eum, omnes virtútes ejus.

Laudáte eum, Sol et Luna; \* laudáte eum, omnes stellæ, et lumen.

Laudáte eum, cæli cælórum; \* et aquæ omnes, quæ super cælos sunt, laudent nomen Dómini.

Quia ipse dixit, et facta sunt: \* ipse mandávit, et creata sunt.

Statuit ea in ætérnum, et in sæculum sæculi: \* præcéptum posuit et non præteribit.

Laudáte Dóminum de terra: \* dracones, et omnes abyssi.

Ignis, grando, nix, glacies, spíritus procellárum, \* quas faciunt verbum ejus.

Montes, et omnes colles: \* ligna fructifera, et omnes cedri.

Bestias, et univérsa pecora: \* serpentes, et volucres pennatæ.

Reges terræ, et omnes pópuli, \* príncipes, et omnes judices terræ.

Juvenes, et vírgines, senes cum junióribus laudént nomen Dómini \*quia exaltátum est nomen ejus solius.

Confessio ejus super cælum et terram: \* et exaltávit cornu pópuli sui.

Hymnus omnibus sanctis ejus: \* filiis Israel, pôpulo appropinquánti sibi.

Glória Patri.

**Antiphona**

The musical notation consists of two staves of square neumes on four-line red staves. The first staff begins with a large black note on the top line. The second staff begins with a small black note on the bottom line.

**Jú-ve-nes et vír-gi-nes, senes cum ju-ni-ó-ri-bus**  
**laudent no-men Dó-mi-ni.**

Kýrie, éleison. Christe, éleison. Kýrie, éleison

Pater noster **secreto usque ad**

**V.** Et ne nos indúcas in tentaciónem.

**R.** Sed líbera nos a malo.

**V.** Sínite párvulos veníre ad me.

**R.** Tálium est enim regnum cælórum.

**V.** Dóminus vobíscum. **R.** Et cum spíritu tuo.

Orémus.

**Oratio**

**O**mnípotens sempiterne Deus, sanctæ puritatis amátor, qui ánimam hujus párvuli(-læ) ad cælórum regnum hódie misericórditer vocáre dignátus es: dignéris étiam, Dómine, ita nobíscum misericórditer ágere; ut méritis tuæ sanctíssimæ passiónis, et intercessióne beátæ Maríæ semper Vírginis et ómnium Sanctórum tuórum, in eódem regno nos cum ómnibus Sanctis et eléctis tuis semper fáciás congaudére: Qui vivis et regnas in sǽcula sæculorum. **R.** Amen.

3. Deinde Sacerdos corpus aspergat aqua benedicta, et thurifícket, similiter et tumulum: postea corpus sepeliatur.

4. Cum autem revertuntur a sepulcro in ecclesiam, vel accedunt ad Altare, dicatur:

**Antiphona**


**VII a**

**Be-ne-di-ci-te Dó-mi-num. Cant. Be-ne-di-**

Ordo sepeliendi parvulos



ci - te, óm - ni - a ó - pe - ra Dó - mi - ni, Dó - mi - no.



E u o u a e.

**Canticum Trium Puerorum**

(Dan. 3)

**B**enedícite, ómnia ópera Dómini, Dómino: \*  
laudáte, et superexaltáte eum in sácula.  
Benedícite, Angeli Dómini, Dómino: \*  
benedícite, cæli, Dómino.

Benedícite, aquæ omnes, quæ super cælos sunt,  
Dómino: \* benedícite, omnes virtutes Dómini,  
Dómino.

Benedícite, Sol et Luna, Dómino: \* benedícite,  
stellæ cæli, Dómino.

Benedícite, omnis imber et ros, Dómino: \*  
benedícite, omnes spíritus Dei, Dómino.

Benedícite, ignis et æstus, Dómino: \*  
benedícite, frigus et æstus, Dómino.

Benedícite, rores et pruína, Dómino: \*  
benedícite, gelu et frigus, Dómino.

Benedícite, gláicies et nives, Dómino: \*  
benedícite, noctes et dies, Dómino.

Benedícite, lux et ténebræ, Dómino:  
\* Benedícite, fúlgura et nubes, Dómino.

Benedícate terra Dóminum; \* laudet et  
superexaltet eum in sácula.

Benedícite, montes et colles, Dómino:  
\* benedícite, univérsa germinántia in terra,  
Dómino.

Benedícite, fontes, Dómino: \* benedícite,  
mária et flúmina, Dómino.

Benedícite, cete et ómni aquæ movéntur in  
aquis, Dómino: \* benedícite, omnes vólucres  
cæli, Dómino.

Benedícite, omnes béstiae et pécora, Dómino: \*  
benedícite, filii hóminum, Dómino.

Benedícate Israel Dóminum: \* laudet et  
superexaltet eum in sácula.

Benedícite, sacerdótes Dómini, Dómino: \*  
benedícite, servi Dómini, Dómino.

Benedícite, spíritus et ánimæ justórum,  
Dómino: \* benedícite, sancti et húmiles corde,  
Dómino.

Benedícite, Ananía, Azaría, Mísael, Dómino: \*  
laudáte et superexaltáte eum in sácula.

Benedicámus Patrem, et Fílium, cum Sancto  
Spíritu; \* laudémus et superexaltémus eum in  
sácula.

Benedictus es, Dómine, in firmaménto cæli; \*  
et laudábilis, et gloriósus, et superexaltátus in  
sácula.

Titulus VI—Caput

**Antiphona**

Be-ne-dí-ci-te Dó-mi-num, omnes e-léc-ti e-jus:  
á-gi-te di-es læ-tí - ti - æ, et con - fi - té-  
mi - ni il - li.

Deinde ante Altare dicit Sacerdos:

V. Dóminus vobíscum.

R. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Oratio

**D**eus, qui miro órdine Angelórum ministéria hominúmque dispénsas: concéde propítius; ut,a quibus tibi ministrántibus in caelo semper assístitur, ab his in terra vita nostra muniátur. Per Christum Dóminum nostrum. R. Amen.

5. Ritus superius descriptus servandus est etiam a Diacono eamdem functionem peragente de Ordinarii loci vel Parochi licentia, gravi de causa concedenda, quæ in casu necessitatis legitimæ præsumitur.

# TITULUS VII

## CAPUT 1

### DE SACRAMENTO MATRIMONII

**P**arochus, admonitus de aliquo Matrimonio in sua parœcia contrahendo, primum cognoscat ex iis ad quos spectat, qui et quales suit, qui Matrimonium contrahere volunt: an inter eos sit alliquid canonicum impedimentum: utrum sponte, libere et secundum honestatem Sacramenti velint contrahere: utrum sint in ætate legitima, et vir saltem sexdecim, mulier quatuordecim annos expleverit; et an in doctrina Christiana sufficienter instructi sint.

2. Noverit, ex Codice Juris Canonici, quæ sint impedimenta Matrimonii, sive impedientia sive dirimentia; eb qui sint gradus consanguinitatis et affinitatis.
3. Habeat in primis ipse bene cognita præcepta ilia omnia, quæ in Matrimoniis rite conficiendis servari oportet juxta sacros Canones: dabitque operam, ut ilia in parœcia sua accurate exacteque serventur.
4. Præsertim vero meminerit, Matrimonia inter virum raptorem et mulierem, intuitu Matrimonii ipsa raptam, quamdiu ipsa in raptoris potestate manserit, inita, et generatim Matrimonia, quæ aliter quam coram Parocho, vel loci Ordinario, vel Sacerdote, ab alterutro delegato, et duobus saltem testibus contrahuntur, ex ipsis sacris Canonibus irrita omnino ac nulla esse.
5. Quamvis autem Parochus et loci Ordinarius, intra fines sui territorii, Matrimoniis nedum suorum subditorum, sed etiam non subditorum valide assistant, pro regula tamen habeatur, ut, ad normam juris, Matrimonium coram sponsa Parocho celebretur, nisi justa causa excuset, quo in casu coram sponsi Parocho celebrabitur. Matrimonia autem catholicorum mixti ritus, nisi aliud particulari jure cautum sit, in ritu viri et coram ejusdem Parocho sunt celebranda.
6. Antequam Matrimonium contrahatur, a proprio contrahentium Parocho publice denuntietur, inter quosnam Matrimonium sit contrahendum. Quæ publicationes fiant tribus continua diebus dominicis aliisque festis de præcepto, in ecclesia inter Missarum solemnia, aut inter alia divina officia, ad quæ populus frequens accedat. Potest autem loci Ordinarius pro suo territorio publicationibus substituere publicam, ad vaivas ecclesiæ parœcialis, aliasve ecclesiæ, affixionem nominum contrahentium per spatium saltem octo dierum, ita tamen ut, hoc spatio, duo dies festi de præcepto comprehendantur.
7. Si vero vir et mulier parœciæ sint diversæ, in utraque parœcia fiant publicationes.
8. Publicationes autem fiant hoc modo. Inter Missarum solemnia, aut inter alia divina Officia, ut supra, Parochus populum admoneat in hanc sententiam vulgari sermone:  
**“Notum sit omnibus hic præsentibus, quod N., filius N., familiæ N., parœciæ S. N., et. N. filia N., familiæ N., parœciæ S. N., intendunt inter se contrahere Matrimonium Proinde admonemus omnes et singulos, ut si quis noverit aliquod consanguinitatis, vel affinitatis, vel cognitionis spiritualis, vel quodvis aliud impedimentum inter eos esse, quod Matrimonium contrahendum invicem impedit, illud quamprimum Parocho aut loci Ordinario revelare debeat; et hoc admonemus primo (si sit prima,), vel secundo (si sit secunda), vel tertio (si sit tertia publicatio).”**
9. Loci Ordinarius proprius pro suo prudenti judicio potest ex legitima causa a publicationibus etiam in aliena diœcesi faciendis dispensare.

## De Sacramento Matrimonii

Si plures sint Ordinarii proprii, ille jus habet dispensandi, in cuius diœcesi Matrimomum celebratur; quod si Matrimonium extra proprias ineatur diaceses, quilibet Ordinarius proprius dispensare potest.

10. Si alius Parochus investigationem aut publicationes peregerit, de harum exitu statim per authenticum documentum certiorem reddat Parochum, qui Matrimonio assistere debet.

11. Peractis investigationibus et publicationibus, Parochus Matrimonio ne assistat, antequam omnia documenta necessaria receperit, et præterea, nisi rationabilis causa aliud postulet. tres dies decurrerint ab ultima publicatione.

Si intra sex menses Matrimonium contractum non fuerit, publicationes repetantur, nisi aliud loci Ordinario videatur.

12. Si nullum detectum fuerit impedimentum, nec dubium nec certum, Parochus, expletis publicationibus, ad Matrimonii celebrationem partes admittat.

13. Matrimonio vagorum, eorum videlicet qui nullibi domicilium habeant vel quasi-domicilium, Parochus, excepto casu necessitatis, numquam assistat, nisi, re ad loci Ordinarium vel ad Sacerdotem ab eo delegatum delata, licentiam assistendi obtinuerit.

14. Ne omittat Parochus. secundum diversam personarum conditionem, sponsos docere sanctitatem Sacramenti Matrimonii, mutuas conjugum obligationes et obligationes parentum erga prolem; eosdemque vehementer adhortetur, ut ante Matrimonii celebrationem sua peccata diligenter confiteantur et Sanctissimam Eucharistiam pie recipient.

Catholici vero qui Sacramentum Confirmationis nondum receperunt, illud, antequam ad Matrimonium admittantur, recipient, si id possint sine gravi incommodo.

15. Parochus graviter filios familias minores hortetur ne nuptias ineant, insciis aut rationabiliter invitis parentibus; quod si abnuerint, eorum Matrimonio ne assistat, nisi consulto prius loci Ordinario.

16. Parochus curet ut sponsi, celebrate Matrimonio, benedictionem solemnem accipiant. quæ dari eis potest etiam postquam diu vixerint in Matrimonio, sed solum in Missa, servata speciali rubrica et excepto tempore feriato.

Solemnem benedictionem ille tantum Sacerdos per se ipse rei per alium dare potest, qui valide et licite Matrimonio potest assistere.

17. Nihilominus Parochus conjuges admoneat, maxime si neophyti sint, vel ante conversionem ab hæresi valide Matrimonium contraxerint, benedictionem ipsam ad ritum et solemnitatem, non vero ad substantiam et validitatem pertinere conjugii.

18. Caveat autem Parochus, ne, quando conjuges in primis nuptiis benedictionem acceperint, eos in secundis benedicat, sive mulier sive etiam vir ad secundas nuptias transeat. Sed ubi ea viget consuetudo, ut, si hanc benedictionem vir tantum alias obtinuerit, nuptiæ benedicantur, ea servanda est; mulier vero vidua, cui semel benedictio solemnis data sit, nequit in subsequentibus nuptiis eam iterum accipere, etiamsi ejus vir numquam uxorem duxerit.

19. Matrimonium quolibet anni tempore contrahi potest. Solemnis tantum nuptiarum benedictio vetatur a prima Dominica Adventus usque ad diem Nativitatis Domini inclusive, et a feria IV Cinerum usque ad Dominicam Paschatis inclusive.

## Titulus VII—Caput 2

Ordinarii tamen locorum possunt, salvis legibus liturgicis, etiam prædictis temporibus eam permittere ex justa causa, monitis sponsis ut a nimia pompa abstineant.

20. Matrimonium inter catholicos celebretur in ecclesia parœciali; in alia autem ecclesia vel oratorio sive publico sive semi-publico, nonnisi de licentia Ordinarii loci vel Parochi celebrari poterit.

Matrimonium in ædibus privatis celebrari Ordinarii locorum in extraordinario tantum aliquo casu et accidente semper justa ac rationabili causa permittere possunt: sed in ecclesiis vel oratoriis sive Seminarii sive religiosarum, Ordinarii id ne permittant, nisi urgente necessitate, ac opportunis adhibitis cautelis.

Matrimonia vero inter partem catholicam et partem a catholicam extra ecclesiam celebrentur; quod si Ordinarius prudenter judicet id servari non posse quin graviora orientur mala, prudenti ejus arbitrio committitur hac super re dispensare.

## CAPUT 2

### RITUS CELEBRANDI MATRIMONII SACRAMENTUM

1. **Parochus Matrimonio ad futuras publicationibus factis ut dictum est, si nullum obstet legitimum impedimentum in ecclesia, superpelliceo et stola alba indutus, adhibito uno saltem Clerico superpelliceo pariter induto, qui librum et vas aquæ benedictæ cum aspersorio deferat, coram duobus saltem testibus, virum et mulierem ante altare genuflexos, quos parentum vel propinquorum suorum præsentia honestari decet, de consensu in Matrimonium interroget, utrumque singulatim in hunc modum vulgari sermone:**

Et primo quidem sponsum interroget:

N. Vis accipere N. hic præsentem in tuam legitimam uxorem juxta rituum sanctæ matris Ecclésiæ?

Respondeat sponsus:

Volo.

2. **Mox Sacerdos sponsam interroget:**

N. Vis accipere N. hic præsentem in tuam legitimam maritum juxta rituum sanctæ matris Ecclésiæ?

Respondeat sponsa:

Volo.

Nec sufficit consensus unius, sed debet esse amborum, et expressus verbis, si loqui possint, aut secus æquipollentibus signis, sive fiat per se, sive per procuratorem.

Mutuo autem contrahentium consensu intellecto, Sacerdos jubeat eos invicem jungere dexteræ, et dicat:

Ego conjúngo vos in matrimonium. In nōmine Patris, et Fílli,  et Spíritus Sancti. Amen.

Postea eos asperget aqua benedicta.

Mox benedicat anulum, dicens:

### Ritus celebrandi Matrimonii Sacramentum

V. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.

R. Qui fecit cælum et terram.

V. Dómine, exáudi oratióne meam.

R. Et clamor meus ad te véniat.

V. Dóminus vobíscum.

R. Et cum spíitu tuo.

Orémus.

**B**éne ✕ dic, Dómine, ánulum hunc, quem nos in tuo nómine bene ✕ dícimus: ut,quæ eum gestáverit, fidelitatēm íntegram suo sponso tenens, in pace et voluntatē tua permáneat, atque in mútua caritatē semper vivat. Per Christum Dóminum nostrum.

R. Amen.

3. Deinde Sacerdos aspergat anulum aqua benedicta; et sponsus acceptum anulum de manu Sacerdotis imponat in digito anulari sinistræ manus sponsæ, Sacerdote dicente:

In nomine Patris, et Filii, ✕ et Spiritus Sancti. Amen.

Mox Sacerdos subjungat:

V. Confirma hoc, Deus, quod operátus es in nobis.

R. A templo sancto tuo, quod est in Jerúsalem.

Kýrie, éleison. Christe, éleison. Kýrie, éleison.

Pater noster *secreto usque ad*

V. Et ne nos indúcas in tentatióne.

R. Sed líbera nos a malo.

V. Salvos fac servos tuos.

R. Deus meus, sperántes in te.

V. Mitte eis, Dómine, auxílium de sancto.

R. Et de Sion tuére eos.

V. Esto eis, Dómine, turris fortitúdinis.

R. A fácie inimíci.

V. Dómine, exáudi oratióne meam.

R. Et clamor meus ad te véniat.

V. Dóminus vobíscum.

R. Et cum spíitu tuo.

Orémus.

Oratio

**R**éspice, quæsumus, Dómine, super hos fámulos tuos: et institútis tuis, quibus propagatióne humáni géneris ordinásti, benígnus assíste; ut qu te auctóre jungúntur, te auxiliánte servéntur. Per Christum Dóminum nostrum. R. Amen.

4. His expletis, si benedicendæ sint nuptiæ, Parochus Missam pro sponso et sponsa, ut in Missali Romano, celebret, servatis omnibus quæ ibi præscribuntur.

5. Quando plures simul copulantur, accepto primum singulorum consensu, et rite celebratis singulis Matrimoniis dictoque pro singulis a Parocho Ego conjúngo vos in Matrimónium, etc, benedictiones anulorum et reliquæ benedictiones plurali numeri semel fiunt.

## Titulus VII—Caput 2

6. Ceterum, sicubi aliae laudabiles consuetudines et caeremoniæ in celebrando Matrimonii Sacramento adhibentur, eas convenit retineri.
7. Celebrato Matrimonio, Parochus vel qui ejus vices gerit, quamprimum describat in libro Matrimonium nomina conjugum ac testium, locum et diem celebratii Matrimonii, atque alia juxta formulam præscriptam; idque licet alias Sacerdos vel a se vel ab Ordinario delegatus Matrimonio adstiterit.  
Præterea Parochus in libro quoque Baptizatorum adnotet conjugem tali die in sua parœcia Matrimonium contraxisse.  
Quod si conjux alibi baptizatus fuerit, Matrimonii Parochus notitiam initi contractus ad Parochum baptismi sive per se sive per Curiam episcopalem transmittat, ut Matrimonium in Baptizatorum librum referatur.

CAPUT 3

DE BENEDICTIONE MULIERIS  
POST PARTUM

1. Si Sacerdos purpuera post partum, juxta piam ac laudabilem consuetudinem, ad ecclesiam venire voluerit, pro incolumitate sua Deo gratias actura, petieritque a Sacerdote benedictionem, ipse superpelleceo et stola alba indutus, cum ministro aspersorum deferente, ad fores ecclesiæ accedat, ubi illam foris ad limina genuflectentem et candelam accensam in manu tenentem, aqua benedicta aspergat, deinde dicat:

V. Adjutórium nostrum in nōmine Dómini.

R. Qui fecit cælum et terram.

Ant. Hæc accipiet.

Psalmus 23

Dómini est terra, et plenitudo ejus; \* orbis terrárum, et univérsi, qui hábitant in eo.  
Quia ipse super mária fundávit eum: \* et super flúmina præparávit eum.  
Quis ascéndet in montem Dómini, \* aut quis stabit in loco sancto ejus?  
Innocens mánibus, et mundo corde, \* qui non accépit in vano ániam suam, nec jurávit in dolo próximo suo.  
Hic accípiet benedictiōnem a Dómino: \* et

misericórdiam a Deo salutári suo.  
Hæc est generatió quæréntium eum, \* quæréntium fáciem Dei Jacob.  
Attóllite portas, príncipes, vestras, et elevámini portæ æternáles: \* et introíbit Rex glóriæ.  
Quis est iste Rex glóriæ? \* Dóminus fortis, et potens; Dóminus potens in pœlio.  
Attóllite portas, príncipes, vestras, et elevámini portæ æternáles: \* et introíbit Rex glóriæ.  
Quis est iste Rex gloriæ? \* Dóminus virtútum, ipse est Rex gloriæ.  
Glória Patri.

Et repetitur Antiphona:

Hæc accípiet benedictiōnem a Dómino, et misericórdiam a Deo salútari suo: quia hæc est generatió quæréntium Dóminum.

2. Deinde, porrigens ad manum mulieris extremam partem stolæ, ex humero sinistro pendentem, eam introducit in ecclesiam, dicens:

Ingrédere in templum Dei, adóra Fílium beátæ Maríæ Vírginis, qui tibi fecunditátem tríbuit prolis.

3. Et ipsa, ingressa, genuflectit coram Altari et orat, gratias agens Deo de beneficiis sibi collatis; tunc Sacerdos dicit:

Kýrie, éleison. Christe, éleison. Kýrie, éleison.

Pater noster **secreto usque ad**

V. Et ne nos indúcas in tentatiōnem.

R. Sed líbera nos a malo.

V. Salvam fac ancíllam tuam, Dómine.

R. Deus meus, sperántem in te.

V. Mitte ei, Dómine, auxílium de sancto.

R. Et de Sion tuére eam.

V. Nihil proficiat inimícus in ea.

R. Et filius iniquitáris non appónat nocére ei.

V. Dómine, exáudi oratiōnem meam.

R. Et clamor meus ad te véniat.

De Benedictione Mulieris post partum

℣. Dóminus vobíscum.

℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Oratio

**O**mnípotens sempiterne Deus, qui per beátæ Maríæ Vírginis partum fidélium pariéntium dolores in gáudium vertísti: résponce propítius super hanc fámulam tuam, ad templum sanctum tuum pro gratiárum actióne lætam accedéntem, et præsta; ut post hanc vitam, ejúsdem beátæ Maríæ méritis et intercessióne, ad æternæ beatitúdinis gáudia cum prole sua pervenire mereátur. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

4. Deinde illam aspergit iterum aqua benedicta, dicens:

Pax et benedictio Dei omnipoténtis, Patris, et Fílli, ☧ et Spíritus Sancti, descéndat super te, et máneat semper. ℟. Amen.

**TITULUS VIII**  
**CAPUT I**  
**DE BENEDICTIONIBUS**  
**REGULÆ GENERALES**

**B**enedictiones impertire potest quilibet Presbyter, exceptis iis quæ Romano Pontifici aut Episcopis aliis reserventur.

Benedictio reservata quæ a Presbytero detur sine necessaria licentia, illicita est, sed valida, nisi in reservatione Sedes Apostolica aliud expresserit.

Diaconi et Lectores illas tantum valide et licite benedictiones dare possunt, quae ipsis expresse a jure permittuntur.

2. Benedictiones sive constitutivæ sive invocativæ invalidæ sunt, si adhibita non fuerit formula ab Ecclesia præscripta.

3. Benedictiones, imprimis impertiendæ catholicis, dare quoque possunt catechumenis, immo, nisi obstet Ecclesiæ prohibitio, etiam acatholicis ad obtainendum fidei lumen vel, una cum illo, corporis sanitatem.

4. Res benedictæ constitutiva benedictione, reverenter tractentur neque ad usum profanum vel non proprium adhibeantur, etiamsi in dominio privatorum sint.

5. Benedictionem illius sacræ supellectillis quæ ad normam legem liturgicarum benedicti debet antequam ad usum sibi proprium adhibeatur, impertire possunt:

1º. S.R.E. Cardinales et Episcopi omnes;

2º. Locorum Ordinarii, charactere episcopalii carentes, pro ecclesiis et oratoriis proprii territorii;

3º. Parochus pro ecclesiis et oratoriis in territorio suæ parœciæ positis, et rectores ecclesiarum pro suis ecclesiis;

4º. Sacerdotes a loci Ordinario delegati, intra fines delegationis et jurisdictionis delegantis;

5º. Superiores religiosi, et Sacerdotes ejusdem religionis ab ipsis delegati, pro propriis ecclesiis et oratoriis ac pro ecclesiis monialium sibi subjectarum.

6. In omni benedictione extra Missam, Sacerdos saltem superpelliceo et stola coloris temporis convenientis utatur, nisi aliter notetur.

7. Stando semper benedicat, et aperto capite.

In principio cujusque benedictionis, nisi aliter notetur, dicat:

℣. **Adjutorium nostrum in nomine Domini.**

℟. **Qui fecit cælum et terram.**

℣. **Dominus vobiscum.**

℟. **Et cum spiritu tuo.**

Deinde dicat Orationem propriam, unam vel plures, prout suo loco notatum fuerit, pariter incenset, nihil dicendo.

8. Cum Sacerdos aliquid benedicturus est, habeat ministrum cum vase aquæ benedictæ et aspersorio, et cum hoc Rituali libro, seu Missali.

9. Caveat, ne benedictionis causa ponat aliquid incedens super Altare, veluti esculenta; sed quod ejusmodi est, ponatur super mensam, commodo loco paratam.

CAPUT 2

ORDO

AD FACIENDAM AQUAM BENEDICTAM

1. Diebus Dominicis, et quandocumque opus sit, præparato sale et aqua munda benedicenda in ecclesia, vel in sacristia, Sacerdos, superpelliceo et stola violacea indutus, primo dicit:

V. Adjutorium nostrum in nōmine Dómini.

R. Qui fecit cælum et terram.

2. Deinde absolute incipit exorcismum salis:

**E**xorcízo te, creatúra salis, per Deum ✕ vivum, per Deum ✕ verum, per Deum ✕ sanctum, per Deum, qui te per Eliséum Prophétam in aquam mitti jussit, ut sanaréatur sterilitas aquæ: ut efficiáris sal exorcizátum in salútem credéntium; et sis ómnibus suméntibus te sánitas animæ et córporis; et effúgiat, atque discédat a loco, in quo aspérsum fúeris, omnis phantásia, et nequítia, vel versútia diabólicæ fraudis, omnísque Spíritus immundus, adjurátus per eum, qui ventúrus est judicáre vivos et mórtuos, et sǽculum per ignem. R. Amen.

Orémus

Oratio

**I**mménsam cleméntiam tuam, omnípotens aetérne Deus, humíliter implorámus, ut hanc creatúram salis, quam in usum géneris humáni tribuísti, bene ✕ dícere et sancti ✕ ficáre tua pietáte dignérí: ut sit ómnibus suméntibus salus mends et córporis; et quidquid ex eo tactum vel respérsus fúerit, cáreat omni immundítia, omníque impugnatióne spiritális nequítiae. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sǽcula sæculórum. R. Amen.

Exorcismus aquæ et dicitur absolute:

**E**xorcízo te, creatúra aquæ, in nōmine Dei ✕ Patris omnipoténtis, et in nōmine Jesu ✕ Christi Fílli ejus Dómini nostri, et in virtúte Spíritus ✕ Sancti: ut fias aqua exorcizáta ad effugándam omnem potestátem inimíci, et ipsum inimícum eradicáre et explantáre váleas cum ángelis suis apostáticis, per virtútem ejúsdem Dómini nostri Jesu Christi: qui ventúrus est judicáre vivos et mórtuos, et sǽculum per ignem. R. Amen.

Orémus.

Oratio

**D**eus, qui ad salútem humáni géneris, máxima quæque sacraménta in aquárum substántia condidísti: adésto propítius invocatióibus nostris, et eleménto huic multímodis purificatióibus præparáto, virtútem tuæ bene ✕ dictiónis infúnde: ut creatúra tua, mystériis tuis sérviens, ad abigéndos dámones, morbósque pelléndos, divínæ grátiae sumat effectum; ut quidquid in domibus, vel in locis fidélium, hæc unda respérserit, cáreat oroni immundítia, liberéetur a noxa: non illic resídeat spíritus péstilens, non aura corrúmpens: discédant omnes insídiæ laténtis inimíci; et si quid est, quod aut incolumitáti habitántium invidet, aut quiéti, aspersióne hujus aquæ effúgiat: ut salúbritas, per invocatiómem sancti tui nōminis expetita, ab ómnibus sit impugnatióibus defénsa. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sǽcula sæculórum. R. Amen.

## Titulus VIII—Capita 2 et 3

3. Hic ter mittat sal in aquam in modum crucis, dicendo semel:

Commixtio salis et aquæ páriter fiat, in nómine Pa<sup>+</sup> tris, et Fí<sup>+</sup> lii, et Spíritus<sup>+</sup> Sancti.  
R<sup>g</sup>. Amen.

V. Dóminus vobíscum.

R<sup>g</sup>. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Oratio

**D**eus, invictæ virtutis auctor, et insuperabilis impérii Rex, ac semper magnificus triumphátor: qui adversæ dominatiōnis vires réprimis: qui inimici rugiéntis sœvitiam súperas: qui hostiles nequitiás poténter expúgnas; te, Dómine, treméntes et súpplices deprecémur, ac pétimus: ut hanc creatúram salis et aquæ dignanter aspícias, benígnus illústres, pietatis tuæ rore sanctífices; ut, ubicúmque fúerit aspérasa, per invocatiōnem sancti nóminis tui, omnis infestatió immundi spíritus abigátur: terrórque venenósi serpéntis procul pellátur: et præsentia Sancti Spíritus nobis, misericordiam tuam poscéntibus, ubique adésse dignétur. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate ejusdem Spíritus Sancti Deus, per ómnia sǽcula sǽculórum R<sup>g</sup>. Amen.

4. Post benedictionem aquæ, Sacerdos Dominicis diebus, antequam incipiat Missam, aspergit Altare, deinde se, et Ministros, ac populum, prout in Missali præscribitur, et in appendice hujus Ritualis (pag.311) habetur.

5. Christifideles autem possunt de ista aqua benedicta in vasculis suis accipere, et secum deferre ad aspergendos ægros, domos, agros, vineas, et alia, et ad eam habendam in cubiculis suis, ut ea quotidie et sæpius aspergi possint.

## CAPUT 3

### BENEDICTIO CANDELARUM

V. Adjutorium nostrum in nómine Dómini.

R<sup>g</sup>. Qui fecit cælum et terram.

V. Dóminus vobíscum.

R<sup>g</sup>. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Oratio

**D**ómine Iesu Christe, Fili Dei vivi, bénē<sup>+</sup> dic candélas istas supplicatiōnibus nostris: infunde eis, Dómine, per virtutem sanctæ Cru<sup>+</sup> cis, benedictiōnem cælestem, qui eas ad repellendas tenebras humano géneri tribuísti; talémque benedictiōnem signáculo sanctæ Cru<sup>+</sup> cis accípiant, ut quibuscúmque locis accénsæ, sive positæ fúerint, discéendant principes tenebrarum, et contremíscant, et fúgiant pávidi cum ómnibus minístris suis ab habitatiōnibus illis, nec præsúmant amplius inquietare, aut molestare serviéntes tibi omnipoténti Deo: Qui vivis et regnas in sǽcula sǽculórum. R<sup>g</sup>. Amen.

Et aspergantur aqua benedicta.

## CAPUT 4

### BENEDICTIO DOMORUM

in Sabbato Sancto et reliquo Tempore Paschali

1. Parochus, seu alias Sacerdos de Parochi licentia, superpelliceo et stola alba indutus, cum ministro deferente vas aquæ benedictæ in Fonte baptismali, atque ante infusionem Olei et Chrismatis acceptæ, Sabbato Sancto visitat domos suae paroeciae, aspergens eas eadem aqua benedicta.

Ingrediens domum dicit:

℣. Pax huic dómui.

℟. Et ómnibus habitántibus in ea.

2. Deinde aspergens loca præcipua domus, et habitantes in ea, dicit Antiphonam:

Vidi aquam egrediéntem de templo, a látere dextro, allelúja; et omnes, ad quos pervénit aqua ista, salvi facti sunt, **et dicent**: allelúja, allelúja.

Ps. 117, 1 Confítēmini Dómino, quóniam bonus: quóniam in sǽculum misericórdia ejus.

Repetitur Antiphona: Vidi aquam, etc.

Deinde dicit:

℣. Osténde nobis, Dómine, misericórdiam tuam, allelúja.

℟. Et salutáre tuum da nobis, allelúja.

℣. Dómine, exáudi oratióne meam.

℟. Et clamor meus ad te véniat.

℣. Dóminus vobíscum.

℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Oratio

**E**xáudi nos, Dómine sancte, Pater omnípotens, ætérne Deus: et sicut domos Hebræórum in éxitu de Ægypto, agni sanguine linítas (quod pascha nostrum, in quo immolátus est Christus, figurábat), ab Angelo percutiénte custodísti; ita míttere dignéris sanctum Angelum tuum de cælis, qui custodiāt, fóveat, prótegat, vísitet atque deféndat omnes habitántes in hoc habitáculo. Per eúmdem Christum Dóminum nostrum. **℟. Amen.**

3. Ritus superius descriptus adhibetur, etiamsi benedictio domorum fiat alia die infra Tempus Paschale pro locorum consuetudine.

## CAPUT 5

### BENEDICTIO DOMORUM

extra Tempus Paschale

1. Parochus seu alias Sacerdos, volens aliquam particularem domum, vel generaliter domos fidelium, extra Tempus Paschale aspergere aqua benedicta, ingrediens domum dicit.

℣. Pax huic dómui.

℟. Et ómnibus habitántibus in ea.

2. Deinde loca præcipua domus aspergendo, dicit Antiphonam:

Aspérges me, Dómine, hyssópo, et mundábor: lavábis me, et super nivem dealbábor.

### Benedictio domorum

Ps. 50, 3 Miserére mei, Deus, secúndum magnam misericórdiam tuam. **V.** Glória Patri, etc.  
Et repetitur Antiphona: Aspérges me, etc.

**V.** Dómine, exáudi oratióne meam.

**R.** Et clamor meus ad te véniat.

**V.** Dóminus vobíscum.

**R.** Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Oratio

**E**xáudi nos, Dómine sancte, Pater omnípotens, ætére Deus: et míttete dignérís sanctum Angelum tuum de cælis; qui custódiat, fóveat, prótegat, vísit atque deféndat omnes habitántes in hoc habitáculo. Per Christum Dóminum nostrum. **R.** Amen.

## CAPUT 6

### BENEDICTIO LOCI VEL DOMUS

**V.** Adjutórium nostrum in nómine Dómini.

**R.** Qui fecit cælum et terram.

**V.** Dóminus vobíscum.

**R.** Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Oratio

**B**éne ✕ dic, Dómine, Deus omnípotens, locum istum (**vel** domum istam): ut sit in eo (ea) sánitas, cástitas, victória, virtus, humilitas, bónitas, et mansuetúdo, plenítudo legis, et gratiárum áctio Deo Patri, et Fílio, et Spirítui Sancto; et hæc benedictio máneat super hunc locum (**vel** super hanc domum) et super habitántes in eo (ea) nunc et in ómnia sæcula sæculórum. **R.** Amen.  
Et aspergatur aqua benedicta.

## CAPUT 7

### ALIA BENEDICTIO DOMUS

**V.** Adjutórium nostrum in nómine Dómini.

**R.** Qui fecit cælum et terram.

**V.** Dóminus vobíscum.

**R.** Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Oratio

**T**e Deum Patrem omnipoténtem supplíciter exorámus pro hac domo, et habitatóribus ejus, ac rebus: ut eam bene ✕ dícere, et sancti ✕ ficáre, ac bonis ómnibus ampliáre dignérís: tribue eis, Dómine, de rore cæli abundántiam, et de pinguédine terræ vitæ substántiam, et desidéria voti eórum ad efféctum tuæ miseratiónis perdúcás. Ad introitum ergo nostrum bene ✕ dícere, et sancti ✕ ficáre dignérís hanc domum, sicut benedícere dignátus es domum Abraham, Isaac, et Jacob: et intra paríetes domus istíus Angeli tuæ lucis inhábitent, eámque, et ejus habitatóres custódiant. Per Christum Dóminum nostrum. **R.** Amen.

Et aspergatur aqua benedicta.

Titulus VIII—Capita 8, 9,10

**CAPUT 8**  
**BENEDICTIO THALAMI**

℣. Adjutórium nostrum in nōmine Dómini.

℟. Qui fecit cælum et terram.

℣. Dóminus vobíscum.

℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Oratio

**B**éne ✕ dic, Dómine, thálamus hunc: ut omnes habitantes in eo, in tua pace consántant, et in tua voluntáte permáneant, et senéscant, et multiplicéntur in longitúdinem diérum, et ad regna cælórum pervéniant. Per Christum Dóminum nostrum. **℟** Amen.  
Et aspergatur aqua benedicta.

**CAPUT 9**  
**BENEDICTIO NAVIS**

℣. Adjutórium nostrum in nōmine Dómini.

℟. Qui fecit cælum et terram.

℣. Dóminus vobíscum.

℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Oratio

**P**ropitiáre, Dómine, supplicatióibus nostris, et béne ✕ dic navem istam déxtera tua sancta et omnes qui in ea vehéntur, sicut dignátus es benedícere arcam, Noë ambulántem in dilúvio: pórrige eis, Dómine, déxteram tuam, sicut porrexísti beáto Petro ambulánti supra mare; et mitte sanctum Angelum tuum de cælis, qui líberet, et custódiat eam semper a periculis univérsis, cum ómnibus quæ in ea erunt: et fámulos tuos, repúlsis adversitatibus, portu semper optábili, curúsque tranquillo tueáris, transactísque, ac recte perféctis negótiis ómnibus, iteráto tempore ad própria cum omni gáudio revocáre dignérис: Qui vivis et regnas in sǽcula sǽculórum. **℟**. Amen.

Et aspergatur aqua benedicta.

**CAPUT 10**

**BENEDICTIO  
SUPER FRUGES ET VINEAS**

℣. Adjutórium nostrum in nōmine Dómini.

℟. Qui fecit cælum et terram.

℣. Dóminus vobíscum.

℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Oratio

**O**rámus pietátem tuam, omnípotens Deus, ut has primítias creatúræ tuæ, quas áëris et plúviæ temperaménto nutríre dignátus es, bene ✕ dictiōnis tuæ imbre perfúndas, et fructus terræ tuæ

### Benedictio peregrinorum

usque ad maturitatem perducas. Tribue quoque populo tuo de tuis muneribus tibi semper gratias agere; ut a fertilitate terrae esurientium animas bonis omnibus affluentibus repleas, et egenus et pauper laudent nomen gloriae tuae. Per Christum Dominum nostrum.

R. Amen.

Et aspergantur aqua benedicta.

### CAPUT 11

## BENEDICTIO PEREGRINORUM AD LOCA SANCTA PRODEUNTIUM

1. Peregrini ad loca sancta profecti, antequam discedant, juxta veteris Ecclesiae institutum, current accipere patentes seu commendatitias litteras a suo Ordinario, seu Parocho. Quibus obtentis, et rebus suis dispositis, facta peccatorum suorum confessione, audiunt Missam, in qua dicitur Oratio pro peregrinantibus, ad instar Collectae pro re gravi imperatae, et SSMam Eucharistiam devote suscipiunt. Expleta Missa, Sacerdos eos genuflexos dicit sequentes Preces:

#### Antiphona

VII a

In vi - am pa - cis.

#### Canticum Zachariæ

Luc. 1, 68-79

Be - ne - díc - tus Dó - mi - nus, De - us Is - ra - el, \*

qui - a vi - si - tá - vit, et fe - cit red - emp - ti - ó - nem

ple - bis su - æ:

### Titulus VIII—Caput 11

Et erexit cornu salutis nobis; \* in domo David pueri sui.

Sicut locutus est per os sanctorum, \* qui a saeculo sunt, prophetarum ejus,

Salutem ex inimicis nostris, \* et de manu omnium qui odierunt nos.

Ad faciendam misericordiam cum patribus nostris; \* et memorari testamenti sui sancti.

Jusjurandum quod juravit ad Abraham patrem nostrum; \* datum se nobis,

Ut sine timore de manu inimicorum nostrorum liberati; \* serviamus illi,

In sanctitate, et justitia coram ipso; \* omnibus diebus nostris.

Et tu, puer, Propheta Altissimi vocaberis; \* praebis enim ante faciem Domini, parare vias ejus.

Ad dandam scientiam salutis plebi ejus; \* in remissionem peccatorum eorum.

Per viscera misericordiae Dei nostri; \* in quibus visitavit nos oriens ex alto.

Illuminare his, qui in tenbris et in umbra mortis sedent; \* ad dirigendos pedes nostros in viam pacis.

Gloria Patri, et Filio, \* et Spiritui Sancto.

Sicut erat in principio, et nunc, et semper, et in saecula saeculorum. Amen.

**Et repetitur Antiphona:**

The musical notation consists of four horizontal red staves, each with four lines. The notes are represented by black squares. The lyrics are written below the staves in a black serif font. The text reads:  
In vi-am pa-cis et pro-spe-ri-tá-tis dí-ri-gat  
vos om-ní-po-tens et mi-sé-ri-cors Dó-mi-nus,  
et An-ge-lus Rá-pha-el co-mi-té-tur vo-bís-cum  
in vi-a, ut cum pa-ce, sa-lú-te et gáu-di-o  
re-ver-tá-mini ad pró-pri-a.

### Benedictio peregrinorum

Kýrie, éleison. Christe, éleison. Kýrie, éleison.

Pater noster **secreto usque ad**

**V.** Et ne nos indúcas in tentatióne.

**R.** Sed líbera nos a malo.

**V.** Salvos fac servos tuos .

**R.** Deus meus, sperántes in te.

**V.** Mítte eis, Dómine, auxílium de sancto.

**R.** Et de Sion tuére eos.

**V.** Esto eis, Dómine, turris fortitúdinis.

**R.** A fácie inimíci.

**V.** Nihil proficiat inimícus in eis.

**R.** Et filius iniquitatis non appónat nocére eis.

**V.** Benedíctus Dóminus die quotídie

**R.** Prósperum iter fáciat nobis Deus salutárium nostrórum

**V.** Vias tuas, Dómine, demónstra nobis.

**R.** Et sémitas tuas édoce nos.

**V.** Utinam dirigántur viæ nostræ.

**R.** Ad custodiéndas justificatiónes tuas.

**V.** Erunt prava in dirécta.

**R.** Et áspera in vias planas.

**V.** Angelis suis Deus mandávit de te.

**R.** Ut custódiant te in ómnibus viis tuis.

**V.** Dómine, exáudi oratióne meam.

**R.** Et clamor meus ad te véniat.

**V.** Dóminus vobíscum.

**R.** Et cum spíritu tuo.

Orémus.

**Oratio**

**D**eus, qui filios Israël per maris médium sicco vestígio ire fecísti, quique tribus Magis iter ad te stella duce pandísti: tríbue eis, quásumus, iter prósperum, tempúsque tranquíllum; ut Angelo tuo sancto cómite, ad eum, quo pergunt, locum, ac demum ad ætérnæ salutis portum felíciter valeant pervenire.

**D**eus, qui Abraham puerum tuum de Ur Chaldæórum edúctum, per omnes suæ peregrinatiónis vias illásum custodóstī: quásumus, ut hos fámulos tuos custodíre dignérīs; esto eis, Dómine, in procíncitu suffrágium, in via solátiū, in æstu umbráculum, in pluvia et frígore teguméntum, in lassitúdine vehículum, in adversité præsidium, in lúbrico báculus, in naufrágio portus: ut te duce, quo tendunt, próspere pervéniant, et demum incólumes ad própria revertántur.

**A**desto, quásumus, Dómine, supplicatióibus nostris: et viam famulórum tuórum in salútis tuæ prosperitatē dispónē; ut inter omnes viæ et vitæ hujus varietátes tuo semper protegántur auxílio.

**P**ræsta, quásumus, omnípotens Dei: ut família tua per viam salútis incédat; et beáti Joánnis Præcursoris hortaménta sectándo, ad eum, quem prædixit, secúra pervéniat, Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum.

Titulus VIII—Caput 12

**E**xáudi, Dómine, preces nostras, et iter famulórum tuórum propítius comitáre, atque misericórdiam tuam, sicut ubíque es, ita ubíque largíre: quátenus a cunctis adversitatibus tua opitulatione defénsi, gratiarum tibi réferant actionem. Per Christum Dóminum nostrum. **R** Amen.

Pax et benedictio Dei omnipoténtis, Patris, et Fílii, **X** et Spíritus Sancti, descéndat super vos, et máneat semper. **R** Amen.

Et aspergantur aqua benedicta.

2. Quad si unus sit peregrinatus, Preces dicantur in numero singulari: ac si Sacerdos ipse, qui benedit, sit socius peregrinationis, eas dicat in persona prima numeri pluralis, quatenus congruere videbitur.

**CAPUT 12**

**BENEDICTIO PEREGRINORUM  
POST REDITUM**

**V.** Adjutorium nostrum in nōmine Dómini.

**R.** Qui fecit cælum et terram.

Antiphona

**VIII G**

**Ec-ce, \* sic be-ne-di-cé-tur ho-mo, qui**

**ti-met Dó-mi-num.**

**Psalmus 127**

**Be-á-ti om-nes qui ti-ment Dó-mi-num, \* qui**

**ám-bu-lant in vi-is e-jus.**

### Benedictio peregrinorum

Labóres mánum tuárum quia manducábis, \* beátus es, et bene tibi erit.  
 Uxor tua sicut viris abúndans, \* in latéribus domus tuæ.  
 Fílii tui sicut novellæ olivárum, \* in circúitu mensæ tuæ.  
 Ecce sic benedicétur homo, \* qui timet

Dóminum.  
 Benedícat tibi Dóminus ex Sion; \* et vídeas bona Jerúsalem ómnibus diébus vitæ tuæ.  
 Et vídeas filios filiórum tuórum; \* pacem super Israel.  
 Glória Patri.  
 Sicut erat.

### **Antiphona**

**VIII G**

**Ec-ce, \* sic be-ne-di-cé-tur ho-mo, qui  
ti-met Dó - mi - num.**

Kýrie, eléison. Christe, eléison. Kýrie, eléison.

Pater noster **secreto usque ad**

**V.** Et ne nos indúcas in tentatióne.

**R.** Sed líbera nos a malo.

**V.** Benedícti, qui vénient in nómine Dómini

**R.** Benedícti vos a Dómino, qui fecit cælum et terram.

**V.** Résponce, Dómine, in servos tuos, et in ópera tua.

**R.** Et dírige eos in viam mandatórum tuórum

**V.** Dómine, exáudi oratióne meam.

**R.** Et clamor meus ad te véniat.

**V.** Dóminus vobíscum. **R.** Et cum spíritu tuo.

Orémus.

**Oratio**

**L**argíre, quásumus, Dómine, fámulis tuis indulgentiam placátus et pacem: ubi páriter ab ómnibus mundéntur offénsis, et secúra tibi mente desérviant.

**O**mnípotens sempítérne Deus, nostrórum tempórum, vitæque dispósitor, fámulis tuis continuæ tranquilitatis largíre subsídium: ut quos incólumes própriis labóribus reddísti, tua fáciás protectióne secúros.

**D**eus humílium visitátor, qui nos fráterna dilectione consoláris: præténde societáti nostræ grátiam tuam; ut per eos, in quibus hábitas, tuum in nobis sentiámus advéntum. Per Dóminum.

**R.** Amen.

Pax et benedictio Dei omnipoténtis, Patris, et Filii, **X** et Spíritus Sancti, descéndat super vos et máneat semper. **R.** Amen.

**E**t aspergantur aqua benedicta.

Titulus VIII—Capita 13,14,15

BENEDICTIONES ESCULENTORUM  
PRÆSERTIM IN PASCHA

CAPUT 13

BENEDICTIO AGNI

V. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.

R. Qui fecit cælum et terram.

V. Dóminus vobíscum. R. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Oratio

**D**eus, qui per fámulum tuum Móysen, in liberatióne pópuli tui de Ægýpto, agnum occídi jussísti in similitúdinem Dómine nostri Jesu Christi, et utrósque potestes domórum de ságuine ejúsdem agni perúngi præpísti: tu bene ✕ dícere, et sancti ✕ ficáre dignérís hanc creatúram carnis, quam nos fámuli tui ad laudem tuam súmere desiderámus, per resurrectiónem ejúsdem Dómini nostri Jesu Christi: Qui tecum vivit et regnat in sǽcula sæculórum. R. Amen.  
Et aspergatur aqua benedicta.

CAPUT 14

BENEDICTIO OVORUM

V. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.

R. Qui fecit cælum et terram.

V. Dóminus vobíscum. R. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Oratio

**S**ubvéniat, quæsumus, Dómine, tuæ bene ✕ dictiónis grátia huic ovórum creatúræ: ut cibus salúbris fiat fidélibus tuis, in tuárum gratiárum actiόne suméntibus, ob resurrectiónem Dómini nostri Jesu Christi: Qui tecum vivit et regnat in sǽcula sæculórum. R. Amen.  
Et aspergantur aqua benedicta.

CAPUT 15

BENEDICTIO PANIS

V. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.

R. Qui fecit cælum et terram.

V. Dóminus vobíscum. R. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Oratio

**D**ómine Jesu Christe, panis Angelórum, panis vivus ætérnæ vitæ, bene ✕ dícere dignáre panem istum, sicut benedixísti quinque panes in desérto: ut omnes ex eo gustántes, inde córporis et ánimæ percípiant sanitátem: Qui vivis et regnas in sǽcula sæculórum. R. Amen.  
Et aspergata aqua benedicta.

## Benedictio panis

### CAPUT 16

#### ALIA BENEDICTIO PANIS

℣. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.

℟. Qui fecit cælum et terram.

℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Oratio

**D**ómine sancte, Pater omnípotens, ætére Deus, bene ✕ dícere dignéris hunc panem tua sancta spirituáli benedictióne: ut sit ómnibus suméntibus salus mentis et córporis; atque contra omnes morbos, et univérsas inimicórum insídias tutámen. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum, panem vivum, qui de cælo descéndit, et dat vitam et salútem mundo: et tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sǽcula sǽculórum. ℟ Amen.

Et aspergatur aqua benedicta.

### CAPUT 17

#### BENEDICTIO NOVORUM FRUCTUUM

℣. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.

℟. Qui fecit cælum et terram.

℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Oratio

**B**éne ✕ dic, Dómine, hos novos fructus N., et præsta: ut, qui ex eis in tuo sancto nómine vescéntur, córporis et ánimæ salúte potiántur. Per Christum Dóminum nostrum. ℟ Amen.

Et aspergantur aqua benedicta.

### CAPUT 18

#### BENEDICTIO AD QUODCUMQUE COMESTIBLE

℣. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.

℟. Qui fecit cælum et terram.

℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Oratio

**B**éne ✕ dic, Dómine, creatúram istam N., ut sit remédium salutáre géneri humáno: et præsta per invocatiónem sancti nóminis tui; ut quicúmque ex ea súmpserint, córporis sanitátem, et ánimæ tutélam percípiant. Per Christum Dóminum nostrum. ℟ Amen.

Et aspergatur aqua benedicta,

CAPUT 19

BENEDICTIO OLEI

V. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.

R. Qui fecit cælum et terram.

**Exorcismus**

**E**xorcízo te, creatúra ólei, per Deum **✚** Patrem omnipoténtem, qui fecit cælum et terram, mare, et ómnia, quæ in eis sunt. Omnis virtus adversárii, omnis exércitus diáboli, et omnis incúrsus, omne phantásma sátanæ eradicáre, et effugáre ab hac creatúra ólei, ut fiat ómnibus, qui eo usúri sunt, salus mentis et córporis, in nómine Dei **✚** Patris omnipoténtis, et Jesu **✚** Christi Fílii ejus Dómini nostri, et Spíritus **✚** Sancti Parácliti, et in carítate ejúsdem Dómini nostri Jesu Christi, qui ventúrus est judicáre vivos et mórtuos, et sǽculum per ignem.

R. Amen.

V. Dómine, exáudi oratióne meam.

R. Et clamor meus ad te véniat.

V. Dóminus vobíscum. R. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

**Oratio**

**D**ómine Deus omnipotens, cui astat exércitus Angelórum cum tremére, quorum servítium spirituále cognóscitur, dignáre respícere, bene **✚** dícere, et sancti **✚** ficáre hanc creatúram ólei, quam ex olivárum succo eduxísti, et ex eo infírmos inúngi mandásti, quátenus sanitáte percépta, tibi Deo vivo et vero grátias ágerent: præsta, quæsumus; ut hi, qui hoc óleo, quod in tuo nómine bene **✚** dícimus, usi fúerint, ab omni languóre, omníque infirmitáte, atque cunctis insídiis inimíci liberéntur, et cunctæ adversitátes separéntur a plasmáte tuo, quod pretioso sanguine Fílii tui redemísti, ut numquam lædátur a morsu antíqui serpéntis. Per eúmdem Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum: Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sǽcula sǽculórum. R. Amen.

Et aspergatur aqua benedicta.

BENEDICTIONES AB EPISCOPIS  
VEL AB ALIIS FACULTATEM HABENTIBUS  
FACIENDÆ

CAPUT 20

BENEDICTIO  
SACERDOTALIUM INDUMENTORUM

V. Adjutórium nostrum in nōmine Dómini.

R. Qui fecit cælum et terram.

V. Dóminus vobíscum. R. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Oratio

**O**mnipotens, sempiterne Deus, qui per Móysen fámulum tuum pontificália, et sacerdotália, seu levítica vestiménta, ad expléndum in conspéctu tuo ministérium eórum, ad honórem et decórem nōminis tui fieri decrevisti: adéstō propítius invocatiónibus nostris: ut hæc induménta sacerdotália (hoc induméntum sacerdotále), désuper irrigánte grátia tua, ingénti benedictióne per nostræ humilitátis servítium puri ✕ ficáre, bene ✕ dícere, et conse ✕ cráre dignérīs: ut divíni scúltibus et sacris mystériis apta et benedicta exsístant (aptum et benedictum exsístat): his quoque sacris vestíbus (hac quoque sacra veste) Pontífices, et Sacerdótes, seu Levítæ tui induti, ab ómnibus impulsiónibus, seu tentatiónibus malignórum spírituum muníti et defénsi esse mereántur: tuisque mystériis apte et condigne servíre et inhærere, atque in his tibi plácite et devóte perseveráre tríbue. Per Christum Dóminum nostrum. R. Amen.

Orémus.

Oratio

**D**eus, invictæ virtútis triumphátor, et ómnium rerum créator ac sanctificátor: inténde propítius preces nostrar̄; et hæc induménta (hoc induméntum) levíticæ, sacerdotális, et pontificális gloriæ, minístris tuis fruénda (fruéndum), tuo ore próprio bene ✕ dicere, sancti ✕ ficáre, et conse ✕ cráre dignérīs: omnésque eis (eo) uténtes, tuis mystériis aptos, et tibi in eis devóte ac laudabíliter serviéntes, gratos efficere dignérīs. Per Christum Dóminum nostrum, R. Amen.

Orémus.

Oratio

**D**ómine Deus omnípotens, qui vestiménta Pontificib⁹, Sacerdótib⁹, et Levítis in usum tabernáculi fœderis necessária, Móysen fámulum tuum ágere jussísti, eúmque spíritu sapiéntiæ ad id peragéndum replevísti: hæc vestiménta (hoc vestiméntum) in usum et cultum mystérii tui bene ✕ dicere, sancti ✕ ficáre, et conse ✕ cráre dignérīs: atque minístros altáris tui, qui ea (id) indúerint, septifórmis Spíritus grátia dignánter repléri, atque castitatis stola, beáta fáciás cum bonórum fructu óperum ministérii congruéntis immortalitatē vestíri. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum: qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sácula sáculorum. R. Amen.

Et aspergantur (aspergatur) aqua benedicta.

CAPUT 21

BENEDICTIO  
MAPPARUM SEU TOBALEARUM  
ALTARIS

℣. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.

℟. Qui fecit cælum et terram.

℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Oratio

**E**xáudi, Dómine, preces nostraras: et hæc linteámina (hoc linteámen), sacri Altáris usui præparat (-um), bene ✕ dícere, et sancti ✕ ficáre dignérис. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Orémus.

Oratio

**D**ómine Deus omnípotens, qui Móysen fámulum tuum ornaménta et linteámina fácere per quadragínta dies docuísti, quæ étiam María téxuit, et fecit in usum ministérii tabernáculi foederis; bene ✕ dícere, sancti ✕ ficáre, et conse ✕ cráre dignérис hæc linteámina (hoc linteámen) ad tegéndum involvendúmque altáre gloriosíssimi Fílli tui Dómini nostri Jesu Christi: Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sǽcula sǽculórum. ℟. Amen.

Et aspergantur (aspergatur) aqua benedicta.

CAPUT 22

BENEDICTIO PALLÆ ET CORPORALIS

℣. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.

℟. Qui fecit cælum et terram.

℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Oratio

**C**lementíssime Dómine, cujus inenarrábilis est virtus, cujus mystéria arcánis mirabílibus celebrántur: tríbue, quæsumus; ut hoc linteámen tuæ propitiatiónis bene ✕ dictióne sanctificétur ad consecrándum super illud Corpus et Ságuinem Dei et Dómini nostri Jesu Christi Fílli tui: Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sǽcula sǽculórum. ℟. Amen.

Orémus.

Oratio

**O**mnípotens sempiterne Deus, bene ✕ dícere, sancti ✕ ficáre, et conse ✕ cráre dignérис linteámen istud ad tegéndum involvendúmque Corpus et Ságuinem Dómini nostri Jesu Christi Fílli tui: Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sǽcula sǽculórum. ℟. Amen.

Orémus.

Oratio

**O**mnipotens Deus, mánibus nostris opem tuæ benedictiónis infúnde: ut per nostram bene ✕ dictióinem hoc linteámen sanctificétur, et Corporis ac Sanguinis Redemptoris nostri novum sudárium, Spíritus Sancti grátia, efficiátur. Per eúmdem Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum: Qui tecum vivit et regnat in unitáte ejúsdem Spíritus Sancti Deus, per ómnia sácula sáculórum. Rx. Amen.

Et aspergatur aqua benedicta.

### CAPUT 23

## BENEDICTIO TABERNACULI SEU VASCULI

pro sacrosancta Eucharistia conservanda

V. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.

Rx. Qui fecit cælum et terram.

V. Dóminus vobíscum. Rx. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Oratio

**O**mnipotens sempiterne Deus, majestátem tuam súpplices deprecámur: ut tabernáculum (seu vásulum) hoc pro Cörpore Fílli tui Dómini nostri Jesu Christi in eo condéndo fabricátum, bene ✕ dictiónis tuæ grátia dicáre dignérис. Per eúmdem Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum: Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sácula sáculórum. Rx. Amen.  
Et aspergatur aqua benedicta,

### CAPUT 24

## SOLEMNIS BENEDICTIO CRUCIS

1. Si Cruces, publicæ venerationi expositæ, solemniter benedicantur, hæc benedictio Ordinario reservatur. qui tamen potest eam cuilibet Sacerdoti committere.

Privatim autem hæc benedictio a quolibet Sacerdote fieri potest sine ulla Ordinarii licentia.

V. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.

Rx. Qui fecit cælum et terram.

V. Dóminus vobíscum. Rx. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Oratio

**R**ogámus te, Dómine sancte. Pater omnípotens, aëterne Deus: ut dignérис bene ✕ dícere hoc signum Crucis, ut sit remédium salutáre géneri humáno; sit solíditas fídei, proféctus bonórum óperum, redémpcio animárum; sit solámen, et protéctio, ac tutéla contra sæva jacula inimicórum. Per Christum Dóminum nostrum. Rx. Amen.

Orémus.

**B**éne ✕ dic, Dómine Jesu Christe, hanc Crucem, per quam eripiústi mundum a potestáte dæmonum, et superásti passióne tua suggestórem peccáti, qui gaudébat in prævaricatióne primi hóminis per ligni vétiti sumptiōnem. **Hic aspergatur aqua benedicta.** Sanctificétur hoc signum Crucis in nómíne Pa ✕ tris, et Fí ✕ lii, et Spíritus ✕ Sancti; ut orántes, inclinantésque se propter Dóminum ante istam Crucem, invéniant córporis et ánimæ sanitátem. Per eúmdem Christum Dóminum nostrum. **R** Amen.

2. Postea Sacerdos ante Crucem genuflexus ipsam devote adorat, et osculatur, et idem faciunt quicumque voluerint.

## CAPUT 25

### SOLEMNIS BENEDICTIO IMAGINIS

**Jesu Christi Domini nostri  
vel B. Mariae Virginis vel alius Sancti**

Si Imagines, publicse veneracioni expositæ, solemniter benedicantur, hæc benedictio Ordinario reservatur, qui tamen potest eam cuilibet Sacerdoti committere,

Privatim autem hæc benedictio a quolibet Sacerdote fieri potest sine ulla Ordinarii licentia.

**V.** Adjutórium nostrum in nómíne Dómini.

**R**. Qui fecit cælum et terram.

**V.** Dóminus vobíscum. **R**. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

**O**mnipotens sempitérne Deus, qui Sanctórum tuórum imágines (*sive* effigies) sculpi aut pingi non réprobas, ut quóties illas óculis córporis intuémur tóties eórum actus et sanctitátem ad imitándum memoriæ óculis meditémur : hanc quæsumus, imáginem (*seu* sculptúram) in honórem et memoriām Unigéniti Filii tui Dómini nostri Jesus Christi (*vel* beatíssimæ Vírginis Maríæ, matris Dómini nostri Jesu Christi, *vel* beáti N., Apóstoli tui, *vel* Mártyris, *vel* Pontíficis, *vel* Confessóris, *vel* beátæ N., Vírginis, *vel* Mártyris) adaptátam, bene ✕ dícere, et sancti ✕ ficáre dignérис: et præsta ut quicúmque coram illa Unigénitum Fílum tuum (*vel* beatíssimum Vírginem vel gloriosum Apostolum, *vel* Mártyrem, *vel* Pontíficem, *vel* Confessórem tuum, *vel* gloriósam Vírginem, *vel* Mártyrem) suppliciter cólere et honoráre studúerit, illíus méritis et obténtu a te grátiam in præsenti et ætérnam glóriam obtineat in futáram . Per (eúmdem) Christum Dóminum nostrum. **R** Amen.

Et aspergatur aqua benedicta

CAPUT 26

RITUS BENEDICENDI ET IMPONENDI  
PRIMARIUM LAPIDEM  
PRO ECCLESIA ÆDIFICANDA

1. Nulla ecclesia ædificetur sine expresso Ordinarii loci consensu scriptis dato, quem tamen Vicarius Generalis præstare neqult sine mandato speciali.

Si Sacerdos, ejus ædificationis primarium, lapidem benedicendi potestatem habens ab Ordinario, ejusmodi functionei peragat, hunc ritum servabit.

2. Pridie quam primarius lapis benedicatur, ligneam Crucem in loco ubi debet esse Altare, figat ipse, vel alias Sacerdos. Sequenti vero die lapis in ecclesiæ fundatione ponendus qui debet esse quadratus, et angularis, benedicatur hoc modo.

3. Sacerdos indutus amictu, alba, cingulo, stola et pluviae albi coloris, adhibitis aliquot Clericis, sal et aquam benedit, nisi prius in promptu habeat aquam jam benedictam, ordinaria benedictione, ut supra (pag. 188), et interim, dum cantatur a Clericis Antiphona cum Psalmo sequenti, aspergit locum, ubi Crux posita est, aqua benedicta.

**Antiphona**

VIII G

Sig - num sa - lú - tis \* po - ne, Dó - mi - ne

Je - su Chri - ste, in lo - co i - sto: et non per -


mít - tas in - tro - í - re An - ge - lum per - cu - ti - én - tem.

Benedictio primarii ecclesiae lapidis


**Psalmus 83**



**Quam di-léc-ta ta-ber-ná-cu-la tu-a, Dó-mi-ne**



**vir-tú-tum: \* con-cu-pí-scit, et dé-fi-cit á-ni-ma**



**me-a in á-tri-a Dó-mi-ni.**

Cor meum, et caro mea\* exultavérunt in Deum vivum.

Etenim passer invénit sibi domum: \* et turtur nidum sibi, ubi ponat pullos suos.

Altaria tua, Dómine virtútum: \* Rex meus, et Deus meus.

Beáti, qui hábitant in domo tua, Dómine: \* in sácula sáculórum laudábunt te.

Beátus vir, cui est auxílium abs te : \* ascensiōnes in corde suo dispósuit, in valle lacrimárum in loco quem pósuit.

Etenim benedictiōnem dabit legislátor, ibunt de virtute in virtútem: \* vidébitur Deus deórum in Sion.

Dómine Deus virtútum, exáudi oratiōnem meam: \* áuribus pérçipe, Deus Jacob.

Protéctor noster, áspice, Deus: \* et réspice in fáciem Christi tui:

Quia mélior est dies una in átriis tuis, \* super mília.

Elégi abjectus esse in domo Dei mei: \* magis quam habitare in tabernáculis peccatórum.

Quia misericórdiam et veritátem díligit Deus: \* grátiā et glóriā dabit Dóminus.

Non privábit bonis eos, qui ámbulant in innocéntia: \* Dómine virtútum, beátus homo, qui sperat in te.

Glória Patri.

4. Finite Psalmo, Sacerdos versus ad locum a se aspersum,

Orémus.

**Oratio**

**D**ómine Deus, qui licet cælo et terra non capiáris, domum tamen dignáris habére in terris, ubi nomen tuum júgiter invocéatur: locum hunc, quásumus, beátæ Mariæ semper Vírginis, et beáti N. (nominando Sanctum vel Sanctam, in cuius honorem ac nomen fundabitur ecclesia), omniúmque Sanctórum intercedéntibus méritis, seréno pietatis tuæ intúitu visita, et per infusiónem grátiæ tuæ ab omni inquinaménto purifica, purificatúmque consérva; et qui dilécti tui David devotiónem in filii sui Salomónis opere complevísti, in hoc ópere desidéria nostra perficere dignérис, effugíantque omnes hinc nequitiæ spirituáles. Per Dóminum. Rx. Amen.

Titulus VIII—Caput 26

5. Postea stans benedit primarium lapidem, dicens:

V. Adjutórium nostrum in nōmine Dómini.

R. Qui fecit cælum et terram.

V. Sit nomen Dómini benedictum.

R. Ex hoc nunc et usque in sæculum.

V. Lápidem, quem reprobavérunt ædificantes.

R. Hic factus est in caput ánguli.

V. Tu es Petrus.

R. Et super hanc petram ædificábo Ecclésiam meam.

V. Glória Patri, et Filio, et Spirítui Sancto.

R. Sicut erat in princípio, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum. Amen.

Orémus.

Oratio

**D**ómine Jesu Christe, Fíli Dei vivi, qui es verus omnípotens Deus, splendor, et imágó æterni Patris, et vita æterna: qui es lapis anguláris de monte sine mánibus abscíssus, et immutáble fundaméntum: hunc lápidem collocándum in tuo nōmine confirma; et tu, qui es princípium et finis, in quo princíprio Deus Pater ab initio cuncta creávit, sis, quæsumus, princípium, et incremémentum, et consummátio ipsíus óperis, quod debet ad laudem et glóriam tui nōminis inchoári: Qui cum Patre et Spíritu Sancto vivis et regnas Deus, per ómnia sæcula sæculórum. R. Amen.

6. Tunc aspereit lapidem ipsum aqua benedicta, et, accepto cultro, per singulas partes sculptit in eo signum crucis, dicens:

In nōmine Pa ✕ tris, et Fí ✕ lii, et Spíritus ✕ Sancti. R. Amen.

Quo facto dicit:

Orémus.

Oratio

**B**éne ✕ dic, Dómine, creatúram istam lápidis, et præsta per invocatiórem sancti tui nōminis: ut, quicúmque ad hanc ecclésiam ædificándam pura mente auxílium déderint, córporis sanitátem, et ánimæ medélam percípiant. Per Christum Dóminum nostrum. R. Amen.

7. postea dicantur Litaniæ ordinariæ (pag. 85) sine Oratinib[us] in fine positis: quibus dictis, parato cæmento, etc Cæmentario assistente, Sacerdos inchoat, Clericis prosequentibus, Antiphonam:

**Antiphona**

IV E

Mane sur-gens Jacob \* e-ri-gé-bat lá-  
pi-dem in tí-tu-lum, fun-dens ó-le-um dé-

Benedictio primarii ecclesiæ lapidis

su-per: vo-tum vo-vit Dó-mi-no: ve-re lo-cus  
i - ste sanc-tus est, et e-go ne-sci-é-bam.

Psalmus 126

Ni - si Dó-mi-nus æ-di-fi-cá-ve-rit do-mum, \* in  
va-num la-bo-ra-vé-runt qui æ-dí-fi-cant e-am.

Nisi Dóminus custodierit civitátem,\* frustra vígilat qui custódit eam.

Vanum est vobis ante lucem súrgere: \* súrgite postquam sedéritis, qui manducáti panem dolóris. Cum déderit diléctis suis somnum: \* ecce heréditas Dómini filii: \* merces, fructus ventris.

8. Quo dicto, Sacerdos stans ponit ipsum primarium lapidem in fundamento, vel saltem ilium tangit, dicens:

In fide Iesu Christi collocámus lápidem istum primárium in hoc fundaménto, in nómine Pa~~+~~tris, et Fí~~+~~lii, et Spíritus ~~+~~ Sancti: ut vígeat vera fides hic, et timor Dei, fraternaque diléctio; et sit hic locus destinátus oratióni, et ad invocándum, et laudándum nomen ejúsdem Dómini nostri Jesu Christi, qui cum Patre et Spíritu Sancto vivit et regnat Deus, per ómnia sácula sáculórum. Rx Amen.

9. Interim cémentarius aptat ipsum lapidem cum cémento:

postea Sacerdos spargit super lapidem aquam benedictam, dicens:

Asperges me, Dómine, hyssópo, et mundábor: lavábis me, et super nivem dealbábor.

Deinde dicitur totus Psalmus Miserére mei, Deus (pag. 218), cum Glória Patri.

Quo dicto, Sacerdos spargit aquam benedictam per omnia funda-menta, si sunt aperta; si vero non sunt aperta, circuit aspergendo funda-menta ecclesiæ designata, hoc modo. Incipiens aspergere, inchoat, Clero prosequente, Antiphonam:

Ant.  
VI F  
O quam me-tu-én-dus est \* lo-cus i-ste!  
ve - re non est hic á-li - ud ni - si do - mus  
De - i, et por - ta cæ-li.

**Psalmus 86**

**Fun-da - mén - ta e - jus in móñ - ti - bus sanc - tis: \***  
**dí - li - git Dó - mi - nus por - tas Si - on su - per**  
**óm - ni - a ta - ber - ná - cu - la Ja - cob.**

Gloriosa dicta sunt de te,\* civitas Dei .

Memor ero Rahab et Babylónis \* scíentíum me.

Ecce alienígenæ et Tyrus, et pópulus Æthíopum  
hi fuérunt illic.

Numquid Sion dicet: Homo, et homo natus est  
in ea:

\* et ipse fundávit eam Altíssimus?

Dóminus narrábit in scriptúris populórum, et  
príncipum: \* horum, qui fuérunt in ea.

Sicut lætántium ómnium\* habitátio est in te.

Glória Patri.

**Ant. VI F**

**O quam me-tu - én-dus est lo - cus i - ste!**  
**ve - re non est hic á - li - ud ni - si do - mus**  
**De - i, et por - ta cæ - li.**

10. Interim aspergendo procedit usque ad fundamenta aperta, sou designata, et repetita Antiphona a Clero, Sacerdos stans dicit: Orémus. Ministri: Flectámus génuá. Rx. Leváte.

Sacerdos:

Oratio

**O**mnípotens et misericors Deus, qui Sacerdótibus tuis tantam præ céteris grátiam contulísti, ut quidquid in tuo nómine digne, perfectéque ab eis ágitur, a te fieri credátur: quásumus imménsam cleméntiam tuam; ut, quidquid modo visitatúri sumus, vísites, et quidquid benedictúri sumus, bene **†** dícas: sitque ad nostræ humilitátis intróitum, Sanctórum tuórum méritis, fuga dáemonum, Angeli pacis ingréssus. Per Christum Dóminum nostrum. Rx. Amen.

**D**eus, qui ex ómnium cohabitatióne Sanctórum æténum majestáti tuæ condis habitáculum: da aëdificatióni tuæ increménta cælestia; ut, quod te jubénte fundátur, te largiénte perficiátur. Per Christum Dóminum nostrum. Rx. Amen.

CAPUT 27

RITUS BENEDICENDI NOVAM ECCLESIAM  
SEU ORATORIUM PUBLICAM

1. Sacerdos novam ecclesiam seu oratorium publicum detentia Ordinarii benedicturus, ut ibi divinum Missæ sacrificium rite celebretur, amictu, alba, cingulo, stola ac pluviali albi coloris indutus, aliquot Clericis adhibitis, prælata Cruce media inter duos Clericos deferentes cereos accensos, mane procedit ad primariam ecclesiæ, vel oratorii januam: ubi stans aperto, conversus ad eam dicat absolute Orationem:

**A**ctiones nostras, quæsumus, Dómine, aspirando préveni, et adjuvando proséquere: ut cuncta nostra oratio et operatio a te semper incípiat, et per te cœpta finiátur. Per Christum Dóminum nostrum. **R.** Amen.

2. Deinde inchoat. Clero prosequente, Antiphonam :

Aspérge me, \* Dómine, hyssópo, et mundábor: lavábis me, et super nivem dealbábor.

Et Clerus alternatim dicit Psalmum Miserére (pag. 218):

in fine, Glória Patri.

3. Interim circumdant exterius ecclesiam (quæ intus debet esse vacua et nuda, et pariter Altaria nuda, excluso populo, donec absoluta sit benedictio), et Sacerdos, accepto aspergillo ex herba hyssopi, ad ejus dexteram se convertens, parietes ecclesiæ in superiori parte, et in fundamentis aqua benedicta aspergit, dicens: Aspérge me, etc.

4. Reversi ad locum, unde Processio initium habuit, repetita Antiphona a Clero, Sacerdos, stans ut prius versus ad ecclesiam, dicit: Orémus.

Ministri: Flectámus génuia. **R.** Leváte.

Sacerdos:

Oratio

**D**ómine Deus, qui licet cælo et terra non capiáris. domum tamen dignáris habére in terris, ubi nōmen tuum júgiter invocétur, locum hunc, quæsumus, beátæ Maríæ semper Vírginis, et beati N. (nominando Sanctum vel Sanctam, in cuius honorem ac nomen benedicitur ecclesia), omniúmque Sanctórum intercedéntibus méritis, seréno pietatis tuæ intúitu vísta, et per infusiónem grátiae tuæ ab omni inquinaménto purifica, purificatúmque consérva; et qui dilécti tui David devotionem in filii sui Salomónis ópere complevísti, in hoc ópere desidéria nostra perficere dignérис, effugíantque omnes hinc nequítiae spirituáles. Per Dóminum. **R.** Amen.

5. Qua fnnta Oratione, omnes bini in ecclesiam intrant, et ad altare majus procedunt, Litanias ordinarias (pag. 85) decantantes.

6. Sacerdos coram altari genuflectit: cumque dictum fuerit: Ut ómnibus fidélibus defunctis réquiem aetérnam donáre dignérис. **R.** Te rogámus, audi nos, surgit Sacerdos, et intelligibili voce dicit:

Ut hanc ecclésiam, et altáre hoc, ad honórem tuum, et nomen Sancti tui N., purgáre, et bene ✕ dícere dignérис. **R.** Te rogámus, audi nos.

Cum dicit benedicere, manu dextera benedit ecclesiam et altare; deinde, ut prius, genuflectit donec perficiantur Litaniæ, et cantores prosequuntur: Ut nos exaudire dignérис, etc.

Titulus VIII—Caput 27

7. Dicto ultimo Kýrie, eléison, **Sacerdos stans dicit:** Orémus.

**Ministri:** Flectámus génuas. **R.** Leváte.

**Sacerdos:**

Oratio

**P**rævéniat nos, quæsumus, Dómine, misericórdia tua: et, intercedentibus ómnibus Sanctis tuis, voces nostras dementia tuæ propitiatiónis anticipet. Per Christum Dóminum nostrum.

**R.** Amen.

8. **Tum distans ab altari congruenti spatio, genuflexus, et se signans, dicit:** Deus, in adjutórium meum intende; **et statim surgit, Clero respondente:**

Dómine, ad adjuvándum me festína; **ipse vero stans dicit:** Glória Patri, et Filio, et Spirítui Sancto. **chorus respondet:** Sicut erat in princípio, et nunc, et semper, et in sǽcula sǽculórum. Amen.

9. **Postea Sacerdos dicit:** Orémus,

**Ministri:** Flectámus génuas. **R.** Leváte.

**Sacerdos:**

Oratio

**O**mnipotens et misericors Deus, qui Sacerdóribus tuis tantam præ céteris grátiam contulísti, ut quidquid in tuo nómine digne, perfecte que ab eis ágitur, a te fieri credátur: quæsumus imménsam cleméntiam tuam; ut quidquid modo visitatúri sumus, visites, et quidquid benedicturi sumus, bene **†** dicas; sitque ad nostræ humilitatis intróitum, Sanctórum tuórum méritis, fuga dæmonum, Angeli pacis ingréssus. Per Dóminum, **R.** Amen.


10 **His dictis, inchoat, Clero prosequente, Antiphonam:**

The musical notation consists of two staves. The top staff is labeled 'III a' and contains vertical black notes on a four-line staff. The bottom staff contains lyrics in a Gothic script: 'Bé-ne-dic, Dó-mi-ne, \* do-mum i-stam, nō-mi-ni tu-o æ-di-fi-cá-tam.' The music is in common time, indicated by a 'C' at the beginning of the first staff.


Ritus benedicendi novam ecclesiam

Et dicuntur tres Psalmi sequentes, videlicet;

Psalmus 119



**Ad Dó-mi-num cum tri-bu-lá-rer cla-má-vi: \***



**et ex-au-dí-vit me.**

Dómine, líbera ániam meam a láiis iníquiis, \*  
et a lingua dolosa.

Quid detur tibi aut quid apponátur tibi, \* ad  
linguam dolósam?

Sagíttae poténtis acútæ \* et carbónibus  
desolátoriis.

Heu mihi, qui incolatus meus prolongatus est: \*  
habitavi cum habitantibus Cedar: \* multum  
incola fuit anima mea.

Cum his, qui oderunt pacem, eram pacificus: \*  
cum loquebar illis, impugnabant me gratis  
Glória Patri. Sicut erat.

Psalmus 120

**L**evávi óculos meos in montes; \* unde véniet  
auxílium mihi?

Auxílium meam a Dómino, \* qui fecit cælum et  
terrā.

Non det in commotionem: \* pedem tuum, \*  
neque dormiet, qui custódit te.

Ecce non dormitábit neque dórmiet, \* qui  
custódit Israël.

Dóminus custódit te, Dóminus protéctio tua, \*  
super manum déxteram tuam.

Per diem sol non uret te: \* neque luna per  
noctem.

Dóminus custódiet te ab omni malo: \*  
custódiat ániam tuam Dominus.

Dóminus custódiat intróitum tuum et éxitum  
tuum, \* ex hoc nunc et usque in sǽculum.  
Glória Patri.

Psalmus 121

**L**ætatus sum, in his quæ dicta sunt mihi: \*  
“In domum Dómini íbimus.

Stantes erant pedes nostri, \* in átriis tuis,  
Jerúsalem.

Jerúsalem quæ ædificátur ut cívitas: \* cuius  
participátio ejus in idípsum.

Illuc enim ascendérunt tribus, tribus Dómini: \*  
tentimónium Israël ad confiténdum nómini  
Dómini.

Quia illuc sedérunt sedes in judício, \* sedes  
super domum David.

Rogáte quæ ad pacem sunt Jerúalem, \* et  
abundántia diligéntibus te:

Fiat pax in virtúte tua: \* et abundántia in  
túrribus tuis.

Propter fratres meos et próximos meos\*  
loquébar pacem de te.

Propter domum Dómini, Dei nostri \* quæsívi  
bona tibi.

Glória Patri.

**Antiphona**

The musical notation consists of two staves of square neumes on four-line red staves. The first staff contains the text 'Bé-ne-dic, Dó-mi-ne, do-mum i-stam, nō-mi-ni'. The second staff contains 'tu-o æ-di-fi-cá-tam.'. A vertical bar line separates the two staves.

11. Interim aspergit interius parietes in parte superiori et inferiori, inchoans aspersionem a parte Evangelii, dicens: Aspérges me, etc., tum, ad altare re versus, dicit: Orémus.

Ministri: Flectámus génuá. **R**. Leváte.

Sacerdos:

Oratio

**D**EUS, qui loca nōmini tuo dicánda sanctífcas, effúnde super hanc oratiónis domum grátiam tuam: ut ab ómnibus hic nomen tuum invocántibus auxílum tuæ misericórdiæ sentiátur. Per Dóminum. **R**. Amen.

12. His peractis, dicitur Missa de Mysterio vel Sancto, in cuius honorem ecclesia est benedicta; sed, si occurrat Officium Missæ votivas solemnes pro re gravi excludens, dicitur Missa de die occurrenti, cum Commemoratione Titularis, juxta Missalis rubricas.

13. Ecclesiæ vero cathedrales, et, quantum fieri potest, ecclesias collegiatæ, conventuales et parœciales. quamvis a simplici Sacerdote, ut supra, sint benedictæ, solemniter tamen consecranda; sunt.

14. Oratoria privata seu domestica nec consecrari nec benedici possunt more ecclesiarum.

## Ritus reconciliandi ecclesiam violatam

### CAPUT 28

## RITUS RECONCILIANDI ECCLESIAM VIOLATAM *quæ fuerit tantummodo benedicta*

1. Violata ecclesia, non ideo cœmeterium, etsi contiguum, violatum censetur, et viceversa. Si vero cœmeterium ecclesiæ pollutæ contiguum violatum fuerit, illud una cum ecclesia reconciliatur.

Ecclesiæ benedictæ ac violatæ reconciliatio per Rectorem ejusdem, vel quemlibet Sacerdotem, de consensu saltem præsumpto Rectoris, fiat hoc modo. Altare ecclesiæ omnino nudetur provideaturque, ut ecclesia possit libere circumiri tarn extenus, quam interiuia, si fieri potest. Paretur vasculum cum aqua benedicta, et aspergillum de herba hyssopi factum. Sacerdos, indutus amictu, alba, cingulo, stola et pluviali albi coloris, adhibitis aliquot Clericis, procedit ad primariam ecclesiæ portam, ubi stans, incipit, Clero prosequente, Antiphonam:

Aspérge me, \* Dómine, hyssópo, et mundábor: lavábis me, et super nivem dealbábor.

Et dicitur totus Psalmus Miserére (pag. 218), cum Glória Patri. Quo finite, Antiphona repetitur Interim dum Antiphona et Psalmus dicuntur, Sacerdos aqua benedicta aspergit in circuitu extrinsecus ecclesiam, et cœmeterium, simul aspergendo alternatim ad parietes ecclesiæ, ac ad terram cœmeterii præsertim ad loca contaminata. Si vero cœmeterium violatum non fuerit, ejus aspersio omittitur.

Quo facto, redit ad locum, ubi incepit aspergere, et stans dicit:

Orémus.

Oratio

**O**mnípotens et misericors Deus, qui Sacerdótibus tuis tantam præ céteris grátiam contulísti, ut quidquid in tuo nómine digne, perfecte ab eis ágitur, a te fieri credátur: quæsumus imménsam cleméntiam tuam; ut quidquid modo visitatúri sumus. vísites, et quidquid benedictúri sumus, benei ✕ dicas; sitque ad nostræ humilitatis intróitum, Sanctórum tuórum méritis, fuga dáemonum, Angeli pacis ingréssus. Per Christum Dóminum nostrum.

℟. Amen.

2. Deinde omnes bini in ecclesiam ingrediuntur, et ad altare majus accedunt, Litanias ordinarias (pag. 85) decantantes.

Sacerdos coram altari genuflectit: cumque dictum fuerit:

Ut ómnibus fidélibus defúnctis réquiem ætérnam donáre dignéris. **℟.** Te rogámus, audi nos,

Sacerdos aurgit, et clara voce dicit:

Ut hanc ecclésiam, et altáre hoc ac cœmetérium purgáre, et reconci ✕ liáre dignéris. **℟.** Te rogámus, audi nos.

3. Si vero cœmeterium violatum non fuerit, omittuntur verba ac cœmeterium.

Deinde rursus genuflectit, et Litaniæ perficiuntur. Quibus finitis, Sacerdos, versus ad dictum altare, dicit: Orémus.

Ministri: Flectámus génuas. **℟.** Leváte.

Sacerdos:

Oratio

**P**reævéniat nos, quæsumus Dómine, misericórdia tua: et itercedéntibus ómnibus Sanctis tuis voces nostras cleméntia tuæ propitatiónis anticipet. Per Christum Dóminum nostrum. **R.** Amen.

4. Deinde sacerdos genuflectit ante altare et se signo crucis muniens, clara voce dicit: Deus, in adjutorium meum inténde: **tum surgit, et Chorus, seu adstantes Clerici respondent:** Dómine, ad adjuvandum me festina; **et Sacerdos stans, dicit:** Glória Patri, et Fílio, et Spirítui Sancto. **R.** Sicut erat in princípio, et nunc, et semper, et in sǽcula sǽculórum. Amen.

5. Quo dicto, Sacerdos inchoat, Clero prosequente, Antiphonam:

VII a

**Ex-súrgat De - us, \* et dis-si - pén - tur in-**

**i-mí-ci e - jus, et fú-gi - ant qui o - dé-runt e - um**

**a fá - ci - e e - jus.**

## Psalmus 67

**In ec-clé - si - is be-ne - dí - ci - te De - o Dó - mi - no, \***

**de fón - ti - bus Is - ra - el.**

Repetitur Antiphona

Ibi est Bénjamin adolescéntulus, \* in mentis excéssu.

Repetitur Antiphona

Príncipes Juda, duces eórum: \* príncipes Zábulon, príncipes Néphthali

Repetitur Antiphona

Manda, Deus, virtuti tuæ: \* confirma hoc, Deus, quod operátus es in nobis

Repetitur Antiphona

A templo sancto tuo in Jerúsalem, \* tibi ófferent reges múnera.

Repetitur Antiphona

Increpa feras arúndinis, congregatio taurórum in vaccis populórum: \* ut exclúdant eos, qui probáti sunt argénto.

Repetitur Antiphona

Díssipa Gentes, quæ bela volunt: vénient legáti ex Ægypto: \* Æthíópia pervéniet manus ejus Deo.

Ritus reconciliandi ecclesiam violatam

Repetitur Antiphona

Regna terra cantáte Deo: \* psállite Dómino.

Repetitur Antiphona

Ecce dabit voce suæ vocem virtútis, date glóriam Deo super Israël, \* magnificéntia ejus, et virtútus ejus in núbibus.

Repetitur Antiphona

Psállite Deo, qui ascéndit super cælum cæli, \*ad Oriéntem

Repetita Antiphona

Mirábilis Deus in sanctis suis, Deus Israël ipse dabit virtútem, et fortitudinem plebi suæ, \* benedictus Deus.

6. Interim dum Antiphona et Psalmus predicti Dicuntur, Sacerdos circuit ecclesiam intrinsecus aspergendo: aspergit etiam specialiter loca contaminata. Quo facto, stans in presbyterio versus ad altare, dicit:

**D**eus, qui in omni loco dominatiónis tuæ clemens et benígnus purificátor assístis: exáudi nos, quæsumus, et concéde; ut in pósterum inviolábilis hujus loci permáneat benedictio, et tui múnieris beneficia univérsitas fidélium, quæ súpplicat, percípere mereátur. Per Christum Dóminum nostrum.

**R**. Amen.

7. Deinde dicitur Missa de die occurrenti.

8. Simplex Sacerdos tantum de licentia Ordinarii potest ecclesiam consecratam reconciliare, et tunc utatur ritu in Pontificali præscripto: procedatque indutus amictu, alba, cingulo, stola et pluviali albi coloris, adhibitis secum aliquot Clericis superpellicis indutis.

In casu tamen gravis et urgentis necessitatis, si Ordinarius adiri nequeat. Rectori ecclesiæ consecratæ eamdem reconciliare fas est, certiore facto postea Ordinario.

CAPUT 29

RITUS BENEDICENDI  
NOVUM CEMETERIUM

1. Pridie quam fiat benedictio, ponitur in medio cœmeterii benedicendi lignea Crux, alta ad staturam hominis et ante ipsam Crucem in terra figitur paxillus tridens ligneus, altus ad cubitum unum, aptus ad affigendum illi tres candelas.

2. Sequenti die mane Sacerdos, ab Ordinario delegatus, in sacristia paratur amictu, albo, cingulo, stola ac pluviali albi coloris, et, adhibitis aliquot Clericis indutis superpelliceis, qui deferant vasculum aquæ benedictæ, aspergillum, thuribulum cum incensi navicula, hunc Ritualem librum et tres candelas cereas, procedit ad cœmeterium benedicendum ante Crucem in medio positam, et affiguntur, et accenduntur tres candelas super ligneum paxillum: tunc Sacerdos, ante Crucem et candelas stans, discoeperto capite, dicit:

Orémus.

Oratio

**O**mnipotens Deus, qui es custos animarum, e tutela salutis, fides credentium: respice propitiatus ad nostræ servitutis officium, et ad introitum nostrum purgetur, bene ✕ dicatur, et sancti ✕ ficetur hoc cœmeterium; ut humana corpora hie post vitæ cursum quiescentia, in magno judicii die simul cum felicibus animabus mereantur adipisci vitæ perennis gaudia. Per Christum Dominum nostrum. Rx. Amen.

3. Mox ante ipsam Crucem omnes genibus flexis dicunt Litanias ordinarias (pag. 85), ineipiente cantore, ceteris respondentibus; et cum dictum fuerit: Ut omnibus fidelibus defunctis, etc. Rx. Te rogamus, audi nos, Sacerdos surgit, et clara voce dicit, producens manu signum crucis:

Ut hoc cœmeterium purgare, et bene ✕ dicere digneris. Rx. Te rogamus, audi nos.

4. Deinde Sacerdos, ut prius, genuflectit, et Litaniæ perficiuntur.

5. Quibus finitis, surgunt omnes, et Sacerdos Crucem aspergit aqua benedicta, dicens Antiphonam:

Asperges me, Domine, hyssopo, et mundabor: lavabis me, et super nivem dealphabor.

6. Deinde dicitur ab astantibus totus Psalmus Miserere (ut infra, pag. 218), cum Gloria Patri Quo dicto repetitur Antiphona. Dum dicitur Psalmus, Sacerdos circuit, et perambulat totum cœmeterium, incipiens ad ejus dexteram, aspergens ubique aqua benedicta: quo facto, reddit ante Crucem et, ad ipsam respiciens, dicit:

Orémus,

Oratio

**D**eus, qui es totius orbis conditor, et humani generis redemptor, cunctarumque creaturarum visibilium et invisibilium perfectus dispösitor: te supplici voce, ac puro corde exposcimus; ut hoc cœmeterium, in quo famulorum, familiarumque tuorum corpora quietescere debent, post currícula hujus vitæ labentia, pur ✕ gare, bene ✕ dicere, et sancti ✕ ficare digneris: quique remissionem omnium peccatorum per tuam magnam misericordiam in te confidentibus praestitisti, corporibus quoque eorum in hoc cœmetorio quiescentibus, et tubam primi Archangeli exspectantibus, consolationem perpetuam largiter impertire. Per Christum Dominum nostrum. Rx. Amen.

7. Tunc figit in summitate Crucis unam ex tribus candelis ardentibus, et alias duas similiter ardentes in duobus brachiis ejusdem Crucis. Deinde incensat ipsam Crucem, et, aspergens cœmeterium aqua benedicta, reddit cum Ministris in sacristiam.

## Ritus reconciliandi cœmeterium violatum

### CAPUT 30

## RITUS RECONCILIANDI CŒMETERIUM VIOLATUM

1. Si cœmeterium ecclesie pollutæ contiguum violatum fuerit, illud una cum ecclesia reconciliatur, ut supra (pag. 214) dictum est, Secus cœmeterii reconciliatio fit hoc modo.

Mane diei, qua facienda est reconciliatio. Rector Cœmeterii vel quilibet Sacerdos, de consensu saltem præsumpto Rectoris, adhibitis aliquot Clericis indutis superpelliceis, in sacristia, aul alio decenti loco, vestitus amictu, alba, cingulo, stola et pluviali albi coloris, accedit ad medium cœmeterii. Clerico vasculum aquæ benedictæ et aspergillum deferente: et ibi super tapete genuflectit una cum Ministris; et cantores, aliquique omnes, genibus flexis, dicunt Litanias ordinarias (pag. 85). In quibus cum dictum fuerit:

Ut ómnibus fidélibus defunctis, etc.

**R.** Te rogámus, audi nos.

Sacerdos surgit et, manu dextera producens signum crucis super cœmeterium, clara voce dicit:

Ut hoc cœmetérium recon **X** ciliare et sancti **X** ficare dignérис. **R.** Te rogámus, audi nos.

2. Deinde Sacerdos, ut prius, genuflectit, cantoribus Litanias perficientibus.

3. Quibus finitis, surgunt omnes, et Sacerdos, accepto aspergillo cum aqua benedicta, inchoat, Clero prosequente, Antiphonam:

Aspérges me, \* Dómine, hyssópo, et mundábor: lavábis me, et super nivem dealbábor.

### Psalmus 50

**M**iserére mei, Deus \* secúndum magnam misericordiam tuam.  
Et secúndum multitudinem miseratiónum tuárum,\* dele iniquitátem meam.  
Amplius lava me ad iniquitáte mea: \* et a peccáto meo munda me.  
Quóniam iniquitátem mea ego cognóscō: \* et peccátum meum contra me est semper.  
Tibi soli peccávi, et malum coram te feci: \* ut justificeris in sermónibus tuis, et vincas cum judicáris.  
Ecce enim in iniquitá-tibus concéptus sum: \* et in peccátis concépit me mater mea.  
Ecce enim veritátem dilexísti: \* incépta et occulta sapiéntiæ tuae manifestásti mihi.  
Aspérges me hyssópo, et mundábor: \* lavábis me, et super nivem dealbábor.  
Audítui meo dabis gáudium et lètitiā: \* et exsultábunt ossa humiliáta.  
Avérte fáciem tuam a peccátis meis: \* et omnes iniquitátes meas dele.  
Cor mundum crea in me, Deus: \* et spíritum rectum innova in viscéribus meis.

Avérte fáciem tuam a peccátis meis: \* et omnes iniquitátes meas dele.  
Cor mundum crea in me, Deus: \* et spíritum rectum innova in viscéribus meis.  
Ne projícias me a fácie tua: \* et spíritum sanctum tuum ne áuferas a me.  
Redde mihi lètitiā salutáris tui: \* et spíritu principali confírma me.  
Docébo iníquos vias tuas: \* et ímpii ad te converténtur.  
Líbera me de sanguínibus, Deus, Deus salútis meæ: \* et exsultábit lingua mea justitiā tuam.  
Dómine, lábia mea apéries: \* et os meum annuntiábit laudem tuam.  
Quóniam si voluisses sacrificium, dedísem útique: \* holocáustis non delectáberis.  
Sacrificium Deo spíritus contribulátus: \* cor contrítum, et humiliátum, Deus, non despíces.  
Benígne fac, Dómine, in bona voluntáte tua Sion: \* ut aedificéntur muri Jerúsalem.  
Tunc acceptábis sacrificium justitiæ, oblationes, et holocáusta: \* tunc impónent super altáre tuum vítulos.

Ritus reconciliandi cœmeterium violatum

4. Dum hæc dicuntur, Sacerdos circuit totum cœmeterium, incipiens ad ejus dexteram, aspergens ubique aqua benedicta, præsertim in loco, ubi violatio commissa est. Quo peracto, redit ad locum ubi Litaniæ dictæ fuerunt, et ibi stans dicit; Orémus,

Ministri; Fléctamus génuia. **R.** Leváte.

Sacerdos


Oratio

**D**ÓMINE pie, qui agrum figuli préto sanguinis tui in sepultúram peregrinórum comparári voluísti: quæsumus, dignánter reminíscere clementíssimi hujus mystérii tui. Tu es enim, Dómine, figulus noster: tu quiétis nostræ ager: tu agri hujus prétiū. Tu dedísti etiam, et suscepísti. Tu de préto tui vivífici sanguinis nos requiéscere donásti. Tu ergo, Dómine, qui es offensiónis nostræ clementíssimus indúltor, exspectantíssimus judicátor, judíci tui superabundantíssimus miserátor, judíciu tuæ justíssimæ severitatis abscóndens, post miseratióne tuæ piæ redemptiónis, adéstō exaudítor et efféctor nostræ reconciliatióne: hocque cœmetérium, peregrinórum tuórum, cælestis pátriæ incolátum exspectántium, benígnus purífica, et reconcilia; et hic tumulatórum et tumulandórum córpora, de poténtia et pietate tuæ resurrectiōnis ad glóriam incorruptiōnis, non damnans, sed glorificans resúscita: Qui ventúrus es judicáre vivos, et mórtuos, et sǽculum per ignem. **R.** Amen.

CAPUT 31

RITUS BENEDICENDI  
POPULOS ET AGROS  
*ex Apostolicæ Sedi indulto*

1. Accepto diplomate pontifido, constituatur dies Dominica, Delegato et populo commodior, pro ejusdem diplomatis publicatione, et exsecutionis inchoatione,
2. Die constituta, mane fiat concio, qua doceatur populus de contentis in diplomate pontificio, et de præparatione ad futuram Absolutionem et Benedictionem, Deinde a Delegato celebretur Missa "pro remissione peccatorum", in paramentis violaceis, sine Glória in excélsis, et cum Credo, ad instar Missæ votvæ solemnis pro re gravi et publica simul causa; qua finita, Celebrans, depositis casula et manipulo, induatur pluviali violaceo, et si sit Episcopus, mitram auriphrigiatam assumat: tum, omnibus genuflexis ante Altare, cantentur Litaniæ Sanctorum (pag. 85), omissis Precibus et Orationibus post eas dici solitus.
3. Sedeat Delegatus, finitis Litaniis, cooperto capite, in sede sibi parata super scabello Altaris, vel in sede episcopali, si est Episcopus, seu super faldistorio posito super dicto scabello, cum duobus Ministris paratis more diaconali et subdiaconali sine manipulis, astantibus hinc inde a lateribus omnibus de Clero: et alta voce ab aliquo legatur diploma coram populo: quo lecto, dicat Delegatus: Deo grátiás.
4. Tunc nomine populi ille, qui ibi pro Diacono assistit, profunde inclinatus a sinistris Delegati facit confessionem in cantu:



**Con-fí-te - or De - o omni-po-tén-ti, be - á-tæ Ma-ri - æ**

**semper Vir-gi-ni, be - á-to Mi-cha-é-li Archánge-lo,**

**be - á-to Jo-án-ni Bap-tis-tæ, sanctis A-pó-sto-lis**

**Petro et Paulo, óm-ni-bus Sànc-tis, et ti-bi, pa-ter,**

**qui - a pec-cá-vi ni-mis co-gi-ta - ti - ó-ne, verbo et**

Ritus benedicendi populos et agros

ó-pe-re: me - a culpa, me - a culpa, me - a má-xi-ma  
cul-pa. Ide-o pre-cor be - á-tam Ma-rí - am semper  
Vir-gi - nem, be - á-tum Mi-chá - é-lem Archánge - lum,  
be - á-tum Jo - ánnem Bap-tís-tam, sanctos Apósto-los  
Pe-trum et Pau-lum, omnes Sanctos, et te, pa-ter,  
o-rá-re pro me ad Dó-mi-num, De - um nostrum.

5. Qua finita, Delegatus, assumpto baculo pastorali in sinistra manu, si est Episcopus, et adhuc sedens cooperto capite incipit Psalmum Miserére (pag. 218), in cuius fine dicitur Glória Patri: et deinde incipit Psalmum Deus misereártur (pag. 250),
6. Hi Psalmi recitantur sine cantu, alternatim a Delegato et a Clero, super universum Clerum et populum genuflexum.
7. Quibus finitis, Delegatus stans detecto capite, baculoque deposito, si est Episcopus, versus populum manibus junctis, dicit:

Kýrie, élison. Clerus prosequitur:

Christe, élison. Kýrie, élison.

Delegatus subjungit:

Pater noster secreto usque ad

- ℣ Et ne nos indúcas in tentatióñem.  
℟ Sed líbera nos a malo.  
℣ Salvos fac servos tuos.  
℟ Deus meus, sperántes in te.  
℣ Nihil proficiat inimícus in eis.  
℟ Et filius iniquitatis non appónat nocére eis.  
℣ Esto eis Dómine, turris fortitúdinis.  
℟ A fácie inimíci.

## Titulus VIII—Caput 31

℣ Dómine, exáudi oratióne meam.  
℟ Et clamor meus ad te véniat.  
℣ Dóminus vobíscum. ℟ Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Oratio

**D**eus, cui próprium est miseréri semper et párcere: súscipe deprecationem nostram; ut nos et omnes fámulos tuos, quos delictórum caténa constríngit, miserátio tuæ pietatis cleménter absolvat. Per Dóminum. ℟ Amen.

8. Deinde sedens Delegatus cooperto capite, et, si est Episcopus, assumpto baculo, dicit;

**M**isereátur vestri omnípotens Deus, et, dimíssis peccátis vestris, perdúcat vos ad vitam ætérnam. ℟ Amen.

**I**ndulgéntiam, absolutiónem, et remissióne peccatórum vestrórum tríbuat vobis omnípotens et misericors Dóminus. ℟ Amen.

9. Manuque dextera super populum genuflexum extensa, addit:

**A**uctoritaté Dei omnipoténtis, et beatórum Apostolórum Petri et Pauli, a sanctíssimo Dómino nostro Papa N. mihi concéssa, absólvo vos et omnes hujus loci, ab omni vínculo excommunicatiónis, suspensiónis, interdícti, aliisque ecclesiásticis sententiis, censúris, et pœnis, per vos incúrsis, quas modo ignorátis, juxta tenórem pontificii diplómatis próxime lecti. Et restítuo vos omnes communióni, et unitati fidélium, et sanctis sacraméntis Ecclésiae.

In nōmine Patris, et Fílii,  et Spíritus Sancti.

℟ Amen.

10. Si est Episcopus, facit ter signum crucis, dum dicit:

11. Tunc Delegatus adhuc sedens, per se ipsum, vel alium firmioris vocis, indicet dies tres singillatim pro jejunio; et decernat diem Dominicam sequentem, vel aliam arbitrio suo, pro Communione, Benedictione agrorum et populi, et Indulgéntia plenaria.

12. Die constituta, populus universus debet communicare et hora competenti Delegatus cantabit Missam, quæ est ad finem Missalis, sub titulo "Pro quacumque necessitate", cum paramentis violaceis, sine Glória, et cum Credo, ad instar Missæ Votivæ solemnis pro re gravi et publica simul causa.

In fine Missæ Celebrans benedicit de more. et, si est Episcopus, non dat indulgentias.

13. Finita Missa, Delegatus et duo Ministri assumunt paramenta alba, et Delegatus, si est Episcopus, mitram pretiosam; tum, genuflexis ante Altare cum universo Clero et populo, cantantur Litaniæ Sanctorum (pag. 85), repetito ter.

℣ Ut fructus terræ dare, et conserváre dignéris:

℟ Te rogamus, audi nos.

Illisque finitis, Delegatus stans detecto capite, manibus junctis dicit:

Pater noster **secreto usque ad**

℣ Et ne nos indúcas in tentatióne.

℟ Sed líbera nos a malo.

Et additur a Clero in cantu:

**Psalmus 84**

**B**enedixisti Dómine, terram tuam: \* avertísti captivitátem Jacob.  
 Remisísti iniquitátem plebis tuæ: \* operuísti ómnia peccáta eórum.  
 Mitigásti omnem iram tuam: \* avertísti ab ira indignatiónis tuæ.  
 Convérte nos, Deus, salutáris noster : \* et avérte iram tuam a vobis.  
 Numquid in æténum irascéris nobis? \* aut exténdes iram tuam a generatióne in generatiónen?  
 Deus tu convérsum vivificábis nos: \* et plebs tua lætabitur in te.  
 Osténde nobis Dómine, misericórdiam tuam\* et salutáre tuum da nobis.

Quo finite, Delegatus dicit:

℣ Benedíces corónæ anni benignitátis tuæ.  
 ℥ Et campi tui replebúntur ubertáte.  
 ℣ Oculi ómnium in te speránt, Dómine.  
 ℥ Et tu das illis escam in témpore opportúno.  
 ℣ Dómine, exáudi oratióne meam.  
 ℥ Et clamor meus ad te véniat.  
 ℣ Dóminus vobíscum, ℥ Et cum spíritu tuo.

Orémus.

**Oratio**

**D**eus, refúgium nostrum et virtus: adésto piis Ecclésiæ tuæ prémibus, auctor ipse pietatis, et præsta; ut, quod fidéliter pétimus, efficáciter consequámur.

**D**eus, qui in omni loco dominatiónis tuæ clemens et benígnus assístis: exáudi nos, quæsumus, et concéde; ut in pósterum inviolábilis hujus loci permáeat bene ✠ díctio, et tui múnneris benefícia, univérsitas hæc fidélium, quæ súpplicat, percípere mereátur.

**O**rámus pietátem tuam, omnípotens Deus: ut fructus terræ, quos aëris et plúviae temperamento nutríre dignáris, benedictiónis tuæ imbre perfúndas, et tríbuas huic pópolo tuo de tuis munéribus tibi semper grátias ágere; ut fertilitáte terræ, esuriéntium ánimas bonis affluéntibus répleas, et egénus et pauper laudent nomen gloriæ tuæ. Per Christum Dóminum nostrum. ℥ Amen.

14. Postea assumpto baculo, si est Episcopus, et cooperto capite, dicit Delegatus:

Benedictio Dei omnipoténtis, Patris, et Fílii, ✠ et Spíritus Sancti, super agros, et bona quæcúmque loci hujus, plena descéndat, et máneat semper, ℥ Amen.

15. Si est Episcopus, facit ter signum crucis, dum dicit prædicta verba.

## Titulus VIII—Caput 31

16. Deinde accepto de manu dignioris de Clero aquæ benedictæ aspersorio, aspersit versus quatuor mundi partes, dicens sine cantu, et sine Psalmo Antiphonam:

Aspérge me, Dómine, hyssópo, et mundábor: lavábis me, et super nivem dealbábor.

17. pro Benedictlone populi, operto capite, manibus junctis, dicit:

Pater noster **secreto usque ad**

℣ Et ne nos indúcas in tentatióne.

℟ Sed líbera nos a malo.

℣ Salvos fac servos tuos.

℟ Deus meus, sperántes in te.

℣ Non secúndum peccáta nostra fáciás nobis.

℟ Neque secúndum iniquitátes nostras retríbuas nobis.

℣ Mitte nobis, Dómine, auxílium de sancto.

℟ Et de Sion tuére nos.

℣ Dómine, exáudi oratióne meam.

℟ Et clamor meus ad te véniat.

℣ Dóminus vobíscum. ℟ Et cum spíritu tuo.

Orémus.

**Oratio**

**P**rotéctor in te sperántium, Deus, exáudi preces pópuli tui, et præsta; ut véniat super nos sperátæ a te benedictiónis ubértas, et pietátis tuæ munéribus júgiter perfruámur. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum: Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sǽcula sǽculórum. ℟ Amen.

18. Tunc Diaconus cantat alta voce:

Humiliáte vos ad apostólicam Benedictiόnem.

Postea Delegatus stans operto capite, et, si est Episcopus. baculum sinistra tenens manu, benedicit semel, et, si est Episcopus, ter, dicens:

**A**uctoritaté Dei omnipoténtis, et beatórum Apostolórum Petri et Pauli, et sanctissimi Dómini nostri Papæ **N.** benedíco vos, et omnes hujus loci: In nōmine Patris, et Filii, **☩** et Spíritus Sancti. ℟ Amen.

19. Demum cantatur Hymnus Te Deum (pag. 257), inchoatus a Delegato; quo finito, Delegatus cantat Orationem pro gratiarum, actione:

Orémus.

**Oratio**

**D**eus, cuius misericórdiæ non est númerus, et bonitatis infinítus est thesáurus: piíssimæ majestáti tuæ pro collátis donis grátias ágimus, tuam semper cleméntiam exorántes; ut, qui peténtibus postuláta concédis, eósdem non déserens, ad præmia futúra dispónas. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum: Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sǽcula sǽculórum. ℟ Amen.

Cantores addunt: Benedicámus Dómino.

℟ Deo grátias.

## Titulus VIII—Capita 32 et 33

### CAPUT 32

## RITUS BENEDICTIONIS PAPALIS SUPER POPULUM ELARGIENDÆ

**servandus a sacerdotibus, quibus a S. Sede  
hujusinodi facultas indulta est.**

(Juxta decretum S. C. Rituum die 12 Martii 1940.)

1. Admoneatur populus de ecclesia, die et hora, qua dabitur poniticia Benedictio. Postquam populus ad ecclesiam convenerit, ad contritionis et devotionis sensus pio breve sermone excitetur. Mox vero Sacerdos, nullis circumstantibus ministris, superpelliceo et stola alba indutus, ante altare genuflexus, sequentibus versibus Dei opem imploret.

℣. Adjutorium nostrum in nomine Domini.

℟. Qui fecit celum et terram.

℣. Salvum fac populum tuum, Domine.

℟. Et benedic hereditati tue.

℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

Deinde stans sequentem recitet Orationem:

Orémus.

Oratio

**O**mnipotens et misericors Deus, da nobis auxilium de sancto, et vota populi hujus, in humilitate cordis veniam peccatorum poscentis tuamque benedictionem praestolantis et gratiam, clementer exaudi: dexteram tuum super eum benignus extende, ac plenitudinem divinae benedictionis effunde, qua, bonis omnibus cumulatus, felicitatem et vitam consequatur aeternam. Per Christum Dominum nostrum.

℟. Amen.

2. Postea ad cornu Epistolae accedat; ibique stans, una alta voce haec verba:

Benedicat vos omnipotens Deus, Pater, et Filius, ☧ et Spiritus Sanctus. ℟. Amen.

3. Sacerdotes qui facultate gaudent impertiendi Benedictionem Papalem formulam prescriptam servent; hac facultate non utantur nisi in designata ecclesia; non autem eodem die et loco quo Episcopus eam impertiatur.

### CAPUT 33

## RITUS ABSOLUTIONIS GENERALIS ET BENEDICTIONIS PAPALIS

**ex Apostolicæ Sedis indulto pro regularibus  
Ordinibus et Tertiariis ad eos pertinentibus**

1. Pro Benedictione Apostolica cum indulgentia plenaria in articulo mortis retineatur in omnibus formula superius (pag. 98) prescripta, addito tantum ad Confiteor nomine Sancti proprii Fundatoris.
2. Benedictio Summi Pontificis nomine super Congregationem impertienda detur cum formula superius tradita, sed nonnisi bis in anno, et sub condicione quod haec Benedictio numquam detur eodem die et loco quo Episcopus eam impertiatur.

### Absolutio generalis pro Regularibus

3. In Absolutione generali pro Regularibus cujuscumque Ordinis, atque in Benedictione cum indulgentia plenaria pro Tertiariis sacerdibus adhibeantur omnino duas insequentes formulæ:

#### **I. Formula Absolutionis generalis pro Regularibus**

cujuscumque Ordinis hoc privilegio fruentibus

Sacerdos, superpelliceo et stola violacea indutus, dicit:

**Ant.** Ne reminiscáris, Dómine, delicta nostra vel paréntum nostrorum, neque vindictam sumas de peccatis nostris.

Kýrie, eléison. Christe, eléison. Kýrie, eléison.

Pater noster **secreto usque ad**

℣ Et ne nos indúcas in tentaciónem.

℟ Sed líbera nos a malo.

℣ Osténde nobis, Dómine, misericordiam tuam.

℟ Et salutare tuum da nobis,

℣ Dómine, exáudi oratióne meam.

℟ Et clamor meus ad te véniat.

℣ Dominus vobíscum. ℟ Et cum spíritu tuo.

Orémus.

**Oratio**

**D**eus, cui próprium est, miseréri semper et párcere, súscipe deprecationem nostram, ut nos, et omnes fámulos tuos, quos delictórum cátena constríngit, miserálio tuæ pietatis cleménter absolvat.

**E**xáudi, quæsumus, Dómine, súpplicum preces, et confiténtium tibi parce peccatis, ut páriter nobis indulgentiam tríbuas benígnus et pacem.

**I**n effábilem nobis, Dómine, misericordiam tuam cleménter osténde: ut simul nos et a peccatis ómnibus éxuas, et a poénis, quas pro his merémur, erípias.

**D**eus, qui culpa offénderis, poenitentia placáris: preces pópuli tui supplicántis propítius réspice; et flagélla tuæ iracundiæ, quæ pro peccatis nostris merémur, avérte. Per Christum Dóminum nostrum.

℟ Amen.

**Completis precibus, ab uno ex astantibus dicitur Confitéor, addito nomine Sancti proprii Fundatoris,**

**Deinde Sacerdos dicit:** Misereátur vestri, etc., Indulgentiam, absolutionem, etc.

**Postea subjungit:**

**D**óminus noster Jesus Christus per mérita suæ sacratissimæ passiónis vos absolvat, et grátiam suam vobis infundat. Et ego auctoritaté ipsíus, et beatórum Apostolorum Petri et Pauli, et Summórum Pontíficuum Ordini nostro ac vobis concéssa, et mihi in hac parte commíssa, absólvo

## Titulus VIII—Caput 33

vos ab omni vínculo excommunicatiónis, suspensiónis et interdícti, si quod forte incurristis, et restítuo vos unióni, et participatióni fidélium, necnon sacrosánctis Ecclésiæ sacraméntis. Item eádem auctoritáte absólvo vos ab omni transgressióne votórum et régulæ, constitutiónum, ordinatiónum et admonitiónum majórum nostrórum, ab ómnibus pœniténtiis oblítis, seu étiam neglécitis, concédens vobis remissióne et indulgentiam ómnium peccatórum, quibus contra Deum et próximum fragilitáte humána, ignorántia, vel malitia deliquístis, ac de quibus jam conféssi estis: In nómine Patris, et Fílli, **†** et Spíritus Sancti. Amen.

### **II. Formula Benedictionis cum indulgentia plenaria pro Tertiariis sacerularibus**

ceterisque omnibus communicationem privilegiorum et gratiarum cum iisdem, vel cum Regularibus cujuscumque Ordinis habentibus

Sacerdos, superpelliceo et stola violacea indutus, dicit:

**Ant.** Intret orátio mea in conspéctu tuo, Dómine; inclína aurem tuam ad preces nostras; paræ, Dómine, parce pópulo tuo, quem redemísti sanguine tuo pretiósso, ne in ætérnum irascáris nobis.

Kýrie, eléison. Christe, eléison. Kýrie, eléison.

Pater noster **secreto usque ad**

**V** Et ne nos indúcas in tentatióne.

**R** Sed líbera nos a malo.

**V** Salvos fac servos tuos.

**R** Deus meus, sperántes in te.

**V** Mitte eis, Dómine, auxílium de sancto.

**R** Et de Sion tuére eos.

**V** Esto eis, Dómine, turris fortitúdinis.

**R** A fácie inimíci.

**V** Nihil proficiat inimícus in nobis.

**R** Et filius iniquitatis non appónat nocére nobis.

**V** Dómine, exáudi oratióne meam.

**R** Et clamor meus ad te véniat.

**V** Dóminus vobíscum.**R** Et cum spíritu tuo.

Orémus.

**Oratio**

**D**eus, cui próprium est miseréri semper et párcere, súscipe deprecationem nostram, ut nos, et omnes fámulos tuos, quos delictórum cálena constríngit, miserátko tuæ pietatis cleménter absolvat.

**E**xáudi, quæsumus, Dómine, súpplicum preces, et confitentium tibi parce peccátis: ut páriter nobis indulgentiam tribuas benígnus et pacem.

**I**n effábilem nobis, Dómine, misericordiam tuam cleménter osténde: ut simul nos et a peccátis ómnibus éxuas, et a pœnis, quas pro his merémur, erípias.

**D**eus, qui culpa offendéris, pœnitentia placáris: preces pópuli tui supplicantis propítius respice;

### Titulus VIII—Caput 33

et flagella tuae iracundiæ, quæ pro peccatis nostris merémur, avérte. Per Christum Dóminum nostrum.

R<sup>v</sup> Amen.

Dicto deinde Confiteor, etc., Misereártur, etc., indulgéntiam, etc., **Sacerdos** prosequitur:

**D**óminus noster Jesus Christus, qui beáto Petro Apóstolo dedit potestátem ligándi atque solvéndi, ille vos absolvat ab omni vínculo delictórum, ut habeáitis vitam ætérnam et vivátis in sǽculórum. Amen.

**P**er sacratíssimam passiónem et mortem Dómini nostri Jesu Christi, prémibus et méritis beatíssimæ semper Vírginis Maríæ, beatórum Apostolórum Petri et Pauli, beáti Patris nostri **N.** et ómnium Sanctórum, auctorité a Summis Pontificibus mihi commíssa, plenáriam indulgéntiam ómnium peccatórum vestrórum vobis impértior. In nómine Patris, et Fílii, **¶** et Spíritus Sancti. Amen.

Si hæc indulgentia immediate post sacramentalem absolutionem impertiatur, reliquis omissis, Sacerdos absolute incipiat a verbis: Dóminus noster Jesus Christus, etc., et ita prosequatur usque ad finem, plurali tantum numero in singularem immutato.

## TITULUS IX

### DE PROCESSIONIBUS


**P**ublicæ sacræque Processiones, seu Supplicationes, quibus ex antiquissimo Sanctorum Patrum instituto catholica Ecclesia vel ad commemoranda Dei beneficia, eique gratias agendas, vel ad divinum auxillum implorandum uti consuevit, qua par est religione celebrari debent: continent enim magna ac divina mysteria, et salutares Christians pietatis fructus eas pie exsequentes a Deo consequuntur: de quibus fideles præmonere et erudire, quo tempore magis opportunum sit, Parochorum officium est.

2. Videant in primis Sacerdotes, aliique ecclesiastici ordinis, ut in his Processionibus ea modestia ac reverentia tum ab ipsis, tum ab aliis adhibeatur, quæ piis et religiosis hujusmodi actionibus maxime debetur.
3. Omnes decenti habitu, superpelliceis, vel aliis sacris vestibus, sine galeris, nisi pluvia cogente, induiti, graviter, modeste ac devote bini suo loco procedentes, sacris precibus ita sint intenti, ut, remoto risu, mutuoque colloquio, et vago oculorum aspectu, populum etiam ad pie, devoteque precandum invitent.
4. Laici a Clericis, feminæ a viris separate, orantes prosequantur.
5. Praefferatur Crux, et, ubi viget consuetudo, vexillum sacris imaginibus insignitum, non tamen factum militari seu triangulari forma.
6. Edendi ac bibendi abusum, secumve esculenta et poculenta deferendi in sacris Processionibus, agrisque lustrandis, et suburbanis ecclesiis visitandis, tollere Parochi studeant; ac fideles, præsertim die Dominica, quæ proximo Rogationes antecedit, quantum hsec dedebeat corruptela, sæpius admoneant.
7. Processiones prius fieri debent, deinde Missa solemniter celebrari: nisi aliter ob gravem causam interdum Ordinario vel Clero videatur.
8. Processiones autem quædam sunt ordinaris, quæ fiunt certis diebus per annum, ut in festo Purificationis Beatæ Mariæ Virginis, et in Dominica Palmarum, et in Litaniis majoribus in festo S. Marci Evangelistæ, et in minoribus triduo Rogationum ante Ascensionem Domini, et in festo Ssmi Corporis Christi, vel alii diebus pro consuetudine Ecclesiarum.
9. Quædam vero sunt extraordinariæ, ut quæ aliis publicis de causis in alios dies indicuntur.

Titulus IX —Caput 2


**CAPUT 2**  
**DE PROCESSIONE**  
**IN FESTO PURIFICATIONIS B.M.V.**

1. Completa benedictione, et distributione candelarum, ut in Missali Romano præscribitur, fit Processio. Et primo Celebrans imponit incensum in thuribulum; postea Diaconus vertens se ad populum, dicit:



**Pro-ce-dá-mus in pa-ce.**


Et Chorus respondet:




**In nó-mi-ne Chris-ti. A-men.**

2. Præcedit thuriferarius cum thuribulo fumigante, deinde subdiaconus paratus, deferens Crucem, medius inter duos acolythos cum candelabris et candelis acensis: sequitur Clerus per ordinem, ultimo Celebrans cum Diacono a sinistris, omnes cum candelis acensis in manibus: et cantantur Antiphonæ sequentes:


**Ant VI**



**Ad-ór-na \* thá-la-mum tu - um, Si - on,**



**et sús-ci-pe Re-gem Chris - tum: ampléc-te-re**



**Ma - ri - am, quæ est cæ-lés - tis por-ta: ip-sa**

De Processione in Festo Purificationis B.M.V.

The musical notation consists of four horizontal lines representing a staff. Black neumes are placed on these lines to indicate pitch and rhythm. The lyrics are written below each staff, aligned with the corresponding neumes. The text is in Latin, with some words in Spanish (e.g., 'lúmi-nis').

e-nim por - tat Re-gem gló-ri - æ no-vi  
lúmi-nis: sub-sí-stit Vir-go, addú-cens má-ni-bus  
Fi-li-um ante, lu-cí - fe - rum: quem accí-pi - ens  
Si-me-on in ul-nas su - as, præ-di - cá-vit  
pó-pu - lis Dó - mi-num e - um es-se  
vi - tæ et mor-tis, et Sal - va - tó - rem  
mun - di.

Alia Ant. II

Re-spón-sum \* ac-cé-pit Sí-me-on  
a Spi - ri - tu Sancto, non vi-sú - rum  
se mor-tem, ni-si vi-dé - ret Chris-tum Dó-mi -  
ni: et cum in-dú-ce-rent pú-e - rum in  
tem-plum, ac-cé-pit e - um in ulnas  
su - as, et be-ne - dí - xit De - um, et  
di-xit: Nunc dimit-tis, Dó - mi - ne,  
servum tu - um in pa-ce.

De Processione in Festo Purificationis B.M.V.

Et ingrediendo ecclesiam, cantantur:

Resp. II

Obtū-lé-runt \* pro e · o Dó-mi-no par  
túr-tu - rum, aut du - os pul - los co -  
lum - bá - rum: \* Sic-ut scrip - tum est  
in le - ge Dómi - ni. V. Postquam au - tem  
implé - ti sunt di - es pur-ga - ti - ó-nis Ma-ri - æ,  
secún - dum le - gem Mó - y - si, tu-lé-runt Je-sum  
in Je - rú - sa - lem, ut si - ste - rent e - um Dó -  
mi - no. \* Sic - ut. Gló - ri - a Pa - tri, et  
Fí - li - o, et Spi - ri - tu - i Sanc - to.

Titulus IX—Caput 3



\* Sic-ut.

3. Finita processione, Celebrans et Ministri, depositis violaceis, accipiunt paramenta alba pro Missa. Et candelæ tenentur in manibus accensae, dum legitur Evangelium, et iterum ab incepto Canone usque ad expletam Communionem.

CAPUT 3


DE PROCESSIONE IN DIE PALMARUM

1. In Dominica Palmarum, facta benedictione, et distributione palmarum seu olivarum, post ultimam Orationem Omnipotens, etc., fit Processio; ac primo Celebrans imponit incensum in thuribulum, et Diaconus vertens se ad populum, dicit:




Pro-ce-dá-mus in pa-ce.

Et Chorus respondet:




In nō-mi - ne Chris - ti. A-men.

2. Procedit thuriferarius cum thuribulo fumigante; deinde Subdiaconus paratus, dererens Crucem, medius inter duos acolythos cum candelabris et candelis accensis: sequiter Clerus per ordinem, ultimo Celebrans cum Diacono a sinistris, omnes cum ramis in manibus: et cantantur sequentes Antiphonæ, vel omnes, vel aliquæ, quosque durat Processio.



Cum appro-pin-quá-ret \* Dó - mi-nus Je - ro - só - ly-mam,



mi - sit du - os ex dis - cí - pu - lis su - is, di - cens:



I - te in castéllum, quod est contra vos: et inveni-

De Processione in die Palmarum

é - tis pul-lum á-si-nac al - li - gá-tum, su-per quem  
nul-lus hó - mi-num se-dit: sól-vi - te, et addú - ci - te.  
mi - hi. Si quis vos in-ter-ro-gá - ve - rit, di - ci - te:  
O - pus Dó - mi - no est. Solvén - tes ad-du-xé-runt  
ad Je-sum: et impo-su-é-runt il - li ve-sti-mén-ta, et se-dit  
su-per e - um: á-li - i expandébant ve-stiménta su-a in  
vi - a: á - li - i ramos de arbó-ri-bus exsternébant: et  
qui seque-bán-tur, cla-má-bant: Ho-sánna, be-ne-díc-tus qui  
ve-nit in nō-mi-ne Dómi - ni: be-ne-díc-tum regnum pa-tris

Titulus IX—Caput 3

nos-tri Da - vid: Ho-sánna in ex-cél - sis: mi-se-ré-re  
no-bis, fi - li Da - vid.

Alia Ant. V

Cum audís - set \* pó - pu - lus, qui-a Jesus ve - nit  
Je-ro-só - lymam, ac-ce-pé-runt ra-mos pal-má-rum: et  
ex-i-é-runt e - i ób - vi - am, et cla-má-bant pú - e - ri,  
di-cén-tes: Hic est, qui ven-tú-rus est in  
sa-lú - tem pó-pu - li. Hic est sa-lus nostra,  
et red-émpti - o Is-ra - el. Quan-tus est is - te, cu-i  
Thro-ni et Dó - mi - na - ti - ó - nes oc-cú-runt!

De Processione in die Palmarum

No-li ti-mé-re, fi - li - a Si - on: ec-ce, Rex tu - us ve-nit ti-bi,  
se - dens su-per pul-lum á-si - nae, sic-ut scrip - tum  
est. Sal - ve, Rex, fa-bri-cá-tor mun-di, qui ve-nís-ti  
redí - me-re nos.

**Alia Ant. VIII**

An-te sex di - es \* sol-lém-nis Paschae, quando  
ve - nit Dó-mi-nus in ci - vi-tá-tem Je-rú-sa-lem, oc-cur-  
ré-runt e - i pú - e-ri: et in má-ni-bus por-tá-bant ra-mos  
palmá - rum, et clamábant vo - ce magna, di - cén - tes:  
Ho-sán-na in ex-cél-sis: be-ne-díc-tus  
qui ve - nís - ti in mul - ti - tú-di-ne mi - se - ri - cór - di - ae:  
Ho-sánna in ex-cél-sis.

Titulus IX—Caput 3

**Alia Ant. VIII**

Occúrrunt turbae \* cum fló-ri-bus et pal-mis Redemptó-ri  
óbvi-am: et vic-tó-ri tri-umphán-ti dig-na dant obsé-qui - a:  
Fí - li - um De - i o-re gen-tes praé-di-cant: et in laudem  
Chris-ti vo-ces to-nant per nú-bi-la: Ho-sánnna!

**Alia Ant. VII**





Cum Ange - lis et pú - e - ris \* fi-dé-les in-ve - ni - á-mur,  
tri-umpha-tó - ri mor-tis cla-mán-tes: Ho-sán-na in ex-cél-sis.

**Alia Ant. VI**

Turba mul-ta, \* quae con - vé - ne - rat ad di - em fes-tum,  
cla-mábat Dó-mi-no: Be-ne-díc-tus qui ve-nit in nō-mi-ne  
Dó-mi-ni: Ho - sán - na in ex-cél-sis.

De Processione in die Palmarum


3. In reversione Processionis, duo vel quatuor cantores intrant in ecclesiam, et clauso ostio, stantes versa facie ad Processionem incipiunt **V.** Gloria, laus, etc., et decantant duos primos Versus Sacerdos vero, cum aliis extra ecclesiam, repetit eosdem. Deinde qui sunt intus, cantant alios Versus sequentes, vel omnes, vel partem, prout videbitur: et qui sunt extra, ad quoslibet duos versus respondent: Glória, laus, etc., sicut a principio.



Titulus IX—Caput 3




Hi ti-bi pas-sú - ro sol-vé-bant mú-ni - a lau-dis: Nos ti-bi



reg-nán-ti pángi-mus ec-ce me-los. R/. Glória, laus.




Hi pla-cu-é-re ti - bi, plá-cc - at de-vó-ti-o nostra: Rex bo-ne,




Rex cle-mens, cui bo-na cunc-ta pla-cent. R/. Glória, laus.

4. Postea Subdiaconus hastili Crucis percutit portam: qua statim aperta, Processio intrat ecclesiam , cantando




In-gre-di-én-te \* Dó-mi-no in sanc-tam ci - vi - tá - tem,




He-brac - ó - rum pú - e - ri, re-sur-rec-ti-ó-nem vi-tae pro -



nun-ti án - tes, \* Cum ra-mis pal-má - rum Ho-sán-na



cla-má - bant in ex - cél - sis V/. Cumque audísset



pópu-lus, quod Jesus ve-ní-ret Je-ro-só-ly - mam, ex-i-é-runt



ób - vi - am e - i. \* Cum ra-mis.

De Processione in die Palmarum

The musical notation consists of four horizontal staves, each with a key signature of one sharp (F#) and a common time signature. The first staff begins with a forte dynamic. The lyrics are written below the staves. The second staff begins with a forte dynamic. The third staff begins with a forte dynamic. The fourth staff begins with a forte dynamic.

Ex-súr-ge, Dó-mi-ne, \* ád-ju-va nos, et lí-be-ra nos  
prop-ter no-men tu - um. Ps. De-us, áu-ri-bus nos-tris  
au-dí-vi-mus: \* pa-tres nostri an-nun-ti - a - vé-runt no - bis.  
Gló-ri - a Pa-tri. E u o u a e.

Et non dicitur Glória Patri

5. Deinde celebratur Missa: et rami tenentur in manibus, dum cantantur Passio et Evangelium tantum.

CAPUT 4

**DE PROCESSIONE  
IN LITANIIS MAJORIBUS  
IN FESTO S. MARCI EVANGELISTÆ  
ET IN MINORIBUS TRIDUO ROGATIONUM  
ANTE ASCENSIONEM DOMINI**

1. Clerus et populus hora statuta mane in ecclesia congregati, omnes contrito et humili corde Deum flexis genibus paulisper precentur. Sacerdos amictu, alba, cingulo, stola, et pluviali cum ministris, vel saltem superpelliceo et stola violacei coloris sit indutus; cujuc coloris habitu in reliquis Processionibus semper utatur, praterquam in Processionibus Corporis Christi, et quæ fiunt solemnibus diebus, vel in gratiarum actionem; quibus diebus utitur colore propriæ solemnitati congruente. Ceteri vero Sacerdotes et Clerici superpellieces induti, sequentem Antiphonam stantes concinant.

**Ant. II**

**Ex-súr-ge, Dó-mi-ne, \* ád-ju-va nos, et lí-be-ra nos**  
**prop-ter no-men tu - um. Ps. De-us, áu-ri-bus nos-tris**  
**au-dí-vi-mus: \* pa-tres nostri an-nun-ti - a - vé-runt no - bis.**  
**Gló-ri - a Pa-tri. E u o u a e.**

2. Deinde genuflectant omnes: et duo Clerici ante Altare majus genuflexi, devote Litanias Sanctorum (pag. 85) cantare incipient, ceteris eadem simul repetentibus.

3. Cum autem erit:

**Sanc-ta Ma - ri - a, o-ra pro no-bis,**

surgunt omnes et ordinatim procedunt, egredientes, Litaniasque prosequentes procedente Cruce, et sequente Clero, ultimo loco Sacerdos paratus, ut supra dictum est, cum Ministris, prout res vel locus postulat, sacris vestibus indutis.

4. Si Processio sit longior, vel repetantur Litaniæ, vel Litaniis absolutis usque ad Preces exclusive, dicantur aliqui psalmi ex Pœnitentialibus, seu Gradualibus. Hymni vero, vel cantica lætitiæ in iis, aut aliis pœnitentiæ causa institutis Processionalibus, ne dicantur.

## Titulus IX—Caput 5

5. Si ad unam vel plures ecclesias in via sit divertandum, ingressis ecclesiam , intermissisque Litanii vel Psalmis, cantatur Antiphona cum Versu et Oratione sancti Patrone illius ecclesiæ. Deinde egredientes, resumptis Litanii vel Psalmis, eodem ordine procedunt usque ad ecclesiam, ubi cum Precibus et Orationibus omnibus terminatur, ut in fine Litanarium Sanctorum (pag 85) post septem Psalms Pœnitentiales.
6. Si contingat transferri Festum S. Marci Evangelistæ, non tamen transferatur Processio, nisi quando prædictum Festum occurrat in die Paschæ: tunc enim in Feriam III sequentem transferatur.

## CAPUT 5 DE PROCESSIONE IN FESTO SSMI CORPORIS CHRISTI

1. Decenter ornentur ecclesiæ et parietes viarum, per quas est transeundum, tapetibus et aulæis, et sacris imaginibus, non autem profanis aut vanis figuris, seu indignis ornamentis.
2. Sacerdos primum Missam celebret, in qua duas hostias consecret, et sumpta una, alteram in tabernaculum in Processione deferendum ita reponat, ut per vitrum seu crystallum, quo ipsum tabernaculum circumseptum esse debet. exterius adorantibus appareat.  
Peracto autem Sacrificio, et Processione jam inchoata, ordine, quo jam supra dictum est in Litanii majoribus, Sacerdos pluviali albo indutus, ter incenset Sacramentum genuflexus.
3. Deinde unus e Clericis oblongum ac decens velum circumponit scapulis Sacerdotis. qui parte veli ante pectus pendente, utraque manu cooperta, ostensorium seu tabernaculum a Diacono sibi porrectum reverenter suscipit: mox Sacramentum ante faciem tenens, vertit se ad populum: inde procedit sub umbellam comitantibus Ministris, et duo acolythi vel Clerici cum thuribulis fumantibus præcedunt.
4. Omnes procedunt nudo capite, accensos cereos gestantes, et sequentes Hymnos pro longitudine Processionis devote concinantes. Dum vero Sacerdos discedit ab Altari, Clerus, vel Sacerdos cantare incipit sequentem Hymnum:

### Hymn. III

Pan-ge, lingua, glo-ri-ó-si Cór-po - ris mys - té - ri - um,  
Sangui - nísque pre - ti - ó - si, Quem in mundi pré - ti - um  
Fruc-tus ventris gene-ró-si Rex ef-fú-dit gén-ti - um.

Nobis datus, nobis natus  
Ex intácta Vírgine,  
Et in mundo conversátus,  
Sparso verbi sémine,  
Sui moras incolátus  
Miro clausit órdine.

Titulus IX—Caput 5

In suprémæ nocte cœnæ,  
Recúmbens cum frátribus,  
Observáta lege plene  
Cibis in legálibus,  
Cibum turbæ duodénæ  
Se dat suis mánibus.

Verbum caro, panem verum  
Verbo carnem éfficit:  
Fitque sanguis Christi merum,  
Et si sensus déficit,  
Ad firmándum cor sincérum  
Sola fides súfficit.

Tantum ergo Sacraméntum  
Venerémur cérnui:  
Et antíquum docúmentum  
Novo cedat rítui:  
Præstet fides suppléméntum  
Sénsuum deféctui.

Genítori, Genítóque  
Laus et jubilátio,  
Salus, honor, virtus quoque  
Sit et benedíctio:  
Procedénti ab utróque  
Compar sit laudátio. Amen.

Hymn.  
IV

Sa-cris sol-lémni - is juncta sint gáudi - a, Et ex prac-  
córdi - is so-nent prac-có-ni - a: Re-cé-dant vé-te-ra, no-va sint  
ómni - a, Cor-da, vo-ces et ó-pe-ra.

De Processione in Festo Ssmi Corporis Christi

**N**octis recólitur cœna novíssima,  
Qua Christus créditur agnum et ázyma  
Dedísse fráatribus, juxta legítima  
Priscis indúltá pátribus.

**P**ost agnum týpicum, explétis épulis,  
Corpus Domínicum datum discípulis,  
Sic totum ómnibus, quod totum síngulis,  
Ejus fatémur mánibus.

**D**edit fragílibus córporis férculum,  
Dedit et trístibus sanguinis póculum,  
Dicens: Accípite quod trado vásculum,  
Omnes ex eo bíbite.

**S**ic sacrificium istud instítuit,  
Cujus officium commítti vóluit  
Solis presbýteris, quibus sic cóngruit,  
Ut sumant, et dent céteris.

**P**anis angélicus fit panis hóminum;  
Dat panis cælicus figúris téminus:  
O res mirábilis! mandúcat Dóminus  
Pauper servus et húmilis.

**T**e, trina Déitas únaque, póscimus,  
Sic nos tu vísita, sicut te cólimus:  
Per tuas sémitas due nos quo téndimus,  
Ad lucem, quam inhábitas. Amen.

**Hymn  
VIII**

**Ver - bum su - pénum pród - i - ens, Nec Patris linquens**  
**déx-te-ram, Ad o-pus su-um éx - i - ens, Ve-nit ad vi-tac**  
**vés-pe-ram.**

**I**n mortem a discípulo  
Suis tradéndus ámulis,  
Prius in vitæ férculo  
Se trádidit discípulis.

Titulus IX—Caput 5

**Q**uibus sub bina spécie  
Carnem dedit et sanguinem:  
Ut dúplicis substántiae  
Totum cibáret hóminem.

**S**e nascens dedit sócium,  
Convéscens in edúlium,  
Se móriens in prétium,  
Se regnans dat in præmíum.

**O** salutáris hóstia,  
Quæ cæli pandis óstium,  
Bella premunt hostília,  
Da robur, fer auxílium.

**U**ni trinóque Dómino  
Sit sempitérna glória,  
Qui vitam sine térmíno  
Nobis donet in pátria. Amen.

**Hymn  
IV**

The image shows two staves of musical notation. The top staff consists of five horizontal lines with black dots representing note heads. The bottom staff has a similar structure but includes vertical stems extending upwards from some of the note heads. Below the notation, the lyrics are written in a bold, serif font.

Sa-lú - tis hu-má-nae Sa-tor, Je-su, vo-lúptas cór-di - um,

Or-bis red-émpí Cóndi-tor, Et cas-ta lux a-mán - ti - um.

**Q**ua victus es clémentia,  
Ut nostra ferres crímina?  
Mortem subíres ínnocens,  
A morte nos ut tolleres?

**P**errúmpis inférnum chaos;  
Vihctis cátenas détrahis;  
Victor triúmpho nóbili  
Ad déxteram Patris sedes.

**T**e cogat indulgéntia,  
Ut damna nostra sárcias,  
Tuíque vultus cómpotes  
Dites beáto lúmine.

De Processione in Festo Ssmi Corporis Christi

Tu dux ad astra, et sémita,  
Sis meta nostris córdibus,  
Sis lacrimárum gáudium,  
Sis dulce vitæ præmium. Amen.

Hymn  
VIII

Ae-tér - ne Rex al - tís-si-me, Red-émptor et fi-dé - li - um,  
Cui mors per - émpta dé - tu - lit Sum-mae tri - úm-phum  
gló - ri - ac.

Ascéndis orbes síderum,  
Quo te vocábat cælitus  
Colláta, non humánitus,  
Rerum potéstan ómnium.

Ut; trina renim máchina,  
Cæléstium, terréstrium,  
Et inferórum cóndita,  
Flectat genu jam súbdita.

Tremunt vidéntes Angeli  
Versam vicem mortálium:  
Peccat caro, mundat caro,  
Regnat Deus Dei caro.

Sis Ipse nostrum gáudium,  
Manens olýmpo præmium,  
Mundi regis qui fáabricam,  
Mundána vincens gáudia

Hinc te precántes quæsumus,  
Ignósce culpis ómnibus,  
Et corda sursum súbleva  
Ad te supérrna grátia.

Ut cum repénte cœperis  
Clarére nube júdicis,  
Poenas repéllas débitas,  
Reddas corónas pérditas.

Jesu, tibi sit glória,  
Qui victor in cælum redis,  
Cum Patre, et almo Spíritu  
In sempitérna sǽcula. Amen.

## Titulus IX—Caput 6

Te Deum laudámus, **ut infra (pag. 257)**. Benedíctus Dóminus Deus Israël, ut supra (pag. 390) cum Glória Patri **in fine**.

Magníficat ánima mea, Dóminum, **ut supra (pag. 315)** cum Glória Patri **in fine**.

5. Peracta Processione, et Sanctissimo Sacramento ad ecclesiam reportato, et super Altare deposito, omnes Ecclesiastici, qui adsint, hinc inde ordine genuflexi illud reverenter adorantes, dum Sacerdos de more incensat, sequentem Hymni partem concinant:

**T**antum ergo Sacraméntum.

Venerémur cérnui:  
Et antíquum documéntum  
Novo cedat rítui:  
Præstet fides suppléméntum  
Sensuum deféctui.

**G**enitóri, Genítóque  
Laus et jubilátio,  
Salus, honor, virtus quoque  
Sit, et benedíctio;  
Precedénti ab utróque  
Compar sit laudátio. Amen.

Postea duo Clerici dicant:

**V**. Panem de cælo præstitísti eis, allelúja.  
**R** Omne delectaméntum in se habéntem, allelúja.

Deinde Sacerdos stans dicat:

Orémus.

Oratio

**D**eus, qui nobis sub Sacraménto mirábili, passiónis tuæ memóriam reliquísti: tríbue, quæsumus, itanos Córporis et Sanguinis tui sacra mystéria venerári; ut redemptiónis tuæ fructum in nobis júgiter sentiámus: Qui vivis et regnas in sǽcula sǽculórum.

**R** Amen.

6. Tunc Sacerdos, facta genuflexione, cum Sacramento semel benedicat populum in modum crucis, nihil dicens; postea illud reverenter reponitur.

7. Hic autem modus benedicendi servatur etiam in aliis Processionibus faciendis cum Sanctissimo Sacramento.

## CAPUT 6

### DE PROCESSIONE AD PETENDAM PLUVIAM

Aguntur omnia, **ut supra in Litanis majoribus (pag. 242)**, usque ad finem Litaniarum, in quibus, cum dictum fuerit Ut ómnibus fidélibus defúnctis, etc., bis dicitur:

Ut congruéntem pluviam fidélibus tuis concédere dignérис, te rogámus, audi nos.

## De Processione in petendam pluviam

In fine autem dicitur:

Pater noster **secreto usque ad**

℣. Et ne nos indúcas in tentaciónem.

℟. Sed líbera nos a malo.

## **Psalmus 146**

**L**audate Dóminum quóniam bonus est psalmus:<sup>\*</sup> Deo nostro sit júcunda décoraque; laudátiō

Ædificans Jerúsalem Dóminus:<sup>\*</sup> dispersiónes Israélis congregábit

Qui sanat contrítos corde:<sup>\*</sup> et álligat contritíones eórum.

Qui númerat multitudinem stellárum :<sup>\*</sup> et ómnibus eis nómina vocat.

Magnus Dóminus noster, et magna virtus ejus:<sup>\*</sup> et sapiéntiæ ejus non est númerus.

Suscípiens mansuétos Dóminus:<sup>\*</sup> humilíans autem peccatóres usque ad terram.

Præcínite Dómino in confessióne:<sup>\*</sup> psálite Deo nostro in cíthara.

Qui óperit cælum núbibus:<sup>\*</sup> et parat terræ pluviam.

Qui prodúcit in móntibus fœnum:<sup>\*</sup> et herbam servitúti hóminum.

Qui dat Juméntis escam ipsórum:<sup>\*</sup> et pullis corvórum invocántibus eum.

Non in fortitúdine equi voluntátem habébit:<sup>\*</sup> nec in tíbiis viri beneplácitum erit ei.

Beneplácitum est Dómino super timéntes eum:<sup>\*</sup> et in eis qui sperant super misericórdia ejus.

Glória Patri

Sicut erat.

Quo finito, dicuntur Preces:

℣. Operi, Dómine, cælum núbibus.

℟. Et para terræ pluviam.

℣. Ut prodúcat in móntibus fœnum.

℟. Et herbam servitúti hóminum.

℣. Riga montes de superióribus tuis.

℟. Et de fructu óperum tuórum satiábitur terra.

℣. Dómine, exáudi oratióne meam.

℟. Et clamor meus ad te véniat.

℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

**Oratio**

**D**eus, in quo vívimus, movémur, et sumus: pluviam nobis tríbue congruéntem; ut, præséntibus subsídiis sufficiénter adjúti, sempitérna fiduciálius appetámus.

**P**ræsta, quæsumus, omnípotens Deus: ut, qui in afflictíone nostra de tua pietáte confidimus, contra advérsa ómnia tua semper protectíone muniámur.

**D**a nobis, quæsumus, Dómine, pluviam salutárem: et aridam terræ fáciem fluéntis cælestibus dignánter infunde. Per Dóminum. ℟. Amen.

℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

## Titulus IX—Caput 7

℣ Benedicámus Dómino, ℟ Deo grátias.

℣ Exúdiat nos omnípotens et miséricors Dóminus. ℟ Amen.

℣ Fidélium ánimæ per misericórdiam Dei requiéscant in pace. ℟ Amen.

### CAPUT 7

## DE PROCESSIONE AD POSTULANDAM SERENITATEM

Aguntur omnia, ut supra in Litaniis majoribus (pag. 242), usque ad finem Litaniarum, in quibus, cum dictum fuerit Ut ómnibus fidélibus defunctis, etc., bis dicitur:

Ut fidélibus tuis áëris serenitátem concédere dignérис, te rogámus, audi nos.

In fine autem dicitur:

Pater noster *secreto usque ad*

℣. Et ne nos indúcas in tentaciónem.

℟. Sed líbera nos a malo.

### Psalmus 66

**D**eus misereátur nostri et benedícat nobis:  
illúminet vultum suum super nos, et misereátur  
nostri.

Ut cognoscámus in terra viam tuam,\* in  
ómnibus Gentibus salutáre tuum.

Confiteántur tibi pópuli, Deus:  
pópuli omnes.

Lætentur et exúltent Gentes:/\* quóniam judicas  
pópulos in æquitáte, et Gentes in terra díriges.

Confiteántur tibi pópuli, Deus, confiteántur tibi  
pópuli omnes:/\* terra dedit fructum suum.

Benedícat nos Deus, Deus noster, benedícat  
nos Deus:/\* et métuant eum omnes fines terræ.

Glória Patri.

Sicut erat.

℣. Adduxísti, Dómine, spíritum tuum super terram.

℟. Et prohíbitæ sunt plúviæ de cælo.

℣. Cum obdúxero núbibus cælum.

℟. Apparébit arcus meus, et recordábor fœderis mei.

℣. Illústra fáciem tuam, Dómine, super servos tuos.

℟. Et bénedic sperántes in te.

℣. Dómine, exáudi oratióne meam.

℟. Et clamor meus ad te véniat.

℣. Dómmus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Oratio

**D**eus, qui culpa offénderis, pœniténtia placáris: preces pópuli tui supplicántis propítius respice;  
et flagella tuæ iracundlas, quæ pro peccátis nostris merémur, avérte.

**A**d te nos, Dómine, clamántes exáudi: et áëris serenitatem nobis tribue supplicántibus; ut, qui  
juste pro peccátis nostris afflígimur, misericórdia tua præveniénte, cleméntiam sentiámus.

**Q**uæsumus, omnípotens Deus, cleméntiam tuam: ut inundántiam coérceas ímbrium, et hilaritátem vultus tui nobis impertíri dignéris. Per Dóminum. **R.** Amen.

## CAPUT 8

### DE PROCESSIONE AD REPELLENDAM TEMPESTATEM

Pulsantur campana, et iis qui adesse possunt, in ecclesiam convocatis, dicuntur Litaniæ (pag. 242) in quibus bis dicitur:

A fúlgiore et tempestáte, líbera nos, Dómine.

In fine autem dicitur:

Pater noster' **secreto usque ad**

**V.** Et ne nos indúcas in tentatióne.

**R.** Sed líbera nos a malo.

### Psalmus 147

**L**auda Jerúsalem Dóminum: \* lauda Deum tuum Sion.

Quóniam confortávit seras portárum tuárum: \* benedíxit filiis tuis in te.

Qui pósuit fines tuos pacem: \* et ádipe fruménti sátiat te.

Qui emíttit eloquium suum terræ: \* velóciter currit sermo ejus.

Qui dat nivem sicut lanam: \* nébulam sicut cínerem spargit.

**V.** Adjutórium nostrum in nómine Dómini.

**R.** Qui fecit cælum et terram.

**V.** Osténde nobis, Dómine, misericórdiam tuam.

**R.** Et salutáre tuum da nobis.

**V.** Adjuva nos, Deus, salutáris noster.

**R.** Et ptopter glóriam nóminis tui, Dómine, líbera nos.

**V.** Nihil proficiat inimícus in nobis.

**R.** Et filius iniquitátis non appónat nocére nobis.

**V.** Fiat misericórdia tua, Dómine, super nos.

**R.** Quemádmodum sperávimus in te.

**V.** Salvum fac pópulum tuum, Dómine.

**R.** Et bénedic hereditáti tuæ.

**V.** Non privábis bonis eos, qui ámbulant in innocéntia.

**R.** Dómine, Deus virtútum: beátus homo, qui sperat in te.

Mittit crystállum suam sicut buccéllas: \* ante fáciem frígoris ejus quis sustinébit?

Emítet verbum suum et liquefáciet ea: \* flabit spíritus ejus, et fluent aquæ.

Qui annúntiat verbum suum Jacob: \* justítias et judícia sua Israël.

Non fecit táliter omni natióni: \* et judícia sua non manifestávit eis.

Glória Patri.

Sicut erat.

℣. Dómine, exáudi oratióne meam.  
℟. Et clamor meus ad te véniat.  
℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Oratio

**D**eus, qui culpa offénderis, poenitentia placáris: preces pôpuli tui supplicántis propítius respice; et flagella tuæ iracundiæ, quæ pro peccátis nostris merémur, avérte.

**A**d domo tua, quæsumus, Dómine, spiritáles nequitiæ repellántur: et aëréarum discédat malígnitas tempestátum.

**O**mnipotens sempiterne Deus, parce metuéntibus, propitiare supplícibus: ut post nòxios ignes nûbium, et vim procellárum in matériam tránseat laudis comminátio tempestátum.

**D**ómine Jesu, qui imperásti ventis et mari, et facta fuit tranquillitas magna: exáudi preces familiæ tuæ, et præsta; ut hoc signo sanctæ Cru<sup>X</sup> cis ómnis discédat sævitia tempestatum.

**O**mnipotens et misericors Deus, qui nos et castigando sanas, et ignoscéndo consérvas: præsta supplícibus tuis; ut et tranquillitatibus hujus optatæ consolatiónis lætémur, et dono tuæ pietatis semper utámur. Per Dóminum. ℟ Amen.

Aspergatur aqua benedicta.

## CAPUT 9

### DE PROCESSIONE TEMPORE PENURIÆ ET FAMIS

Aguntur omnia, ut supra in Litaniis majoribus (pag.242.), usque ad finem Litaniarum, in quibus bis dicitur:

Ut fructus terræ dare, et conservare digneris, te rogámus, audi nos.

In fine autem dicitur:

Pater noster **secreto usque ad**

℣. Et ne nos indúcas in tentatióne.

℟. Sed líbera nos a malo.

Psalmus 22 Dóminus regit me, etc., **ut supra (pag.146).** In fine Glória Patri.

℣. Dómine, non secundum peccáta nostra fáciás nobis.

℟. Neque secundum iniquitátes nostras retríbuas nobis.

℣. Oculi ómnium in te sperant, Dómine.

℟. Et tu das illis escam in témpore opportúno.

℣. Meménto congregatiónis tuæ.

℟. Quam possedísti ab início.

℣. Dóminus dabit benignitátem.

### De Processione tempore mortalitatis et pestis

- R. Et terra nostra dabit fructum suum.  
V. Dómine, exáudi oratióne meam.  
R. Et clamor meus ad te véniat.  
V. Dóminus vobíscum. R. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Oratio

**I**n effábilem nobis, Dómine, misericórdiam tuam cleménter osténde: ut simul nos et a peccátis ómnibus éxuas, et a pœnis, quas pro his merémur, erípias.

**D**a nobis, quæsumus, Dómine, piæ supplicatiónis efféctum, et famem propitiátus avérte: ut mortálium corda cognóscant, et te indignánte tália flagélla prodíre, et te miseránte cessáre.

**P**ópulum tibi súbditum pro peccátis suis fame laborántem ad te, Dómine, convérte propítius; qui quæréntibus regnum tuum ómma adjiciénda esse dixísti: Qui vivis et regnas cum Deo Patre, etc.

R. Amen.

### CAPUT 10

## DE PROCESSIONE TEMPORE MORTALITATIS ET PESTIS

Aguntur omnia, ut supra in Litaniis majoribus (pag. 242), usque ad finem Litaniarum, in quibus bis dicitur:

A peste, fame et bello, líbera nos, Dómine. **E**t cum dictum fuerit ut ómnibus fidélibus defúnctis, etc., **bis dicitur**:

Ut a pestiléntiæ flagéllo nos liberáre dignéris, te rogámus, audi nos.

In fine autem dicitur:

Pater noster **secreto usque ad**

V. Et ne nos indúcás in tentatióne.

R. Sed líbera nos a malo.

Psalm. 6 Dómine, ne in furóre tuo árguas me, **ut supra** (pag. 140).

V. Dómine, non secúndum peccáta nostra fáciás nobis.

R. Neque secúndum iniquitátes nostras retríbuas nobis.

V. Adjuva nos, Deus, salutáris noster.

R. Et propter glóriam nóminis tui, Dómine, líbera nos.

V. Dómine, ne memineris iniquitátum nostrárum antiquárum.

R. Cito antícipent nos misericórdiæ tuæ, quia páuperes facti sumus nimis.

V. Ora pro nobis, sancte Sebastiáne.

R. Ut digni efficiámur promissiónibus Christi.

V. Dómine, exáudi oratióne meam.

R. Et clamor meus ad te véniat.

V. Dóminus vobíscum.

R. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Oratio

**E**xáudi nos, Deus, salutáris noster: et intercedénte beáta et gloriósa Dei Genitríce María semper Vírgine, et beáto Sebastiáno Mártyre tuo, et ómnibus Sanctis, pópulum tuum ab iracúndiæ tuæ terróribus líbera, et misericórdiæ tuæ fac largítate secúrum.

**P**ropitiáre, Dómine, supplicatióibus nostris: et animárum et córporum medére languóribus: ut remissióne percépta, in tua semper benedictióne lætemur.

**D**a nobis, quæsumus, Dómine, piæ petitónis efféctum: et pestiléntiam mortalitatémque propitiátus avérte; ut mortálium corda cognóscant, et te indignánte tália flagélla prodíre, et te miseránte cessáre. Per Dóminum. **R** Amen.

### CAPUT 11

## DE PROCESSIONE TEMPORE BELLI

Peractis omnibus, ut supra m Litaniis majoribus (pag. 242), ad finem Litaniarum dicitur:

Pater noster **secreto usque ad**

**V**. Et ne nos indúcas in tentatióne.

**R**. Sed líbera nos a malo.

### Psalmus 45

**D**eus noster refúgium et virtus:<sup>\*</sup> adjútor in tribulatióibus quæ invenérunt nos nimis.

Proptérea non timébimus dum turbábitur terra:<sup>\*</sup> et transferéntur montes in cor maris.

Sonuérunt et turbátæ sunt aquæ eórum:<sup>\*</sup> conturbáti sunt montes in fortitúdine ejus.

Flúminis ímpetus létificat civitátem Dei:<sup>\*</sup> sanctificávit tabernáculum suum Altíssimus.

Deus in médio ejus non commovébitur:<sup>\*</sup> adjuvábit eam Deus mane dilúculo.

Conturbátæ sunt Gentes, inclináta sunt regna:<sup>\*</sup> dedit vocem suam mota est terra.

**V**. Exsúrge, Dómine, adjúva nos.

**R**. Et líbera nos propter nomen tuum.

**V**. Salvum fac pópulum tuum, Dómine.

**R**. Deus meus, sperántem in te.

**V**. Fiat pax in virtúte tua.

**R**. Et abundántia in túrribus tuis.

**V**. Esto nobis, Dómine, túrris fortitúdinis.

**R**. A fácie inimíci,

Dóminus virtútum nobíscum:<sup>\*</sup> suscéptor noster Deus Jacob.

Veníte et vidéte ópera Dómini, quæ pósuit prodígia super terram:<sup>\*</sup> áuferens bella usque ad finem terræ.

Arcum cónteret et confrínget arma:<sup>\*</sup> et scuta combúret igni.

Vacáte et vidéte quóniam ego sum Deus:<sup>\*</sup> exaltábor in Géntibus, et exaltábor in terra.

Dóminus virtútum nobíscum:<sup>\*</sup> suscéptor noster Deus Jacob.

Glória Patri.

### De Processione tempore belli

- V. Arcum cónteret, et confrínget arma.  
R. Et scuta combúret igni.  
V. Mitte nobis, Dómine, auxílum de sancto.  
R. Et de Sion tuére nos.  
V. Dómine, exáudi oratióne meam.  
R. Et clamor meus ad te véniat.  
V. Dóminus vobíscum.  
R. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Oratio

**D**eus, qui cónteris bella, et impugnatóres in te sperántium poténtia tuæ defensiónis expúgnas: auxiliáre fámulis tuis, implorántibus misericórdiam tuam; ut, inimicórum suórum feritáte depréssa, incessábili te gratiárum actióne laudémus.

**D**eus, a quo sancta desidéria, recta consília, et justa sunt ópera: da servis tuis illam, quam mundus dare non potest, pacem; ut et corda nostra mandátis tuis dédita, et hóstium subláta formídine, tempóra sint tua protectióne tranquilla.

**H**óstium nostrórum, quæsumus, Dómine, elíde supérbiā: et eórum contumáciam déxteræ tuæ virtúte prostérne. Per Dóminum. R. Amen.

2. Si vero bellum sit contra inimicos sancta Ecclesia, in Litanis bis dicatur:

Ut inimícios sanctæ Ecclésiæ humiliáre dignéris, te rogámus, audi nos.

In fine autem dicitur:

Pater noster *secreto usque ad*

V. Et ne nos indúcas in tentatióne.

R. Sed líbera nos a malo.

### **Psalmus 78**

**D**eus venérunt Gentes in hereditátem tuam, polluérunt templum sanctum tuum:<sup>\*</sup> posuérunt Jerúsalem in pomórum custódiam.

Posuérunt morticína servórum tuórum, escas volatílibus cæli:<sup>\*</sup> carnes sanctórum tuórum béstii terræ.

Effudérunt sanguinem ipsórum tamquam aquam in circúitu Jerúsalem:<sup>\*</sup> et non erat qui sepelíret. Facti sumus oppróbrium vicínis nostris:<sup>\*</sup> subsannátio et illúvio his, qui in circuitu nostro sunt.

Usquequo Dómine, irascéris in finem:<sup>\*</sup> accendétur velut ignis zelus tuus?

Effúnde iram tuam in Gentes, quæ te non novérunt:<sup>\*</sup> et in regna quæ nomen tuum non invocavérunt.

Quia comedérunt Jacob:<sup>\*</sup> et locum ejus desolavérunt.

Ne memíneris iniquitátum nostrárum antiquárum, cito anticípent nos misericórdiæ tuae:<sup>\*</sup> quia páuperes facti sumus nimis.

Adjuva nos, Deus salutáris noster: propter glóriam nominis tui, Dómine, líbera nos:<sup>\*</sup> et propítius esto peccátis nostris propter nomen tuum:

Ne forte dicant in Géntibus: Ubi est Deus eórum?<sup>\*</sup> et innotéscat in natióibus coram oculis nostris.

Ultio sanguinis servórum tuórum, qui effúsus est:<sup>\*</sup> introéat in conspéctu tuo gémitus conpeditórum.

Secúndum magnitúdinem bráchii tui, pósse fílios mortificatórum.

## Titulus IX—Caput 12

Et redde vicínis nostris séptuplum in sinu eórum: \* impropérium ipsórum quod exprobavérunt tibi, Dómine.

Nos autem pópulus tuus, et oves páscuæ tuæ: \* confitébimur tibi in sǽculum.

In generatióne et generatióne annuntiábimus laudem tuam.  
Glória Patri.

℣. Salvos fac servos tuos.

℟. Deus meus, sperántes in te.

℣. Esto nobis, Dómine, túrris fortitúdinis.

℟. A fácie inimíci.

℣. Nihil proficiat inimícus in nobis.

℟. Et filius iniquitatis non appónat nocére nobis.

℣. Hóstium nóminis tui, Dómine, elíde supérbiám.

℟. Et eórum contumáciam déxteræ tuæ virtúte prostérne.

℣. Fiant tamquam pulvis ante fáciem venti.

℟. Et Angelus Dómini persequátur eos.

℣. Effundiére iram tuam in gentes, quæ te non novérunt.

℟. Et in regna, quæ nomen tuum non invocavérunt.

℣. Mitte nobis, Dómine, auxílium de sancto.

℟. Et de Sion tuére nos.

℣. Dómine, exáudi oratióne meam.

℟. Et clamor meus ad te véniat.

℣. Dóminus vobíscum.

℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Oratio

**D**a, quásumus, Ecclésiæ tuæ, misericors Deus: ut Sancto Spíritu congregáta, hostíli nullátenus incursióne turbétur.

**D**eus, qui culpa offendéris, poenitentia placáris: preces pópuli tui supplicántis propítius respice; et flagella tuæ iracundiæ, quæ pro peccátis nostris merémur, avérte.

**O**mnipotens, sempiterne Deus, in cuius manu sunt ómnium potestátes, et ómnium jura regnórum: respice in auxílium Christianórum; ut hostes nostri, qui in sua feritáte confidunt, déxteræ tuæ poténtia conterántur. Per Dóminum. **℟.** Amen.

℣. Exáudiat nos Dóminus. **℟.** Amen.

## CAPUT 12 DE PROCESSIONE IN QUACUMQUE TRIBULATIONE

Servatis omnibus, ut supra in Lianiis majoribus (pag. 242), finitisque Litaniis, dicitur:

Pater noster **secreto usque ad**

℣. Et ne nos indúcás in tentatióne.

℟. Sed líbera nos a malo.

### De Processione pro gratiarum actione

Psalmus 19 Exáduiat te Dóminus, ut supra (pag. 93), cum Glória Patri. vel Psalmus 90 Qui hábitat, ut supra (pag. 278).

Quo finite, dicitur:

- V. Deus, refúgium nostrum et virtus.  
R. Adjútor in tribulatióibus.  
V. Salvos fac servos tuos, Dómine.  
R. Deus meus, sperántes in te.  
V. Sanctus Deus, Sanctus fortis, Sanctus immortális.  
R. Miseré nobis.  
V. Adjuva nos, Deus, salutáris noster.  
R. Et propter glóriam nóminis tui, Dómine, líbera nos.  
V. Dómine, exáudi oratióne meam.  
R. Et clamor meus ad te véniat.  
V. Dóminus vobíscum. R. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Oratio

**N**e despícias, omnípotens Deus, pópulum, tuum in afflictiónē clamántem: sed propter glóriam nóminis tui, tribulátis succúrre placátus.

**I**n effábilem misericórdiam tuam, Dómine, nobis cleménter osténde: ut simul nos et a peccátis ómnibus éxuas, et a pœnis, quas pro his merémur, erípias,

**C**oncédere nos fámulos tuos, quásumus, Dómine Deus, perpétua mentis et cóporis sanitáte gaudére: et gloriósa beátæ Maríæ semper Vírginis intercessióne, a præsénti liberári tristítia, et ætérna pérfrui lætitia.

**T**ribulatióne nostram, quásumus, Dómine, propítius résponce: et iram tuæ indignatiónis, quam justè merémur, avérte.

**D**eus, refúgium nostrum et virtus: adésto piis Ecclésiæ tuæ précibus, auctor ipse pietatis, et præsta; ut, quod fidéliter pétimus, efficáciter consequámur. Per Dóminum. R. Amen.

## CAPUT 13 DE PROCESSIONE PRO GRATIARUM ACTIONE

Initio Processlonis cantatur Hymnus:



Te Deum confitemur.

## Titulus IX—Caput 13

Pleni sunt cæli et terra\* majestatis gloriæ tuæ.  
Te gloriósus\* Apostolórum chorus,  
Te Prophetárum\* laudabilis númerus,  
Te Mártyrum candidátus\* laudat exércitus.  
Te per orbem terrárum\* sancta confitétur Ecclésia,  
Patrem \*imménsæ majestatis,  
Venerándum tuum verum \* et únicum Fílium,  
Sanctum quoque\* Paráclitum Spíritum.  
Tu Rex gloriæ Christe.  
Tu Patris\* sempitérnus es Fílius.  
Tu ad liberándum susceptúrus hóminem,\* non horruísti Vírginis úterum.  
Tu devicto mortis acúleo\* aperuísti credéntibus regna cælórum.  
Tu ad déxteram Dei sedes, \* in glória Patris.  
Judex créderis\* esse ventúrus.  
Te ergo quásumus tuis fámulis subvénī,\* quos pretiósos sanguine redemísti.  
Ætéerna fac cum sanctis tuis\* in glória numerári.  
Salvum fac pópulum tuum, Dómine,\* et bénedic hæreditati tuæ.  
Et rege eos,\* et extólle illos usque in ætérnam.  
Per síngulos dies\* benedicimus te.  
Et laudámus nomen tuum in sǽculum \* et saeculum sǽculi.  
Dignáre, Dómine, die isto \* sine peccáto nos custodíre.  
Miserére nostri, Dómine, \* miserére nostri.  
Fiat misericórdia tua, Dómine, super nos \* quemádmodum sperávimus in te.  
In te, Dómine, sperávi, \* non confúndar in ætérnum.

## **Psalmus 65**

**J**ubiláte Deo omnis terra, psalmum dícite nómini ejus: \* date gloriā laudi ejus.

Dícite Deo: Quam terribília sunt ópera tua, Dómine!\* in multitúdine virtútis tuæ mentiéntur tibi inimíci tui.

Omnis terra adóret te, et psallat tibi: \* psalmum dicat nómini tuo.

Veníte, et vidéte ópera Dei: \* terríbilis in consíliis super filios hóminum.

Qui convértit mare in áridam, in flúmine, per-

transíbunt pede: \* ibi lætabimur in ipso.

Qui dominátur in virtúte sua in ætérnum, óculi ejus super Gentes respíciunt: \* qui exásperant non exalténtur in semetípsis. Benedícite, Gentes, Deum nostrum: \* et audítam fácite vocem laudis ejus,

Qui pósuit ánimam meam ad vitam: \* et non dedit in commotiónem pedes meos.

Quóniam probásti nos, Deus: \* igne nos examinásti, sicut examinátur argéntum.

### De Processione gratiarum actione

Induxísti nos in láqueum, posuísti tribulatiónes in dorso nostro:<sup>\*</sup> imposuísti hómines super cápita nostra.

Transívimus per ignem et aquam:<sup>\*</sup> et eduxísti nos in refrigérium.

Introíbo in domum tuam in holocáustis:<sup>\*</sup> reddam tibi vota mea, quæ distinxérunt lábia mea.

Et locútum est os meum,<sup>\*</sup> in tribulatióne mea.

Holocáusta medulláta ófferam tibi cum incénso aríetum:<sup>\*</sup> ófferam tibi boves cum hircis.

Veníte, audíte, et narrábo, omnes, qui timétis Deum,<sup>\*</sup> quanta fecit ánimae meæ.

Ad ipsum ore meo clamávi, \* et exaltávi sub lingua mea.

Iniquitaté si aspéxi in corde,<sup>\*</sup> meo non exaudiet Dóminus.

Proptérea exaudívit Deus,<sup>\*</sup> atténdit voci deprecationis meæ.

Benedictus Deus,<sup>\*</sup> qui non amóvit oratiónen meam, et misericordiam suam a me

Glória Patri

Sicut erat.

### **Psalmus 80**

**E**xultáte Deo adjutóri nostro:<sup>\*</sup> jubiláte Deo Jacob.

Súmite psalmum, et date týpanum:<sup>\*</sup> psaltérium jucúndum cum cíthara.

Bucináte in neoménia tuba,<sup>\*</sup> in insígni die solemnítatis nostræ.

Quia præcéptum Israël est:<sup>\*</sup> et judícum Dei Jacob.

Testimónium in Joseph pósuit illud, cum exíret de terra Ægypti:<sup>\*</sup> linguam, quam non nóverat, audívit.

Devérit ab onéribus dorsum ejus:<sup>\*</sup> manus ejus in cophino serviérunt.

In tribulatióne invocásti me, et liberávi te:<sup>\*</sup> exaudívi te in abscónito tempestatis: probávi te apud aquam contradictionis.

Audi, póplus meus et contestábor te. \* Israël, si audíeris me, non erit in te deus recens, neque adorabis deum alienum.

Ego enim sum Dóminus Deus tuus, qui edúxi te de terra Ægypti:<sup>\*</sup> diláta os tuum, et implébo illud.

Et non audívit póplus meus vocem meam:<sup>\*</sup> et Israël non inténdit mihi.

Et dimísi illos secúndum desidéria cordis eórum:<sup>\*</sup> ibunt in adinventiōibus suis.

Si póplus meus audísset me:<sup>\*</sup> Israël si in viis meis ambuláasset:

Pro níhilo fórsitan inimícos eórum humiliássem:<sup>\*</sup> et super tribulántes eos misísssem manum meam.

Inimíci Dómini mentíti sunt ei:<sup>\*</sup> et erit tempus eórum in sácula.

Et cibávit illos ex ádipe fruménti:<sup>\*</sup> et de petra, melle saturávit eos.

Glória Patri.

Sicut erat.

### **Psalmus 95**

**C**antáte Dómino cápticum novum: \*cantáte Dómino, omnis terra.

Cantáte Dómino et benedícite nómini ejus:<sup>\*</sup> annuntiáte de die in diem salutáre ejus.

Annuntiáte inter Gentes glóriam ejus,<sup>\*</sup> in ómnibus pópulis mirabília ejus.

Quóniam magnus Dóminus, et laudábilis nimis:<sup>\*</sup> terríbilis est super omnes deos.

Quóniam omnes dii Gentium dæmónia:<sup>\*</sup> Dóminus autem cælos fecit.

Conféssio et pulchritúdo in conspéctu ejus:<sup>\*</sup> sanctimónia et magnificéntia in sanctificatióne ejus.

## Titulus IX—Caput 13

Afférte Dómino, pátriæ Géntium, afférte Dómino glóriam et honórem.\* afférte Dómino glóriam nómini ejus.

Tóllite hóstias et introíte in átria ejus.\* adoráte Dóminum in átrio sancto ejus.

Commoveátur a fácie ejus univérsa terra.\* dícite in Géntibus quia Dóminus regnávit.

Etenim corréxit orbem terræ qui non commovébitur.\* judicábit pópulos in æquitáte.

Læténtrur cæli, et exúltet terra: commoveátur mare et plenitúdo ejus: gaudébunt campi, et ómnia quæ in eis sunt.

Tunc exultábunt ómnia ligna silvárum a fácie Dómini, quia venit :\* quóniam venit judicáre terram.

Judicábit orbem terræ in æquitáte,\* et pópulos in veritáte sua.

Glória Patri.

## **Psalmus 99**

**J**ubiláte Deo, omnis terra: servíte Dómino in lætitia.

Introíte in conspéctu ejus,\* in exsultátione.

Scítote quóniam Dóminus ipse est Deus: \* ipse fecit nos, et non ipsi nos.

Pópulus ejus, et oves páscuæ ejus: introíte portas ejus in conféssione, átria ejus in hymnis confitémini illi.

Laudáte nomen ejus: quóniam suávis est Dominus, in aeternum misericordia ejus: \* et usque in generatióne et generatióne véritas ejus

Glória Patri.

## **Psalmus 102**

**B**énedic ánima mea, Dómino: \* et ómnia, quæ intra me sunt, nómini sancto ejus.

Bénedic, ánima mea Dómino: \* et noli oblívisci omnes retributiónes ejus.

Qui propitiátor ómnibus iniquitáibus tuis\* qui sanat omnes infirmitátes tuas.

Qui rédimit de intéritu vitam tuam: \* qui corónat te in misericórdia et miseratióibus.

Qui replet in bonis desidérium tuum: \* renovábitur ut áquilæ juvéntus tua:

Fáciens misericórdias Dóminus: \* et judícium ómnibus injúriam patiéntibus.

Notas fecit vias suas Móysi, \* filiis Israël voluntátes suas.

Miserátor, et miséricors Dóminus: \* longánimis, et multum miséricors.

Non in perpétuum irascéatur: \* neque in aetérnum comminábitur.

Non secúndum peccáta nostra fecit nobis: \* neque secúndum iniquitátes nostras retríbuit nobis.

Quóniam secúndum altitudinem cæli a terra: \* corroborávit misericórdiam suam super timéntes se.

Quantum distat ortus ab occidente: longe fecit a nobis iniquitátes nostras.

Quómodo miserétur pater filiòrum misértus est Dóminus timéntibus se: \* quóniam ipse cognóvit figmémentum nostrum.

Recordátus est quóniam pulvis sumus: \* homo, sicut foenum dies ejus. tamquam flos agri sic efflorébit.

Quóniam spíritus pertransíbit in illo, et non subsístet: \* et non cognóscet amplius locum suum.

Misericórdia autem Dómini ab aetérno,\* et usque in aeternum super timéntes eum.

Et justitia illius in filios filiòrum,\* his qui servant testaméntum ejus:

Et mémores sunt mandatórum ipsíus: \* ad faciéndum ea.

Dóminus in cælo parávit sedem suam: \* et regnum ipsíus ómnibus dominábitur.

Benedícite Dómino, Angeli ejus: \* poténtes virtúte, faciéntes verbum illius, ad audiéndam vocem sermónum ejus.

Benedícite Dómino, omnes virtutes ejus: \* minístri ejus, qui fáctis voluntátem ejus.

Benedícite Dómino, ómnia ópera ejus: \* in omni loco dominatiónis ejus, bénedic, ánima mea, Dómino.

Glória Patri.

## De Processione gratiarum actione

### **Psalmus 116**

**L**audáte Dóminum omnes Gentes: \* laudáte eum, omnes pópuli

Quóniam confirmáta est super nos misericórdia ejus: \* et véritas Dómini manet in ætérnum.  
Glória Parti.

### **Psalmus 148**

**L**audáte Dóminum de cælis: \* laudáte eum in excélsis.

Laudáte eum, omnes Angeli ejus: \* láudate eum, omnes virtútes ejus.

Laudáte eum, sol et luna: laudáte eum, omnes stellæ et lumen.

Laudáte eum, cæli cælórum: \* et aqua omnes, quæ super cælos sunt, laudent nomen Dómini.

Quia ipse dixit, et facta sunt: \* ipse mandávit, et creáta sunt.

Státuit ea in ætérnum, et in sæculum sæculi: \* præcéptum pósuit, et non præteríbit.

Laudáte Dóminum de terra, \* dracónes et omnes abýssi.

Ignis, grando, nix, glácies, spíritus procellárum: \* quæ fáciunt verbum ejus.

Montes, et omnes colles: \* ligna fructífera, et omnes cedri.

Béstiae et univérsa pécora: \* serpéntes, et vólucres pennátæ:

Reges terræ, et omnes pópuli: \* príncipes, et omnes júdices terræ.

Júvenes et vírgines: senes cum junióribus laudent nomen Dómini: \* quia exaltátum est nomen ejus solíus.

Conféssio ejus super cælum, et terram: \* et exaltávit cornu pópuli sui.

Hýmnus omnibus sanctis ejus: \* filiis Israël, pópulo appropinquánti sibi.

Glória Patri.

### **Psalmus 149**

**C**antáte Dómino cáanticum novum: \* laus ejus in ecclésia sanctórum.

Lætétur Israël in eo, qui fecit eum: \* et filii Sion exsúltent in rege suo.

Laudent nomen ejus in choro: \* in týmpano, et psaltério psallant ei.

Quia beneplácitum est Dómino in pópulo suo: \* et exaltábit mansuétos in salútem.

Exultábunt sancti in glória: \* lætabúntur in cubílibus suis.

Exaltatiónes Dei in gútture eórum: \* et gládii ancípites in mánibus eórum.

Ad faciéndam vindictam in natióibus: \* increpatiōnes in pópulis.

Ad alligándos reges eórum in compédiibus: \* et nóbiles eórum in mánicis férreis.

Ut fácient in eis judícum conscríptum: \* glória hæc est ómnibus sanctis ejus.

Glória Patri.

Sicut erat.

### **Psalmus 150**

**L**audáte Dóminum in sanctis ejus: \* laudáte eum in firmaménto virtútis ejus.

Laudáte eum in virtútibus ejus: \* laudáte eum secúndum multitúdinem magnitúdinis ejus.

Laudáte eum in sono tubæ: \* laudáte eum in psaltério et cíthara.

Laudáte eum in týmpano, et choro: \* laudáte eum in cordis, et órgano.

Laudáte eum in cýmbalis benesonántibus: laudáte eum in cýmbalis jubilatiónis: \* omnis spíritus laudet Dóminum.

Glória Patri.

Sicut erat.

## Titulus IX—Caput 14

Canticum Benedicite, ómnia ópera Dómini, **ut supra** (pag. 178).

Canticum Benedictus Dóminus, Deus Israel, **ut supra** (pag. 390); in fine Glória Patri.

3. Hæc autem prædicta, proufc longitudo itineris postulaverit, vel omnia, vel ex parte cantari possunt.

Deinde in ecclesia, ubi fit statio, ante Altare dicuntur sequentes Versus et Orationes:

℣. Benedíctus es, Dómine, Deus patrum nostrórum.

℟. Et laudábilis, et gloriósus in sǽcula.

℣. Benedicámus Patrem, et Fílium, cum Sancto Spíritu.

℟. Laudémus, et superexaltémus eum in sǽcula.

℣. Benedíctus es, Dómine, in firmaménto cæli.

℟. Et laudábilis et gloriósus, et superexaltátus in sǽcula.

℣. Bénedic, ánima mea, Dómino.

℟. Et noli oblívisci omnes retributiōnes ejus.

℣. Dómine, exáudi oratiōnem meam.

℟. Et clamor meus ad te véniat.

℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Oratio

**D**eus, cuius misericórdiæ non est númerus, et bonitátis infinítus est thesáurus: piíssimæ Majestáti tuæ pro collátis donis grátias ágimus, tuam semper cleméntiam exorántes; ut, qui peténtibus postuláta concédis, eósdem non déserens, ad præmia futúra dispónas.

**D**eus, qui corda fidélium Sancti Spíritus illustratiōne docuísti: da nobis in eódem Spíritu recta sápere; et de ejus semper consolatiōne gaudére.

**D**eus, qui néminem in te sperántem nimium afflígi permíttis, sed pium precíbus præstas audítum: pro postulatiōníbus nostris, votísque suscéptis grátias ágimus, te piíssime deprecántes; ut a cunctis semper muniámur adversis. Per Dóminum. ℟. Amen.

## CAPUT 14

### DE PROCESSIONE IN TRANSLATIONE SACRARUM RELIQUIARUM

Ecclesia et viæ, per quas transeundum est, quantum fieri potest, decentius ornentur. Sacerdotes et Ministri vestibus induti albi vel rubei coloris, prout Sancti, quorum Reliquiæ transferuntur, exposcunt, et omnes cum luminaribus accensis procedant, decantantes Litanias (pag. 85), cum invocatione Sanctorum, quorum Reliquiæ deferuntur, et Hymnum Te Deum (pag. 257), et Psalmum Laudáte Dóminum de cælis (pag. 261). cum duobus sequentibus. et alios Psalms et hymnos de Proprio vel de Communi eorum Sanctorum, quorum Reliquiæ transferuntur.

## TITULUS X

### CAPUT 1

### LITANIÆ SANCTISSIMI NOMINIS JESU

**K**yrie, eléison.

Christe, eléison.

Kyrie, eléison.

Jesu, exáudi nos.

Pater de cælis, Deus,

miserére nobis

Fili, Redémptor mundi, Deus,

miserére

Spíritus Sancte, Deus.

miserére

Sancta Trinitas, unus Deus,

miserére

Jesu, Fili Dei vivi,

miserére

Jesu, splendor Patris,

miserére

Jesu, candor lucis æternæ,

miserére

Jesu, rex gloriæ,

miserére

Jesu, sol justitiæ,

miserére

Jesu, Fili Mariæ Vírginis,

miserére

Jesu, amabilis,

miserére

Jesu, admirabilis,

miserére

Jesu, Deus fortis,

miserére

Jesu, pater futuri sæculi,

miserére

Jesu, magni consilii ángelus,

miserére

Jesu, potentissime,

miserére

Jesu, patientissime

miserére

Jesu, obedientissime,

miserére

Jesu, mitis et húmiliis corde,

miserére

Jesu, amotor castitatis,

miserére

Jesu, amator noster,

miserére

Jesu, Deus pacis,

miserére

Jesu, auctor vitae,

miserére

Jesu, exemplar virtutem,

miserére

Jesu, zelator animarum,

miserére

Jesu, Deus noster,

miserére

Jesu, refugium nostrum,

miserére

Jesu, pater pauperum,

miserére

Jesu, thesaurum fidelium,

miserére

Jesu, bone pastor,

miserére

Jesu, lux vera,

miserére

Jesu, sapientia æterna,

miserére

Jesu, bónitas infinita,

miserére

Jesu, via et vita nostra,

miserére

Jesu, gaudium Angelorum,

miserére

Jesu, rex Patriarcharum,

miserére

Jesu, magister Apostolorum, miserére

Jesu, doctor Evangelistarum, miserére

Jesu, fortitudo Mártyrum, miserére  
Jesu, lumen Confessórum, miserére  
Jesu púritas Vírginum, miserére  
Jesu, coróna Sanctórum ómnium, miserére  
Propitius esto, parcere nobis, Jesu.  
Propitius esto, exaudi nos, Jesu.  
Ab omni malo, libera nos, Jesu.  
Ab omni peccáto, libera.  
Ab ira tua, libera.  
Ab insídiis diáboli, libera.  
A spíritu fornicatiónis, libera.  
A morte perpétua, libera.  
A negléctu inspiratiónum tuárum, libera.  
Per mystérium sanctæ incarnatiónis tuæ, libera.  
Per Nativitatem tuam, libera.  
Per infántium tuam, libera.  
Per diviníssimam vitam tuam, libera.  
Per labóres tuos, libera.  
Per agoniam et passiónem tuam, libera.  
Per crucem et derelictiōnem tuam, libera.  
Per languóres tuos, libera.  
Per mortem et sepultúram tuam, libera.  
Per resurrectiōnem tuam, libera.  
Per ascensiōnem tuam, libera.  
Per Sanctissimæ Eucharístiæ institutiōnem tuam, libera.  
Per gáudia tua, libera.  
Per glóriam tuam, libera.

Titulus X—Caput 1

Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi, parce nobis, Jesu.  
Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi, exáudi nos, Jesu.  
Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi, miserére nobis, Jesu.

Jesu, audi nos.  
Jesu, exáudi nos.

Orémus.

**Oratio**

**D**ómine Jesu Christe, qui dixísti: Pétite, et accipiétis; quérите, et inveniétis; pulsáte, et aperiétur vobis: quæsumus, da nobis peténtibus diviníssimi tui amóris afféctum, ut te toto corde, ore et ópere diligámus, et tua numquam laude cassémus.

**S**ancti Nómminis tui, Dómine, timórem páriter et amórem fac nos habére perpéatum: quia numquam tua gubernatióne destítutis, quos in solidáte tuæ dilectionis instítutis: Qui vivis et regnas in sǽcula sǽculórum. **R**. Amen.

**CAPUT 2**

**LITANIÆ DE SACRO CORDE JESU**

Kýrie, éléison.	Cor Jesu, in quo hábitat omnis plenitúdo divinitatis, miserere.
Christe, éléison.	Cor Jesu, in quo Pater sibi bene complacuit, miserere.
Kýrie, éléison.	Cor Jesu, de cuius plenitúdine omnes nos accépimus, miserere.
Christe, audi nos.	Cor Jesu, desidérium cóllium æternórum, miserere.
Christe, exáudi nos.	Cor Jesu, pátiens et multæ misericordiæ, miserere.
Pater de cælis, Deus, miserere nobis.	Cor Jesu, dives in omnes qui invocant te, miserere.
Fill, Redémptor mundi, Deus, miserere.	Cor Jesu, fons vitæ et sanctitatis, miserere.
Spíritus Sancte, Deus, miserere.	Cor Jesu, propitiatio pro peccatis nostris, . miserere.
Sancta Trinitas, unus Deus, miserere.	Cor Jesu, saturatum opprobriis, miserere.
Cor Jesu, Filii Patris æterni, miserere.	Cor Jesu, attritum propter scélera nostra, . miserere.
Cor Jesu, in sinu Vírginis Matris a Spíritu Sancto formátum, miserere.	Cor Jesu, usque ad mortem obediens factum, . miserere.
Cor Jesu, Verbo Dei substancialiter unitum, miserere.	Cor Jesu, láncea perforatum, miserere.
Cor Jesu, majestatis infinitæ, miserere.	Cor Jesu, fons totius consolatiōnis, miserere.
Cor Jesu, templum Dei sanctum, miserere.	Cor Jesu, vita et resurrēctio nostra, miserere.
Cor Jesu, tabernaculum Altissimi, miserere.	Cor Jesu, pax et reconciliatio nostra, miserere.
Cor Jesu, domus Dei et porta cæli, miserere.	Cor Jesu, víctima peccatorum, miserere.
Cor Jesu, fornax ardens caritatis, miserere.	Cor Jesu, salus in te sperantium, miserere.
Cor Jesu, justitiæ et amoris receptaculum miserere.	Cor Jesu, spes in te morientium, miserere.
Cor Jesu, bonitate et amore plenum, miserere.	Cor Jesu, deliciae Sanctorum omnium, miserere.
Cor Jesu, virtutum omnium abyssus, miserere.	
Cor Jesu, omni laude dignissimum, miserere.	
Cor Jesu, rex et centrum omnium cordium, miserere.	
Cor Jesu, in quo sunt omnes thesauri sapientiæ et scientiæ, miserere.	

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, parce nobis, Dómine.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, exaudi nos, Dómmme,

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, miserere nobis.

**V.** Jesu, mitis et hūmilis Corde.

**R.** Fac cor nostrum secundum Cor tuum.

Orémus.

**Oratio**

**O**mnípotens sempiterne Deus, respice in Cor dilectissimi Fílli tui, et in laudes et satisfactiōnes, quas in nōmine peccatorum tibi persolvit, iisque misericordiam tuam petentibus tu véniam concéde placatus, in nōmine ejusdem Fílli tui Jesu Christi: Qui tecum vivit et regnat in sācula sāculorum.

**R.** Amen.

**CAPUT 3**

**LITANIÆ LAURENTIÆ B. MARIÆ VIRG.**

**K**ýrie, éléison.

Christe éléison.

Kýrie, éléison.

Christe, audi nos.

Christe, exáudi nos.

Pater de cælis, Deus, miseré nobis.

Fill, Redémptor mundi, Deus, miseré.

Spíritus Sancte, Deus, miseré.

Sancta Trinitas, unus Deus, miseré.

Sancta María, ora pro nobis.

Sancta Dei Génitrix, ora.

Sancta Virgo virgínum, ora.

Mater Christi, ora.

Mater divinæ grátiæ, ora.

Mater puríssima, ora.

Mater castíssima, ora.

Mater invioláta, ora.

Mater intemeráta, ora.

Mater amabilis, ora.

Mater admirabilis, ora.

Mater boni consílii, ora.

Mater Creatóris, ora.

Mater Salvatóris, ora.

Virgo prudentíssima, ora.

Virgo veneránda, ora.

Virgo prædicánda, ora.

Virgo potens, ora.

Virgo clemens, ora.

Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi, parce nobis, Dómine.

Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi, exáudi nos, Dómine.

Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi, miseré nobis.

**Pro temporis diversitate hæc addi possunt;**

**Ab Adventu usque ad Nativitatem Domini:**

**V.** Angelus Dómini nuntiávit Maríæ.

**R.** Et concépit de Spiritu Sancto.

Orémus.

**Oratio**

**D**eus, qui de beátæ Maríæ Vírginis útero Verbum tuum, Angelo nuntiánte, carnem suscípere voluísti: præsta supplícibus tuis; ut, qui vere eam Genitrícem Dei crédimus, ejus apud te intercessióntbus adjuvémur. Per eúmdem Christum Dóminum nostrum. **R.** Amen.

Litaniæ Laurentiæ B.M.V.

A Nativitate Domini usque ad Purificationem B. M. V.:

℣ Post partum, Virgo, invioláta permansísti.

℟ Dei Génitrix, intercéde pro nobis.

Orémus.

Oratio

**D**eus, qui salútis ætérnæ, beátæ Maríæ virginítate fecúnda, humáno géneri præmia præstítisti: tribue, quæsumus; ut ipsam pro nobis intercédere sentiámus, per quam merúimus auctórem vitæ suscípere, Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum. ℟ Amen.

A Purificatione usque ad Pascha et post Tempus Paschale usque ad Adventum Domini:

℣. Ora pro nobis, sancta Dei Génitrix.

℟. Ut digni efficiámur promissiónibus Christi.

Orémus.

Oratio

**C**oncéde nos fámulos tuos, quæsumus, Dómine Deus, perpétua mentis et córporis sanitáte gaudére: et gloriósa beátæ Maríæ semper Vírginis intercessióne, a præsénti liberári tristitia et ætérana pérfrui lætítia. Per Christum Dóminum nostrum.

℟ Amen.

Tempore Paschali:

℣ Gaude et lætíre, Virgo María, allelúja.

℟ Quia surréxit Dóminus vere, allelúja.

Orémus.

Oratio

**D**eus, qui per resurrectiōnem Fílli tui Dómini nostri Jesu Christi mundum lætificáre dignátus es: præsta, quæsumus; ut, per ejus Genitrícem Vírginem Maríam, perpétuæ capiámus gáudia vitæ. Per eúmdem Christum Dóminum nostrum. ℟ Amen.

**CAPUT 4**

**LITANIÆ DE S. JOSEPH**

**K**ýrie, éléison.

Christe, éléison.

Kýrie, éléison.

Christe, audi nos,

Christe, exáudi nos,

Pater de cælis, Deus, miserére nobis.

Fili, Redémptor mundi, Deus,

Spíritus Sancti, Deus,

Sancta Trinitas unus Deus,

Sancta María, ora pro nobis.

Sancte Joseph, ora

Proles David inclyta, ora.

Lumen Patriarcharum, ora.

Dei Genetrícis sposte, ora.

Custos pudice Vírginis, ora.

Filii Dei nutríce, ora.

Christe defénsor sédule, ora.

Almae familiæ præses, ora.

Joseph justíssime, ora

Joseph, castíssime, ora.

Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi, parce nobis.

Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi, exáudi nos, Dómine.

Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi, miserére nobis.

**V.** Constítuit eum dóminum domus suæ.

**R.** Et príncipem omnis possessiónis suæ.

Orémus.

**Oratio**

**D**eus,

qui ineffábili providéntia beátum Joseph sanctíssimæ Genitrícis tuæ sponsum elígere dignátus es: præsta, quæsumus; ut, quem protectórem venerámur in terris, intercessórem habére mereámur in cælis: Qui vivis et regnas in sácula sæculórum. **R.** Amen.

# TITULUS XI

## CAPUT 1

### DE EXORCIZANDIS OBSESSIS

### A DÆMONIO

**S**acerdos, de peculiari et expressa Ordinarii licentia, vexatos a dæmone exorcizaturus, ea qua pars est pietate, prudentia, ac vitæ integritate præditus esse debet: qui non sua, sed divina fretus virtute, ab omni rerum humanarum cupiditate alienus, tam plium opus ex caritate constanter et humillter exsequatur. Hunc præterea maturæ ætatis esse decet, et non solum officio, sed etiam morum gravitate reverendum.

2. Ut igitur suo munere recte fungatur, cum alia multa sibi utilia documenta, quæ brevitatis gratia hoc loco prætermittuntur, ex probatis auctoribus, et ex usu noscere studeat; tum hæc pauca magis necessaria diligenter observabit.
3. In primis, ne facile credat, aliquem a dæmonio esse obsessum, sed nota habeat ea signa, quibus obsessus dignoscitur ab iis, qui morbo aliquo, præsertim ex psychicis, laborant. Signa autem obsidentis dæmonis esse possunt: ignota lingua loqui pluribus verbis, vel loquentem intelligere distantia et occulta patefacere; vires supra ætatis seu conditionis naturam ostendere; et id genus alia, quæ cum plurima concurrunt, majora sunt indicia.
4. Hæc autem ut magis cognoscat, post unum aut alterum exorcismum interroget obsessum, quid senserit in animo, vel in corpore, ut sciat etiam, ad quænam verba magis diaboli conturbentur, ut ea deinceps magis inculcat ac repetat.
5. Advertat, quibus artibus ac deceptionibus utantur dæmones ad Exorcistam decipiendum: solent enim ut plurimum fallaciter respondere, et difficile se manifestare, ut Exorcista diu defatigatus desistat; aut infirmus videatur non esse a dæmonio vexatus.
6. Aliquando postquam sunt manifesti, abscondunt se, et relinquunt corpus quasi liberum ab omni molestia, ut infirmus putet se omnino esse liberatum: sed cessare non debet Exorcista, donec viderit signa liberationis.
7. Aliquando etiam dæmones ponunt quæcumque possunt impedimenta, ne infirmus se subjiciat exorcismis, vel conantur persuadere infirmitatem esse naturalem; interdum, durante exorcismo, faciunt ut dormiat infirmus, et ei visionem aliquam ostendunt, subtrahendo se, ut infirmus liberatus videatur.
8. Aliqui ostendunt factum maleficium, et a quibus sit factum, et modum ad illud dissipandum: sed caveat, ne ob hoc ad magos, vel ad sagas, vel ad alios, quam ad Ecclesiæ ministros confugiat, aut ulla superstitione, aut alio modo illicito utatur.
9. Quandoque diabolus infirmum quiescere et suscipere sanctissimam Eucharistiam permittit, ut discessisse videatur. Denique innumerabiles sunt artes et fraudes diaboli ad decipiendum hominem, quibus ne fallatur, Exorcista cautus esse debet.
10. Quare memor, Dominum nostrum dixisse, genus esse dæmonorum, quod non ejicitur nisi per orationem et jejunium ( Matth. 17, 20 ), hæc duo potissimum remedia ad impetrandum divinum auxilium, dæmonesque pellendos, exemplo Sanctorum Patrum, quoad ejus fieri potent, tum per se, tum per alios curet adhiberi.

### De Exorcizandis Obsessis a Dæmonio

11. In ecclesiam, si commode fieri potest, vel in illum religiosum et honestum locum seorsum a multitudine perductus energumenus exorcizetur; sed si sit ægrotus, vel alia honesta de causa, in domo privata exorcizari poterit.
12. Admoneatur obsesus, si mente et corpore valeat, ut pro se oret Deum, ac jejunet, et sacra confessione et communione sæpius ad arbitrium Sacerdotis se muniat; et dum exorcizatur, totum se colligat, et ad Deum convertat ac firma fide salutem ab eo deposcat cum omni humilitate. Et cum vehementius vexatur, patienter sustineat, nihil diffidens de auxilio Dei.
13. Habeat præ manibus, vel in conspectu Crucifixum. Reliquiæ quoque Sanctorum, ubi haberí possint, decenter ac tuto colligatæ, et coopertæ, ad pectus, vel ad caput obsessi reverenter admoveantur; sed caveatur, ne res sacræ indigne tractentur, aut illis a dæmonie ulla fiat injuria. Sanctissima vero Eucharistia super caput obsessi, aut aliter ejus corpori ne admoveatur, ob irreverentiæ periculum.
14. Exorcista ne vagetur in multiloquio, aut supervacancis vel curiosis interrogationibus, præsertim de rebus futuris et occultis, ad suum munus non pertinentibus; sed jubeat immundum spiritum tacere, et ad interrogata tantum respondere; neve ei credatur, si dæmon simularet se esse animam alicujus Sancti, de vel defuncti, vel Angelum bonum.
15. Necessariæ vero interrogationes sunt, ex. gr. de numero et nomine spirituum obsidentium, de tempore quo ingressi sunt, de causa, et aliis hujusmodi. Ceteras autem dæmonis nugas, risus, et ineptias Exorcista cohipeat, aut contemnat, et circumstantes, qui pauci esse debent, admoneat, ne hæc current, neque ipsi interrogent obsessum; sed potius humillter et enixe Deum pro eo precentur.
16. Exorcismos vero faciat ac legat cum imperio, et auctoritate, magna fide, et humilitate, atque fervore; et cum viderit spiritum valde torqueri, tunc magis instet et urgeat. Et quoties viderit obsessum in aliqua corporis parte commoveri, aut pungi, aut tumorem alicubi apparere, ibi faciat signum crucis, et aqua benedicta aspergat, quam tunc in promptu habeat.
17. Observei etiam ad quæ verba dæmones magis contremiscant, et ea sæpius repetat; et quando pervenerit ad comminationem, eam iterum et sæpius proferat, semper pœnam augendo; ac si videat se proficere, in ipsa perseveret per duas, tres, quatuor horas, et amplius prout poterit, donec victoriā consequatur,
18. Caveat proinde Exorcista, ne ullam medicinam infirmo obsesso præbeat, aut suadeat; sed hanc curam medicis relinquat.
19. Mulierem exorcizans, semper secum habeat honestas personas, quæ obsessam teneant, dum exagitatur a dæmonio; quæ quidem personæ sint patienti, si fieri potest, cognatione proximæ; atque honestatis memor Exorcista caveat, ne quid dicat, vel faciat, quod sibi, aut aliis occasio esse possit pravæ cogitationis.
20. Dum exorcizat, utatur sacræ Scripturæ verbis potius, quam suis, aut alienis. Jubeatque dæmonum dicere, an detineatur in illo corpore ob aliquam operam magicam, aut malevolam; vel si alibi extra corpus fuerint, ea revelet; et intenta comburantur. Moneatur etiam obsesus, ut tentationes suas omnes Exorcistæ patefaciat.
21. Si vero obsesus liberatus fuerit, moneatur, ut diligenter sibi caveat a peccatis, ne occasionem dæmoni præbeat in ipsum revertendi, ne fiant novissima hominis illius perjora prioribus.

TITULUS XI

CAPUT 2

RITUS EXORCIZANDI  
OBSESSOS A DÆMONIO

1. Sacerdos ab Ordinario delegatus, rite confessus, aut saltem corde peccata sua detestans, peracto, si commode fieri possit, Sanctissimo Missæ sacrificio, divinoque auxilio piis precibus implorato, superpelliceo et stola violacea indutus, et coram se habens obsessum ligatum, si sit periculum, eum, se, et astantes communiat signo crucis, et asperget aqua benedicta, et genibus flexis, aliis respondentibus, dicat Litanias ordinarias (pag.85) usque ad Preces exclusive. Postea dicat:

**Ant.** Ne reminiscáris, Dómine, delícta nostra, vel paréntum nostrórum: neque vindictam sumas de peccátis nostris.

Pater Noster *secreto usque ad*

℣. Et ne nos indúcas in tentaciónem.

℟. Sed líbera nos a malo.

Psalmus 53

**D**EUS, in nómine tuo salvum me fac: \* et in virtute tua júdica me.

Deus, exáudi oratióñem meam: \* áuribus percípe verba oris mei.

Quóniam alieni insurrexérunt advérsum me, et fortes quæsiérunt ániam meam: \* et non proposuérunt Deum ante conspéctum suum.

Ecce enim Deus adjúvat me: \* et Dóminus suscéptor est ánime meæ.

℣. Salvum (-am) fac servum tuum (ancíllam tuam).

℟. Deus meus, sperántem in te.

℣. Esto ei, Dómine, turris fortitúinis.

℟. A fácie inimíci.

℣. Nihil proficiat inimícus in eo (ea).

℟. Et filius iniquitatis non appónant nocére ei.

℣. Mitte ei, Dómine, auxílium de sancto.

℟. Et de Sion tuére eum (eam).

℣. Dómine, exáudi oratióñem meam.

℟. Et clamor meus ad te véniat.

℣. Dóminus vobíscum.

℟. Et cum spíritu tuo.

Avérte mala inimícis meis: \* et in veritáte tua dispérde illos.

Voluntárie sacrificábo tibi, \* et confitébor nómini tuo, Dómine: quóniam bonum est:

Quóniam ex omni tribulatióne eripuísti me: \* et super inimícos meos despéxit óculus meus.

Glória Patri.

Sicut erat.

Orémus.

Oratio

**D**eus, cui próprium est miséri semper et párcere: súscipe deprecationem nostram; ut hunc fámulum tuum, quem (hanc fámulam tuam, quam) delictórum cátena constríngit, miserátio tuæ pietatis cleménter absolvat.

**D**ómine sancte, Pater omnípotens, æterne Deus, Pater Dómini nostri Jesu Christi, qui illum réfugam tyránum et apóstatum gehénnæ ignibus deputásti, quique Unigénitum tuum in hunc mundum misísti, ut illum rugiéntem contéreret: velóciter atténde, accélera, ut erípias hóminem ad imáginem et similitúdinem tuam creátum, a ruína, et dæmónio meridiáno. Da, Dómine, terrórem tuum super béstiam, quæ extérminat víneam tuam. Da fidúciam servis tuis contra nequíssimum dracónem pugnare fortíssime, ne contémnat sperántes in te, et ne dicat, sicut in Pharaóne, qui jam dixit: Deum non novi, nec Israël dimítto. Urgeat illum dexterá tua potens discédere a fámulo tuo N. (a famula tua N.), ✕ ne diutius præsumat captivum tenere, quem tu ad imaginem tuam facere dignátus es, et in Fílio tuo redemísti: Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sácula sáculórum.

**R**. Amen

2. **Deinde præcipiat dæmoni hunc in modum:**

**P**ræcípio tibi, quicúmque es, spíritus immúnde, et ómnibus sociis tuis hunc Dei fámulum (hanc Dei fámulam) obsidéntibus: ut per mystéria incarnatiónis, passiónis, resurrectiónis, et ascensiónis Dómini nostri Jesu Christi, per missiórem Spíritus Sancti, et per advéntum ejúsdem Dómini ad judícium, dicas mihi nomen tuum, diem, et horam éxitus tui, cum áliquo signo: et ut mihi Dei ministro licet indígnus, prorsus in ómnibus obédias: neque hanc creatúram Dei, vel circumstántes, aut eórum bona ullo modo offéndas.

3. **Deinde legantur super obsessum hæc Evangelia, vel saltem unum.**

Léctio sancti Evangélii secúndum Joánnem  
(Joan. 1, 1-14)

Hæc dicens, signat se et obsessum in fronte, ore et pectore

**I**n princípio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum. Hoc erat in princípio apud Deum. Omnia per ipsum facta sunt: et sine ipso factum est nihil, quod factum est: in ipso vita erat, et vita erat lux hóminum: et lux in ténebris lucet, et ténebræ eam non comprehendérunt. Fuit homo missus a Deo, cui nomen erat Joánnes. Hic venit in testimónium, ut testimónium perhibéret de lúmine, ut omnes credérent per ilium. Non erat ille lux, sed ut testimónium perhibéret de lúmine. Erat lux vera, quæ illúminat omnem hóminem veniéntem in hunc mundum. In mundo erat, et mundus per ipsum factus est, et mundus eum non cognóvit. In própria venit, et sui eum non recepérint. Quotquot autem recepérint eum, dedit eis potestátem filios Dei fieri, his, qui credunt in nómine ejus: qui non ex sanguínibus, neque ex voluntáte carnis, neque ex voluntáte viri, sed ex Deo nati sunt (Hic genuflectitur). Et Verbum caro factum est, et habitávit in nobis: et vidimus glóriam ejus, glóriam quasi Unigéniti a patre, plenum grátiae et veritátis.

**R**. Deo grárias.

## Titulus XI—Caput 2

Léctio sancti Evangélii secúndum Marcum  
Marc. 16, 15-18

**I**n illo témpore: Dixit Jesus discípulis suis: Eúntes in mundum univérsum, prædicáte Evangélium omni creatúræ. Qui credíderit, et baptizátus fuérit, salvus erit: qui vero non credíderit, condemnábitur. Signa autem eos, qui credíderint, hæc sequéntur: In nómine meo dæmonia ejícent: linguis loquéntur novis: serpéntes tollent: et si mortíferum quid bíberint, non eis nocébit: super ægros manus impónent, et bene habébunt.

Léctio sancti Evangélii secúndum Lucam  
Luc. 10, 17-20

**I**n illo témpore: Revérsi sunt autem septuagínta duo cum gáudio, dicéntes ad Jesum: Dómine, étiam dæmónia subjciúntur nobis in nómine tuo. Et ait illis: Vidébam sátanam sicut fulgur de cælo cadéntem. Ecce dedi vobis potestátem calcándi supra serpéntes, et scorpíones, et super omnem virtútem inimíci: et nihil vobis nocébit. Verúmtamen in hoc nolíte, gaudére quia spíritus vobis subjuciúntur: gaudéte autem, quod nómina vestra scripta sunt in cælis.

Lectio sancti Evangelii secundum Lucam  
Luc. 11, 14-22

**I**n illo témpore: Erat Jesus ejíciens dæmónum, et illud erat mutum. Et cum ejecísset dæmónum, locútus est mutus, et admirátæ sunt turbæ. Quidam autem ex eis dixérunt: In Beélzebub príncipe dæmoniòrum ejicit dæmónia. Et álli tentántes, signum de cælo quærebánt ab eo. Ipse autem ut vidit cogitatiónes eórum, dixit eis: Omne regnum in seípsum divísus desolábitur, et domus supra domum cadet. Si autem et sátanás in seípsum divísus est, quómodo stabit regnum ejus? quia dícitis, in Beélzebub me ejícere dæmónia. Si autem ego in Beélzebub ejício dæmónia, filii vestri in quo ejíciunt? Ideo ipsi júdices vestri erunt. Porro si in dígito Dei ejício dæmónia: profécto pervénit in vos regnum Dei. Cum fortis armátus custódit átrium suum, in pace sunt ea, quæ pòssidet. Si autem fórtior eo supervéniens vícerit eum, univérsa arma ejus áuferet, in quibus confidébat, et spólia ejus distribuet.

V. Dómine, exáudi oratióne meam.

R. Et clamor meus ad te véniat.

V. Dóminus vobíscum.

R. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Oratio

**O**mnipotens Dómine, Verbum Dei Patris, Christe Jesu, Deus et Dóminus univérsæ creatúræ; qui sanctis Apóstolis tuis dedísti potestátem calcándi super serpéntes et scorpíones: qui inter cétera mirabílium tuórum præcépta dignátus es dícere: Dæmones effugáte: cujus virtúte motus tamquam fulgur de cælo sátanás cécidit: tuum sanctum nomen cum timóre et tremóre suppliciter déprecor, ut indigníssimo mihi servo tuo, data vénia ómnium delictórum meórum, constántem fidem, et potestátem donáre dignérис, ut hunc crudélem dæmonem, bráchii tui sancti munítus poténtia, fidénter et secúrus agrédiar: per te, Jesu Christe, Dómine Deus noster, qui ventúrus es judicáre vivos et mórtuos, et sǽculum per ignem. R. Amen.

### Ritus exorcizandi obsessos a dæmonio

4. Deinde muniat se et obsessum signo crucis, imponat extremam partem stolæ collo ejus, et, dextera manu sua capiti ejus imposita, constanter et magna cum fide dicat ea quæ sequuntur:

℣. Ecce Crucem Dómini, fúgite, partes advérsæ.

℟. Vicit leo de tribu Juda, radix David.

℣. Dómine, exáudi oratióne meam.

℟. Et clamor meus ad te véniat.

℣. Dóminus vobíscum.

℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Oratio

**D**eus, et Pater Dómini nostri Jesu Christi, ínvoco nomen sanctum tuum, et cleméntiam tuam supplex expóso: ut advérsus hunc, et omnem immúndum spíritum, qui vexat hoc plasma tuum, mihi auxílium præstare dignéris. Per eúmdem Dominum.

℟. Amen.

### **Exorcismus**

**E**xorcízo te, immundíssime spíritus, omnis incúrsio adversárii, omne phantásma, omnis légio, in nómine Dómini nostri Jesu Christi eradicáre, et effugáre ab hoc plásmate Dei. ✕ Ipse tibi ímparat, qui te de supérnis cælórum in inferióra terræ demérgi præcécipit. Ipse tibi ímparat, qui mari, ventis, et tempestáibus imperávit. Audi ergo, et time, sátana, inimíce fidei, hostis géneris humáni, mortis addúctor, vitæ raptor, justítiae declinátor, malórum radix, fomes vitiórum, sedúctor hóminum, próditor géntium, incitátor invídiæ, orígo avarítiae, causa discórdiæ, excitátor dolórum: quid stas, et resístis, cum scias, Christum Dóminum vias tuas pérdere? Illum métue, qui in Isaac immolátus est, in Joseph venúmdatus, in agno occísus, in hómine crucifixus, deínde inférini triumphátor fuit. **Sequentes cruces fiant in fronte obsessi.** Recéde ergo in nómine Pa ✕ tris, et Fí ✕ lii, et Spíritus ✕ Sancti: da locum Spirítui Sancto, per hoc signum sanctæ ✕ Crucis Jesu Christi Domini nostri: Qui cum Patre et eódem Spíritu Sancto vivit et regnat Deus, per ómnia sǽcula sǽculórum. ℟. Amen.

℣. Dómine, exáudi oratióne meam.

℟. Et clamor meus ad te véniat.

℣. Dóminus vobíscum.

℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Oratio

**D**EUS, cónditor et defénsor géneris humáni, qui hóminem ad imáginem tuam formásti: respice super hunc fámulum tuum N., qui (hanc fámulam tuam N., quæ) dolis immundi spíritus appétitur, quem vetus adversárius, antiquus hostis terræ, formídinis horrére circúmvolut, et sensum mentis humánæ stupóre defigit, terróre contúrbat, et metu trépidi timóris exágitat. Repélle, Dómine, virtútem diáboli, fallacésque ejus insídias ámove: procul ímpius tentátor aufúgiat: sit nóminalis tui signo ✕ (in fronte) fámulus tuus munítus (fámula tua muníta) et in ánimo tutus (-a) et córpore. (**Tres cruces sequentes fiant in pectore dæmoniaci.**) Tu péctoris ✕ hujus intérrna custódias. Tu víscera ✕ regas. Tu ✕ cor confírmes. In ánima adversatícis potestátis tentaménta evanéscant. Da, Dómine, ad hanc invocatióne sanctíssimi nóminalis tui grátiam, ut, qui hucúsque terrébat, térritus aufúgiat, et victus abscédat, tibique possit hic fámulus tuus (hæc fámula tua) et corde firmátus (-a) et mente sincérus (-a), débitum præbére famulátum. Per Dóminum. ℟. Amen.

**Exorcismus**

**A**djúro te, serpens antíque, per júdicem vivórum et mortuórum, per factórem tuum, per factórem mundi, per eum, qui habet potestátem mitténdi te in gehénnam, ut ab hoc fámulo Dei, **N.**, qui (ab hac fámula Dei **N.**, quæ) ad Ecclésiæ sinum recúrrit, cum metu, et exércitu furoris tui festínus discédas. Adjúro te íterum **¶** (in fronte) non mea infirmitáte, sed virtúte Spíritus Sancti, ut éxeas ab hoc fámulo Dei **N.**, quem (ab hac fámula Dei **N.**, quam) omnípotens Deus ad imáginem suam fecit. Cede ígitur, cede non mihi, sed minístro Christi. Illíus enim te urget potéstas, qui te Crucí suæ subjugávit. Illíus bráchium contremísce, qui devíctis gemítibus inférfni, áimas ad lucem perdúxit. Sit tibi teror corpus hóminis **¶** (in pectore), sit tibi formido imágó Dei **¶** (in fronte). Non resítas, nec morérís discédere ab hómine isto, quóniam complácuit Christo in hómine habitare. Et ne contemnéndum putes, dum me peccatórem nimis esse cognóscis. Imperat tibi Deus. **¶** Imperat tibi majéstas Christi. **¶** Imperat tibi Deus Pater, **¶** imperat tibi Deus Fílius, **¶** imperat tibi Deus Spíritus Sanctus. **¶** Imperat tibi sacraméntum crucis. **¶** Imperat tibi fides sanctórum Apostólorum Petri et Pauli, et ceterórum sanctórum. **¶** Imperat tibi Mártyrum sanguis. **¶** Imperat tibi continéntia Confessórum. **¶** Imperat tibi pia Sanctórum et Sanctárum ómnium intercéssio. **¶** Imperat tibi christiánæ fidei mysteriórum virtus. **¶** Exi ergo, transgréssor. Exi, sedúctor, plene omni dolo et fallácia, virtútis inimíce, innocéntium persecútor. Da locum, diríssime, da locum, impíssime, da locum Christo, in quo nihil invenísti de opéribus tuis: qui te spoliávit, qui regnum tuum destrúxit, qui te victum ligávit, et vasa tua dirípuit: qui te projécit in ténebras exterióres, ubi tibi cum minístris tuis erit præpáratus intéritus. Sed quid truculénte reníteris? quid temerárie detréctas? Reus es omnipoténti Deo, cujus statúta transgréssus es. Reus es Fílio ejus Jesu Christo Dómino nostro, quem tentáre ausus es, et crucifigere præsumpsísti. Reus es humáno géneri, cui tuis persuasióñibus mortis venénum propinásti.

Adjúro ergo te, draco nequíssime, in nómine Agni **¶** immáculati, qui ambulávit super áspidem et basilíscum, qui conculcávit leónem et dracónem, ut discédas ab hoc hómine **¶** (fiat signum crucis in fronte), discédas ab Ecclésia Dei **¶** (fiat signum crucis super circumstantes): contremísce, et effuge, invocáto nómine Dómini illíus, quem ínferi tremunt: cui Virtútes cælorum, et Potestátes, et Dominationes subjécta sunt: quem Chérubim et Séraphim indeféssis vócibus laudant, dicéntes: Sanctus, sanctus, sanctus Dóminus Deus Sábaoth. Imperat tibi Verbum **¶** caro factum. Imperat tibi natus ex Vírgine. Imperat tibi Jesus **¶** Nazarénus, qui te, cum discípulos ejus contémneres, elísum atque prostrátum exíre præcépit ab hómine: quo præsénte, cum te ab hóminem separásset, nec porcórüm gregem íngredi præsumébas. Recéde ergo nunc adjurátus in nómine ejus **¶** ab hómine, quem ipseplasmávit. Durum est tibi velle resistere. **¶** Durum est tibi contra stímulum calcitráre. **¶** Quia quanto tárdius exis, tanto magis tibi supplícium crescit, quia non hómines contémnis, sed illum, qui dominátur vivórum et mortuórum, qui ventúrus est judicáre vivos et mórtuos, et sǽculum per ignem.

**R.** Amen.

**V.** Dómine, exáudi oratióñem meam.

**R.** Et clamor meus ad te véniat.

**V.** Dóminus vobíscum.

**R.** Et cum spíritu tuo.

Orémus.

**Oratio**

**D**eus cæli, Deus terræ, Deus Angelórum, Deus Archangelórum, Deus Prophetárum, Deus Apostólorum, Deus Mártyrum, Deus Vírginum, Deus, qui potestátem habes donáre vitam post

### Ritus exorcizandi obsessos a dæmonio

mortem, réquiem post labórem: quia non est álius Deus præter te, nec esse póterit verus, nisi tu, Creator cæli et terræ, qui verus Rex es, et cuius regni non erit finis; humíliter majestati gloriæ tuæ súpplico, ut hunc fámulum tuum (hanc fámulam tuam) de immúndis spíritibus liberáre dignéris. Per Christum Dóminum nostrum. Rx. Amen.

### **Exorcismus**

**A**djúro ergo te, omnis immundíssime spíritus, omne phantásma, omnis incúrsio sátanæ, in nómine Jesu Christi ✕ Nazaréni, qui post lavácrum Joánnis in desértum ductus est, et te in tuis sédibus vicit: ut, quem ille de limo terræ ad honórem gloriæ suæ formávit, tu désinas impugnáre: et in hómine miserábili non humánam fragilitátem, sed imáginem omnipoténtis Dei contremíscas. Cede ergo Deo ✕ qui te, et malítiam tuam in Pharaóne, et in exércitu ejus per Móysen servum suum in abyssum demérsit. Cede Deo ✕ qui te per fidelíssimum servum suum David de rege Saule spirituálibus cánticis pulsum fugávit. Cede Deo ✕ qui te in Juda Iscarióte proditóre damnávit. Ille enim te divínis ✕ verbéribus tangit, in cuius conspéctu cum tuis legiónibus tremens et clamans dixísti: Quid nobis et tibi, Jesu, ílli Dei altíssimi? Venísti huc ante tempus torquére nos? Ille te perpétuis flammis urget, qui in fine témporum dictúrus est ímpiis: Discédite a me, maledícti, in ignem æténum, qui parátus est diábolo et ángelis ejus. Tibi enim, ímpie, et ángelis tuis vermes erunt, qui numquam moriéntur. Tibi, et ángelis tuis inexstinguíbile præparátur incéndium: quia tu es princeps maledícti homicídii, tu autor incéstus, tu sacrilegórum capit, to actiónum pessimárum magíster, tu hæreticórum doctor, tu totius obscoenitatis invéntor. Exi ergo, ✕ ímpie, exi ✕ sclerate, exi cum omni fallácia tua: quia hóminem templum suum esse vóluit Deus. Sed quid diútius moráris hic? Da honorem Deo Patri ✕ omnipoténti, cui omne genu fléctitur. Da locum Dómino Jesu ✕ Christo, qui pro hómine sanguinem suum sacratíssimum fudit. Da locum Spirítui ✕ Sancto, qui per beátum Apóstolum suum Petrum te maniféste stravit in Simóne mago; qui falláciām tuam in Ananía et Saphíra condemnávit; qui te in Heróde rege honorem Deo non dante percússit; qui te in mago Elyma per Apóstolum suum Paulum cæcitatis calígine pérdidit, et per eúmdem de Pythoníssa verbo ímperans exire præcépit. Discéde ergo nunc, ✕ discéde, ✕ sedúctor. Tibi erémus sedes est. Tibi habitatio serpens est: humiliare, et prostérnere. Jam non est differéndi tempus. Ecce enim dominátor Dóminus próximat cito, et ignis ardébit ante ipsum, et præcédet, et inflammábit in circúitu inimícōs ejus. Si enim hóminem fefélleris, Deum non póteris irridére. Ille te ejicit, cuius óculis nihil occúltum est. Ille te expéllit, cuius virtuti univérsa subjécta sunt. Ille te exclúdit, qui tibi, et ángelis tuis præparávit æténam gehénnam; de cuius ore exíbit gládios acútus: qui ventúrus est judicáre vivos et mórtuos, et sáculum per ignem.

Rx. Amen.

5. **Prædicta omnia, quatenus opus sit, repeti possunt, donec obsesus sit omnino liberatus.**
6. **Jubavit præterea plurimum super obsessum sæpe repetere Pater Noster, Ave María et Credo, atque hæc, quæ infra notantur, devote dicere.**
7. **Canticum Magnificat (p.130), ut supra; in fine Glória Patri. Canticum Benedictus (p.193), ut supra, in fine Glória Patri.**

### **Symbolum Athanasium**

**Q**uicúmque vult salvus esse, \* ante ómnia opus est, ut téneat cathólicam fidem:

Quam nisi quisque íntegram inviolatámque serváverit, \* absque dúbio in æténum períbit.

Fides autem cathólica hæc est: \* ut unum Deum in Trinitate, et Trinitatem in unitate venerémur.

Neque confundéntes personas: \* neque substántiam separántes.

## Titulus XI—Caput 2

Alia est enim persóna Patris, alia Fílii, \* alia Spíritus Sancti:

Sed Patris, et Fílii, et Spíritus Sancti una est divinitas, \* æquális glória, coætérna majéstas. Qualis Pater, talis Fílius, \* talis Spíritus Sanctus.

Incréatus Pater, increáus Fílius, \* increáus Spíritus Sanctus.

Imménsus Pater, imménsus Fílius, \* imménsus Spíritus Sanctus.

Ætérmus Pater, ætérmus Fílius, \* ætérmus Spíritus Sanctus.

Et tamen non tres æténi, \* sed unus ætérmus.

Sicut non tres increáti, nec tres imménsi, \* sed unus increáus, et unus imménsus.

Similiter omnípotens Pater, omnípotens Fílius, \* omnípotens Spíritus Sanctus.

Et tamen non tres omnipoténtes, \* sed unus omnípotens.

Ita Deus Pater, Deus Fílius, Deus Spíritus Sanctus.

Et tamen non tres Dii, \* sed unus est Deus.

Ita Dóminus Pater, Dóminus Fílius, \* Dóminus Spíritus Sanctus.

Et tamen non tres Dómini, \* sed unus est Dóminus.

Quia, sicut singillátim unamquámque persónam Deum ac Dóminum confitéri christiána veritáte compéllimur: \* ita tres Deos aut Dóminos dícere cathólica religióne prohibémur.

Pater a nullo est factus: \* nec creáus, nec génitus.

Fílius a Patre solo est: \* non factus, nec creáus, sed génitus.

Spíritus Sanctus a Patre et Fílio: \* non factus, nec creáus, nec génitus, sed procédens.

Unus ergo Pater, non tres Patres: unus Fílius, non tres Fílii: \* unus Spíritus Sanctus, non tres Spíritus Sancti.

Et in hac Trinitáte nihil prius aut postérius, nihil majus aut minus: \* sed totæ tres persónæ coætérnæ sibi sunt et coæquáles.

Ita ut per ómnia, sicut jam supra dictum est, et úitas in Trinitáte, \* et Tríñitas in unitáte veneránda sit.

Qui vult ergo sylvus esse, \* ita de Trinitáte séntiat.

Sed necessárium est ad ætérmam salútem, \* ut Incarnationem quoque Dómini nostri Jesu Christi fidéliter credat.

Est ergo fides recta, ut credámus et confiteámur, \* quia Dóminus noster Jesus Christus, Dei Fílius, \* Deus et homo est.

Deus est ex substántia Patris ante sácula génitus: \* et homo est ex substántia matris in sáculo natus.

Perfécus Deus, perfécus homo: \* ex ánima rationáli et humána carne subsístens.

Æquális Patri secúndum divinitátem: \* minor Patre secúndum humanitátem.

Qui, licet Deus sit et homo, \* non duo tamen, sed unus est Christus.

Unus autem non conversióne divinitatis in carnem, \* sed assumptióne humanitatis in Deum.

Unus omníno, non confusióne substántiæ, \* sed unitáte persónæ.

Nam sicut ánima rationális et caro unus est homo: \* ita Deus et homo unus est Christus.

Qui passus est pro salúte nostra: descéndit ad íferos: \* tértia die resurréxit a mórtuis.

Ascéndit ad cælos, sedet ad déxteram Dei Patris omnipoténtis: \* inde venturus est judicáre vivos et mórtuos.

Ad cujus advéntum omnes hómines resúrgere habent cum corpóribus suis: \* et redditúri sunt de factis própriis ratiónem.

Et qui bona egérunt, ibunt in vitam ætérmam: \* qui vero mala, in ignem ætérmum.

Hæc est fides cathólica, \* quam nisi quisque fidéliter firmitérque credíderit, \* salvus esse non póterit.

Glória Patri

Sicut erat

## Ritus exorcizandi obsessos a dæmonio

### **Psalmus 90**

**Q**ui hábitat in adjutório Altíssimi, \* in protectóne Dei commorábitur.  
 Dicit Dómino: Suscéptor meus es tu, et refúgium meum: \* Deus meus sperábo in eum  
 Quóniam ipse liberávit me de láqueo venántium,  
 \* et a verbo áspero.  
 Scápolis suis obumbrábit tibi: \* et sub pennis ejus sperábis.  
 Scuto circúmdabit te véritas ejus: \* non timébis a timóre noctúrno.  
 A saggita volánte in die, a negócio perambulánte in ténebris: ab incúrsu, et dæmonio meridáno.  
 Cadent a látere tuo mile, et decem mília a dextris tuis: \* ad te autem non appropinquábit.  
 Verúmtamen óculis tuis considerábis: \* et retributióne peccatórem vidébis.

Quóniam tu es, Dómine, spes mea: \*  
 Altíssimum posuísti refúgium tuum.  
 Non accédat te malum \* et flagélum non appropinquábit tabernáculo tuo.  
 Quóniam Angelis suis mandávit de te\* ut custódiant te in ómnibus viis tuis.  
 In mánibus portábunt te: \* ne forte offéndas ad lápidem pedem tuum.  
 Super áspidem et basilíscum ambulábis: \* et conculcábis leónem et dracónem.  
 Quóniam in me sperávit, liberábo eum:  
 \* prótegam eum quóniam cognóvit nomen meum.  
 Clamábit ad me, et ego exáudiam me: \* cum ipso sum in tribulatióne: erípiam eum, et glorificábo eum.  
 Longitúdine diérum replébo eum: \* et osténdam illi salutáre meum.  
 Glória Patri.

### **Psalmus 67**

**E**xúrgat Deus, et dissipéntur inimíci ejus, \* et fúgiant qui odérunt eum, a fácie ejus.  
 Sicut déficit fumus, deficiant: \* sicut fluit cera a fácie ignis, sic péreant peccatóres a fácie Dei.  
 Et justi epuléntur, exultent in conspéctu Dei: \* delecténtur in lætitia.  
 Cantáte Deo, psalmum dícite nómini ejus: \* iter fácite ei, qui ascéndit super occásu: Dóminus nomen illi.  
 Exultáte in conspéctu ejus: \* turbabúntur a fácie ejus, patris orphanórum, et júdicis viduárum.  
 Deus in loco sancto suo: \* Deus qui inhabitáre facit uníus moris in domo:  
 Qui edúcit vinctos in fortitúdine, \* similiter eos, qui exásperant, qui hábitant in sepúlchris.  
 Deus, cum egredéreris in conspéctu pópuli tui, \* cum pertransíris in deserto:  
 Terra mota est, étenim cæli distillavérunt a fácie Dei Sínaí, \* a fácie Dei Israël.  
 Plúviám voluntáriam segregábis, Deus, hereditati tuæ: \* et infirmáta est, tu vero perfecísti eam.  
 Animália tua habitábunt in ea: \* parásti in dulcédine tua páuperi, Deus.

Dóminus dabit verbum evangelizántibus, \* virtúte multa.  
 Rex virtútum dilécti dilécti: \* et speciéi domus divídere spólia.  
 Si dormiátis inter médios cleros, pennæ colúmbæ deargentátæ, \* et posteriéra dorsi ejus in pallóre auri.  
 Dum discérnit cælestis reges super eam, nive dealbabúntur in Selmon: \* mons Dei, mons pinguis.  
 Mons coagulátus, mons pinguis: \* ut quid suspicámini montes coagulátos?  
 Mons, in quo beneplácitum est Deo habitare in eo: \* étenim Dóminus habitábit in finem.  
 Currus Dei decem míllibus múltiplex, míllia lætántium: \* Dóminus in eis in Sina in sancto.  
 Ascendísti in altum, cepísti captivitatēm: \* accepísti dona in homínibus:  
 Etenim non credéntes, \* inhabitare Dóminum Deum.  
 Benedíctus Dóminus die quotídie: \* prósperum iter fáciet nobis Deus salutárium nostrórum.  
 Deus noster, Deus salvos faciéndi: \* et Dómini Dómini éxitus mortis.

## Titulus XI—Caput 2

Verúmtamen Deus confrínget cápita inimicórum suórum: \* vérticem capílli perambulántium in delícis suis.

Dixit Dóminus: Ex Basan convértam, \* convérta in profúndum maris:

Ut intinguátur pes tuus in sanguine: \* lingua canum tuórum ex inimícis, ab ipso.

Vidérunt ingréssus tuos, Deus, \* ingréssus Dei mei: regis mei qui est in sancto.

Prævenérunt príncipes conjúncti psalléntibus, \* in medio juvenculárum tympanistriárum.

In ecclésiis benédícite Deo Dómino, \* de fontibus Israël.

Ibi Bénjamin adulescéntulus, \* in mentis excéssu.

Príncipes Juda, duces eórum: \* príncipes Zábulon, príncipes Néphthali.

Manda, Deus, virtúti tuæ: \* confírma hoc, Deus, quod operátus es nobis.

A templo tuo in Jerúsalem, \* tibi ófferent reges múnera.

Increpa feras arúndinis, congregátio taurórum in vaccis populórum: \* ut exclúdant eos, qui probáti sunt argénto.

Díssipa Gentes, quæ bella volunt: vénient legáti ex Ægýpto: \* Æthiópia prævéniet manus ejus Deo.

Regna terræ, cantáte Deo: \* psállite Dómino. Psállite Deo, qui ascéndit super cælum cæli, \* ad Oriéntem.

Ecce dabit voci suæ vocem virtútis, date glóriam Deo super Israël, \* magnificéntia ejus, et virtus ejus in núbibus.

Mirábilis Deus in sanctis suis, Deus Israël ipse dabit virtútem, et fortitúdinem plebi suæ, \* benedictus Deus.

Glória Patri.

## **Psalmus 69**

**D**eus in adjutórium meum inténde:

\*Dóminum ad adjuvándum me festína.

Confundántur, et revereántur, \* qui quærunt ánimam meam.

Avertántur retrórsum et erubéscant, \* qui volunt mihi mala.

Avertántur statim erubescéntes, \* qui dicunt mihi: Euge, euge.

Exsúltent et læténtur in te omnes quærunt te, \* et dicant semper:

Magnificétur Dóminus: qui díligunt salutáre tuum.

Ego vero egénus, et pauper sum: \* Deus áduva me.

Adjútor meus, et liberátor meus es tu: \* Dómine, ne moréris.

Glória Patri.

## **Psalmus 53**

**D**EUS, in nómine tuo salvum me fac: \* et in virtúte tua júdica me.

Deus, exáudi orationem meam: \* áuribus percípe verba oris mei.

Quóniam aliéni insurrexérunt advérsus me, et fortes quæsiérunt ánimam meam: \* et non proposuérunt Deum ante conspéctum suum.

Ecce enim Deus adjúvat me: \* et Dóminus suscéptor est ánimæ meæ.

Avérte mala inimícis meis: \* et in veritaté tua dispérde illos.

Voluntárie sacrificábo tibi, \* et confitébor nómini tuo, Dómine: quóniam bonum est:

Quóniam ex omni tribulatióne eripuísti me: \* et super inimícos meos despéxit óculus meus.

Glória Patri.

Sicut erat.

## **Psalmus 117**

**C**onfitémini Dómino quóniam bonus quóniam in sǽculum misericórdia ejus

Dicat nunc Israël quóniam bonus: \* quóniam in sǽculum misericórdia ejus.

Dicat nunc domus Aaron: \* quóniam in sǽculum misericórdia ejus.

### Ritus exorcizandi obsessos a dæmonio

Dicant nunc qui timent Dóminum: \* quóniam in sǽculum misericórdia ejus.  
De tribulatióne invocávi Dóminum: \* et exaudívit me in latitúdine Dóminus.  
Dóminus mihi adjútor: \* non timébo quid fáciat mihi homo.  
Dóminus mihi adjútor: \* et ego despíciam inimícos meos  
Bonum est confidere in Dómino, \* quam confidere in homine:  
Bonum est speráre in Dómino, \* quam speráre in princípibus.  
Omnes gentes circuiérunt me: \* et in nómine Dómini quia ultus sum in eos.  
Circumdántes circumdedérunt me: \* et in nómine Dómini quia ultus sum in eos.  
Circumdedérunt me sicut apes, et exarsérunt sicut ignis in spinis: \* et in nómine Dómine quia ultus sum in eos.  
Impúlsus evérsus sum ut cáderem\* et Dóminus suscépit me.  
Fortitúdo me, et laus mea Dóminus: \* et factus est mihi in salútem.  
Vox exsultatiónis, et salútis\* in tabernáculis justórum.  
Déxtera Dómini fecit virtútem: déxtera Dómine exaltavit me, \* déxtera Dómini fecit virtútem.  
Non móriar, sed vivam: \* et narrábo ópera Dómini.

Castigans castigávit me Dóminus: \* et morti non trádidit me.  
Aperíte mihi portas justítiae, ingréssus in eas confitébor Dómino: \* hæc porta Dómini, justi intrábunt in eam.  
Confitébor tibi quóniam exaudísti me: \* et factus est mihi in salátem.  
Lápidem, quem reprobavérunt ædificáentes: \* hic factus est in caput ánguli.  
A Dómino factum est istud: \* et est miráble in óculis nostris.  
Hæc est dies, quam facit Dóminus, \* exsultémus, et lætémur in ea.  
O Dómine, salvum me fac, O Dómine, bene prosperáre: \* benedictus qui venit in nómine Dómini.  
Benedíximus vobis de domo Dómini: \* Deus Dóminus, et illúxit nobis.  
Constitúite diem solémnem in condénsis, \* usque ad cornu altáris.  
Deus meus es tu, et confitébor tibi: \* Deus meus es tu, et exaltábo te.  
Confitébor tibi quóniam exaudísti me: \* et factus es mihi in salútem.  
Confitémini Dómino quóniam bonus: \* quóniam in sǽculum misericórdia ejus.  
Glória Patri.

### **Psalmus 34**

**J**údica, Dómine, nocéntes me, \* expúgna expugnántes me.  
Apprehénde arma et scutum: \* et exsúrge in adjutórium mihi.  
Effúnde frámeam, et conclúde advérsus eos, qui persequúntur me: \* dic ánimæ meæ: Salus tua ego sum.  
Confundántur et revereántur, \* quæréntes ánimam meam.  
Avertántur retrórsum, et confundántur, \* cogitántes mihi mala.

Fiant tamquam pulvis ante fáciem venti: \* et Angelus Dómini coáctans eos.  
Fiat via illórum ténebræ et lúbricum: \* et Angelus Dómini pérsequens eos.  
Quóniam grátis abscondérunt mihi intéritum láquei sui: \* supervácue exprobravérunt ánimam meam.  
Véniat illi láqueus, quem ignórat: et cáptio, quam abscóndit, apprehéndat eum: \* et in láquem cadat in ipsum.  
Anima autem mea exusltábit in Dómino: \* et delectábitur super salutári suo.

## Titulus XI—Caput 2

Omnia ossa mea dicent: \* Dómine quis símilis tibi?

Erípiens ínopem de manu fortiorum ejus: \* egénum et páuperem a diripiéntibus eum.

Surgéntes testes iníqui, \* quæ ignorábam interrogábant me.

Retribuébant mihi mala pro bonis: \* sterilitátem ánimæ meæ.

Ego autem cum mihi moléstii essent, \* induébar cilício.

Humiliabám in jejúnio ánimam meam: \* et orátko mea in sinu meo convertétur.

Quasi próximum, et quasi fratrem nostrum, sic complacébam: \* quasi lugens et contristátus, sic humiliábar.

Et advérsus me lètati sunt, et convenérunt: \* congregáta sunt super me flagélla, et ignorávi.

Dissipáti sunt, nec compúncti, tentavérunt me, subsannavérunt me subsannatióne: \* frenduérunt super me déntibus suis.

Dómine, quando respícies? \* restítue ánimam meam a malignitáte eórum, a leónibus únicam meam.

Confitébor tibi in ecclésia magna, \* in pópulo gravi laudábo te.

Non supergáudeant mihi qui adversántur mihi iníque: \* qui odérunt me gratis et ánnuunt óculis.

## **Psalmus 30**

**I**n te, Dómine, sperávi, non confúndar in aëternum: \* in justitia tua líbera me.

Inclína ad me aurem tuam, \* accélera ut éruas me.

Esto mihi in Deum protectórem: et in domum refúgii, \* ut salvum me fáciás.

Quóniam fortitúdo mea, et refúgium meum es tu: \* et propter nomen tuum dedúces me, et enútries me.

Edúces me de láqueo hoc, quem abscondérunt mihi: \* quóniam tu es protéctor meus.

In manus tuas comméndo spíritum meum: \* redemísti me, Dómine, Deus veritatis.

Quóniam mihi quidem pacífice loquebántur: \* et in iracúndia terræ loquéntes, dolos cogitábant.

Et dilatavérunt super me os suum: \* dixérunt: Euge euge, vidérunt óculi nostri.

Vidísti, Dómine, ne sileas: \* Dómine, ne discédas a me.

Exsúrge et inténde judicío meo: \* Deus meus, et Dóminus meus in causam meam.

Júdica me secúndum justitiā tuam, Dómine, Deus meus, \* et non supergáudeant mihi.

Non dicant in córdibus suis: Euge, euge, ánimæ nostræ: \* nec dicant: Devorávimus eum.

Erubéscant et revereántur simul, \* qui gratulántur malis meis.

Induántur confusiōne et reveréntia \* qui magna loquúntur super me.

Exsúltent et lètentur qui volunt justitiā meam: \* et dicant semper: Magnificétur Dóminus, qui volunt pacem servi ejus

Et lingua mea meditábitur justitiā tuam, \* tota die laudem tuam.

Glória Patri.

Odísti observántes vanitátes, \* supervácue. Ego autem in Dómino sperávi : \* exultábo, et lètabor in misericórdia tua.

Quóniam respexísti humilitátem meam, \* salvásti de necessitatibus ánimam meam.

Nec conclusísti me in manib⁹ inimici: \* statuísti in loco spatióso pedes meos.

Miserére mei, Dómine, quóniam tríbulor: \* conturbátus est in ira áculus meus, ánima mea, et venter meus:

Quóniam defécit in dolóre vita mea: \* et anni mei in gemítibus.

Infirmáta est in paupertate virtus mea: \* et ossa mea conturbáta sunt.

### Ritus exorcizandi obsessos a dæmonio

Super omnes inimicos meos factus sum opprobrium et vicinis meis valde: \* et timor notis meis.

Qui vidabant me, foras fugerunt a me: \* obliioni datus sum, tamquam mortuus a corde.

Factus sum tamquam vas perditum: \* quoniam audivi vituperationem multorum commorantium in circitu.

In eo dum convenirent simul adversum me, \* accipere animam meam consiliati sunt.

Ego autem in te speravi, Domine: \* dixi: Deus meus es tu: in manibus tuis sortes meae.

Eripe me de manu inimicorum meorum, \* et a persecutibus me.

Illusta faciem tuam super servum tuum, salvum me fac in misericordia tua: \* Domine, non confundar, quoniam invocavi te.

Erubescant impii, et deducantur in infernum: \* muta fiant labia dolosa.

Quae loquuntur adversus justum iniquitatem, \* in superbia, et in abusione.

Quam magna multitudo dulcedinis tuae, Domine, \* quam abscondisti timentibus te. Perfecisti eis, qui sperant in te, \* in conspectu filiorum hominum.

Abscondes eos in abscondito facie tuae: \* a conturbatione hominum.

Proteges eos in tabernaculo tuo \* a contradictione linguarum.

Benedictus Dominus: \* quoniam mirificavit misericordiam suam mihi in civitate munita.

Ego autem dixi in excessu mentis meae: \* Projectus sum a facie oculorum tuorum.

Ideo exaudisti vocem orationis meae, \* dum clamarem ad te.

Diligite Dominum, omnes sancti ejus: \* quoniam veritatem requiriens Dominus, et retrahet abundantiter facientibus superbiam.

Viriliter agite, et confortetur cor vestrum, \* omnes, qui speratis in Domino.

Gloria Patri.

### **Psalmus 21**

**D**EUS, Deus meus, respice in me: quare me dereliquisti? \* longe a salute mea verba delictorum meorum.

Deus meus, clamabo per diem, et non exaudiens: \* et nocte, et non ad insipientiam mihi.

Tu autem in sancto habitas, \* laus Israël.

In te speraverunt patres nostri: \* speraverunt, et liberasti eos.

Ad te clamaverunt, et salvi facti sunt: \* in te speraverunt, et non sunt confusi.

Ego autem sum vermis, et non homo: \* obprobrium hominum, et abjectio plebis.

Omnes videntes me, deriserunt me: \* locuti sunt labiis, moverunt caput.

Speravit in Domino, eripiat eum: \* salvum faciat eum, quoniam vult eum.

Quoniam tu es, qui extraxisti me de ventre: \* spes mea ab uberibus matris meae. In te projectus sum ex utero:

De ventre matris meae Deus meus es tu, \* ne discresseris a me:

Quoniam tribulatio proxima est: \* quoniam non est qui adjuvet.

Circumderunt me vituli multi: \* tauri pingues obsedebunt me.

Aperiuerunt super me os suum, \* sicut leopodiens et rugiens.

Sicut aqua effusus sum: \* et dispersa sunt omnia ossa mea.

Factum est cor meum tamquam cera liquescens \* in medio ventris mei.

Aruit tamquam testa virtus mea, et lingua mea adhaesit faucibus meis: \* et in pulvorem mortis deduxisti me.

Quoniam circumdederunt me canes multi: \* concilium malignantium obsedit me.

Foderunt manus meas et pedes meos: \* dinumeraverunt omnia ossa mea.

Ipsi vero consideraverunt et inspexerunt me: \* divisérunt sibi vestimenta mea, et super vestem meam miserunt sortem.

Tu autem, Domine, ne elongaveris auxilium tuum a me: \* ad defensionem meam conspice.

Erue a framea, Deus, animam meam: \* et de manu canis unicam meam.

## Titulus XI—Caput 2

Salva me ex ore leónis: \* et a cónibus unicórnium humilitátem meam.

Narrábo nomen tuum frátribus meis: \* in médio ecclésiae laudábo te.

Qui timétis Dóminum, laudáte eum: \* univérsum semen Jacob, glorificáte eum.

Tímeat eum omne semen Israël: \* quóniam non sprevit, neque despéxit deprecationem páuperis:

Nec avértit fáciem suam a me: \* et cum clamárem ad eum, exaudívit me.

Apud te laus mea in ecclésia magna: \* vota mea reddam in conspéctu timéntium eum.

Edent páuperes, et saturabúntur: et laudábunt Dóminum qui requírunt eum: \* vivent corda eórum in sǽculum sǽculi.

Reminiscéntur et converténtur ad Dóminum \* univérsi fines terræ:

Et adorábunt in conspéctu ejus \* univérsæ familiæ Géntium.

Quóniam Dómini est regnum: \* et ipse dominábitur Géntium.

Manducavérunt et adoravérunt omnes pingues terræ: \* in conspéctu ejus cadent omnes qui descéndunt in terram.

Et ánima mea illi vivet: \* et semen meum sérviet ipsi.

Annuntiábitur Dómino generátio ventúra: \* et annuntiábunt cæli justítiam ejus pôpulo qui nascéntur, quem fecit Dóminus.

Glória Patri.

## **Psalmus 3**

**D**ómine, quid multiplicáti sunt qui tríbulant me? \* multi insúrgunt advérsus me.

Multi dicunt ánimæ meæ: \* Non est salus ipsi in Deo ejus.

Tu autem, Dómine, suscéptor meus es, \* glória mea, et exáltans caput meum.

Voce mea ad Dóminum clamávi: \* et exaudívit me de monte sancto suo.

Ego dormívi, et soporátus sum: \* et exsurréxi, quia Dóminus suscélpit me.

Non timébo mília pôpuli circumdántis me: \* exsúrge, Dómine, salvum me fac, Deus meus.

Quóniam tu percussísti omnes adversántes mihi sine causa: \* dentes peccatórum contrívisti.

Dómini est salus: \* et super pôpulum tuum benédictio tua.

Glória Patri.

## **Psalmus 10**

**I**N Dómino confido: quómodo dicitis ánimæ meæ: \* Tránsmigra in montem sicut passer.

Quóniam ecce peccatóres intendérunt arcum, paravérunt sagítas suas in pháretra, \* ut sagíttent in obscúro rectos corde?

Quóniam quæ perfecísti, destruxérunt: \* justus autem quid fecit?

Dóminus in templo sancto suo, \* Dóminus in cælo sedes ejus.

Oculi ejus in páuperem respíciunt: \* pálpebræ ejus intérrogant filios hóminum.

Dóminus intérrogat justum et ímpium: \* qui autem díligit iniquitátem, odit ánimag suam.

Pluet super peccatóres láqueos: \* ignis, et sulphur, et spíritus procellárum pars cálicis eórum.

Quóniam justus Dóminus, et justítias diléxit: \* æquitátem vedit vultus ejus.

Glória Patri.

## **Psalmus 12**

**U**squequo, Dómine, obliviouscérис me in finem? \* Usquequo avértis fáciem tuam a me?

Quámdiu ponam consília in ánima mea, \* dolórem in corde meo per diem?

Usquequo exaltábitur inimícus meus super me? \* résponce, et exáudi me, Dómine, Deus meus.

### Ritus exorcizandi obsessos a dæmonio

Illúmina óculos meos ne umquam obdórmiam  
in morte: \* nequándo dicat inimícus meus:  
Præválui advérsus eum.

Qui tríbulant me, exsultábunt si motus fúero: \*  
ego autem in misericórdia tua sperávi.

Exsultábit cor meum in salutári tuo: cantábo  
Dómino qui bona tríbuit mihi: \* et psallam  
nómini Dómini altíssimi.

Glória Patri.

### **Oratio post Liberationem**

**O**rámus te, Deus omnípotens, ut spíritus iniquitátis ámplius non hábeat potestátem in hoc  
fámulo tuo N. (hac fámula tua N.), sed ut fúgiat, et non revertátur: ingrediátur in eum (eam),  
Dómine, te jubénte, bónitas et pax Dómini nostri Jesu Christi, per quem redémpti sumus, et ab  
omni malo non timeámus, quia Dóminus nobíscum est: Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus  
Sancti Deus, per ómnia sǽcula sǽculórum. Rx. Amen.

## TITULUS XI

### CAPUT 3

## EXORCISMUS IN SATANAM ET ANGELOS APOSTATICOS

Sequens exorcismus recitari potest ab Episcopis, nec non a Sacerdotibus, qui ab Ordinarius suis ad id auctoritatem habeant.

In nomine Patris, et Fili, et Spíritus Sancti. Amen

Ad S. Michaelem Archangelum Precatio

**P**rinceps gloriosissime cælestis militiæ, sancte Michaël Archángelo, défende nos in prælio advérsus príncipes et potestátes, advérsus mundi rectóres tenebrárum harum, contra spirituália nequitiæ, in cælestibus. Veni in auxílium hóminum; quos ad imáginem similitúdinis suæ fecit, et a tyránnide diáboli emit prétio magno. Te custódem et patrónem sancta venerátur Ecclésia; tibi trádidit Dóminus áimas redemptórum in supérra felicitáte locáandas. Deprecáre Deum pacis, ut cónterat sátanam sub péribus nostris, ne ultra valeat cáptivos tenere hómines, et Ecclésiae nocére. Offer nostras preces in conspéctu Altíssimi, ut cito antícipent nos misericórdiae Dómini, et apprehéndas dracónem, serpéntem antíquum, qui est diábolus et sátanás, et ligátum mittas in abýssum, ut non sedúcat ámplius gentes.

### Exorcismus

**I**n nomine Jesu Christi Dei et Dómini nostri, intercéidente immaculáta Vírgine Dei Genetrice María, beáto Michaéle Archángelo, beátis Apóstolis Petro et Paulo et ómnibus Sanctis, et sacra ministérii auctoritáte confisi, ad infestatiónes diabólicæ fraudis repelléndas secúri aggrédimur.

### Psalmus 67

**E**xsúrgat Deus, et dissipéntur inimíci ejus, et fúgiant qui odérunt eum, a fácie ejus.

Sicut déficit fumus, defícient: sicut fluit cera a fácie ignis, sic péreant peccatáres a fácie Dei.

**V.** Ecce Crucem Dómini, fúgite, partes advérsæ.

**R.** Vicit Leo de tribu Juda, radix David.

**V.** Fiat misericórdia tua, Dómine, super nos.

**R.** Quaemádmodum sperávimus in te.

### Exorcismus

**E**xorcizámus te, omnis immúnde spíritus, omni satánica potéstas, omnis incúrsio infernális adversárii, omnis légio, omnis congregácio et secta diabólica, in nómini et virtúte Dómini nostri Jesu **✚** Christi, eradicáre et effugáre a Dei Ecclésia, ab animábus ad imáginem Dei cónditis ac pretiósio divíni Agni sanguini redémptis. Non ultra áudeas, serpens callidíssime, decípere humánum genus, Dei Ecclésiam pérsequi, ac Dei electos excúttere et cribráre sicut tríticum. Imperat tibi Deus altíssimus, cui in magna tua supérbia te símilēm habéri adhuc præsumis; *qui omnis hómines vult salvos fieri, et ad agnitionem veritatis venire.* (I Tim. 2.) Imperat tibi Deus Pater; **✚** ímparat tibi Deus Filius **✚**; ímparat tibi Deus Spíritus Sanctus **✚**. Imperat tibi Christus, æténum Dei Verbum caro factum **✚**, qui pro salúte géneris nostri tua invídia pérditi, *humiliávit semetipsum*

### Exorcismus in Satanam et Angelos Apostaticos

*factus obédiens usque ad mortem (Phil. 2.); qui Ecclésiam suam aedificávit supra firmam petram et portas ínferi advérsus eam numquam esse prævalitrúras edixit, cum ea ipse permansúrus ómnibus diébus usque ad consumatióne sœculi. (Matth.28.,20.) Imperat tibi sacraméntum Crucis ✕, omniúmque christiánæ fidei Mysteriòrum virtus ✕. Imperat tibi excélsa Dei Génetrix Vírgo María ✕, quæ superbíssimum caput tuum a primo instánti immaculátæ suæ Concepitiónis in sua humilitáte contrivit. Imperat tibi fides sanctórum Apostolórum Petri et Pauli ceterorúmque Apostolórum ✕. Imperat tibi Mártirum sanguis, ac pia Sanctórum et Sanctárum ómnium intercéssio ✕. Ergo, draco maledicte et omnis légio diabólica adjurámus te per Deum ✕ vivum, per Deum ✕ verum, per Deum ✕ sanctum, per Deum, qui sic diléxit mundum, ut Filium suum unigénitum daret, ut omnis, qui credit in eum, non péreat, sed hábeat vitam cœternæ (Joan. 3.): cessa decípere humánas creatúras, eisque aëternæ perditiónis venénum propináre: désine Ecclesiæ nocére et ejus libertáti láqueos injícere. Vade, sátana, invéntor et magister omnis fallaciæ, hostis humánæ salútis. Da locum Christo, in quo nihil invenísti de opéribus tuis; da locum Ecclesiæ uni, sanctæ, cathólicæ, et Apostólicæ, quam Christus ipse acquisívit sanguine suo. Humiliare sub potenti manu Dei; contremísce et éffuge, invocato a nobis sancto et terríbili Nómini Jesu, quem ínferi tremunt, cui Virtútis cælórum et Potestátes et Dominatiónes subjéctæ sunt; quem Chérubim et Séraphim indeféssis vócibus laudant, dicéntes: Sanctus, Sanctus, Sanctus Dóminus Deus Sábaoth.*

V. Dómine, exáudi oratióne meam.

R. Et clamor meus ad te véniat.

V. Dóminus vobíscum.

R. Et cum spíitu tuo.

Orémus.

Oratio

**D**eus cæli, Deus terræ, Deus Angelórum, Deus Archangelórum, Deus Patriarchárum, Deus Prophetárum, Deus Apostolórum, Deus Mártirum, Deus Confessórum, Deus Vírginum, Deus qui potestátem habes donáre vitam post mortem, réquiem post labórem: quia non est Deus præter te, nec esse potest nisi tu, créator ómnium visibílium et invisibílium, cuius regni non erit finis: humiliiter majestáti gloriæ tuæ supplicámus, ut ab omni infernálium spirítuum potestáte, láqueo, deceptiōne et nequitia nos poténter liberáre, et incólumes custodíre dignéris. Per Christum Dóminum nostrum.

R. Amen.

Ab insídiis diáboli, líbera nos, Dómine.

Ut Ecclésiam tuam secúra tibi fáciás libertáte servíre, te rogámus, audi nos.

Ut inimícos sanctæ Ecclésiæ humiliare dignéris, te rogámus, audi nos.

Et aspergatur locus aqua benedicta.

## TITULUS XII

### CAP. 1: DE LIBRIS HABENDIS APUD PAROCHOS

**H**abeat Parochus libros parœciales, idest librum baptizatorum, confirmatorum, matrimoniorum, defunctorum; etiam librum de statu animarum accurate conficere pro viribus curet; et omnes hos libros, secundum usum Ecclesia probatum vel a proprio Ordinario præscriptum, conscribat ac diligenter asservet.

2. In libro baptizatorum adnotetur quoque si baptizatus confirmationem receperit, matrimonium contraxerit, aut sacrum subdiaconatus ordinem suscepere, vel professionem solemnem emiserit, eaque adnotationes in documenta accepti baptismatis semper referantur.
3. Matrimonium conscientiae non est adnotandum in consueto matrimoniorum ac baptizatorum libro, sed in peculiari libro servando in secreto Curiæ archivio.
4. Advertat autem Parochus, ut in libris tam baptizatorum et confirmatorum, quam matrimoniorum et defunctorum exprimat semper non solum nomen personarum, quæ ibi nominantur, sed etiam cognomen seu familiam.

### CAP. 2: FORMA DESCRIBENDI BAPTIZATOS

#### in primo libro :

**A**nno Domini ..., die ... mensis ..., ego N. Parochus hujus ecclesiæ S. N., civitatis **vel** loci N., in ecclesia S. N. baptizavi infantem natum **vel** natam die ... ex N. et N., conjugibus hujus parœciæ **vel** parœciæ S. N., civitatis **vel** loci N.; cui impositum est nomen N., Patrini fuerunt N., filius N. ex parœcia seu loco N., et N., conjux N., filia N. ex parœcia seu loco N.

In quorum fidem testimonium hoc mea manu subscrpsi.

(Locus Sigilli)

N. N. Parochus.

Ubi vero de illegitimis filiis agatur, matris nomen est inserendum, si publice ejus maternitas constet, vel ipsa sponte sua scripto vel coram duobus testibus id petat; item nomen patris, dummodo ipse sponte sua a Parocho vel scripto vel coram duobus testibus id requirat, vel ex publico authentico documento sit notus; in ceteris casibus inscribatur natus tamquam filius patris ignoti vel ignororum parentum.

Si expositus sit infans, exprimatur quo die, ubi, et a quo repertus, et quot dierum verisimiliter sit.

Si infans domi ob imminens mortis periculum baptizatus sit, tunc ita scribatur:

**A**nno ... die ... mensis ... natus est N., filius N. et N. conjugum, etc, **ut supra**: quem ob imminens mortis periculum, in domo rite baptizavit N. obstetrix probata, **vel** N. filius N; ut mihi retulit N.

Si supervixerit infans, et ei adhibitæ sint in ecclesia sacræ cæremoniæ, ita addatur:

Die . . . ejusdem mensis ad ecclesiam portatus est infans prædictus, ipsique ego Parochus sacras cæremoniæ et preces adhibui, et N. nomen imposui.

Si alius, loco Parochi, infantem baptizaverit, id exprimatur.

Si infans fuerit baptizatus sub conditione, id pariter exprimatur

### Forma describendi confirmatos

#### **CAP. 3: FORMA DESCRIBENDI CONFIRMATOS**

##### **in secundo libro**

Anno Domini . . . , die . . . mensis . . . (in hebdomada Pentecostes), N., filius N. et N. conjugum vel N. filia N. et N. conjugum (et, si fuerit nupta, addatur uxor N.), Sacramentum Confirmationis accepit a Reverendissimo D. N., Episcopo N., in ecclesia S. N., civitas vel loci N. Patrinus fuit N., filius N., paroeciae S. N., civitatis vel loci N.

In quorum fidem testimonium hoc mea manu subscrpsi.

(Locus Sigilli)

N.N. Parochus.

Si non constet, an confirmatus ex legitimo matrimonio genitus sit, vel ejus parentes ignorentur, servetur quod in libro baptizatorum præscriptum est.

#### **CAP. 4: FORMA DESCRIBENDI CONJUGATOS**

##### **in tertio libro**

Anno Domini..., die ... mensis..., publicationibus præmissis tribus continuis diebus festivis, quarum prima die..., secunda die..., tertia die..., inter Missarum solemnia habita est, nulloque canonico impedimento detecto, ego N., Parochus hujus ecclesiæ S. N., civitatis vel loci N., N., filium N., annorum..., paroeciae S. N., et filiam N. seu relictam quondam N. (si fuerit vidua), annorum..., paroeciae S. N., in ecclesia S. N., interrogavi, eorumque mutuo consensu habita solemniter per verba de præsenti in Matrimonium conjunxi præsentibus testibus notis N., filio N., qui habitat in paroecia S. N., et N., filio N., etc., et N., filio N., etc. Postea eis ex ritu S. Matris Ecclesiæ (si tamen nuptias benedixerit) In Missæ celebratione benedixi.

In quorum fidem testimonium hoc mea manu subscrpsi.

(Locus Sigilli)

N.N. Parochus.

Si unus ex iis, qui Matrimonium contrahere velint, sit alterius Paroecia, antequam admittatur, Parochus, in cuius ecclesia Matrimonium celebrari debet, publicationem in ejus paroecia rite factarum fidem scriptam habeat, quæ asservetur, et res tota exprimatur in ipsomet libro matrimoniorum, hac ratione:

Publicationes ejus Matrimonii factæ sunt etiam a R.D. N., Parocho ecclesiæ S. N., sub cuius cura dictus N. (vel dicta N.) habitat, ut ex ipsius Parochi scripto, servato apud me, appareat.

Publicationem autem prima facta est die..., secunda die..., tertia die..., inter Missarum solemnia, nullumque impedimentum canonicum detectum est.

Ubi vero Ordinarii consensu (quod scripto constare debet) publicationes aliquæ omittendæ interdum sint, ita notetur:

Anno Domini..., die..., mensis..., publicationum una die festo rite facta, reliquis vero omissis, ex facultate scripto concessa a Reverendissimo D. Episcopo N. (vel ejus Vicario N.), sub die..., datis, etc., infrascripti tenoris, quam penes me servo cum aliis hujusmodi facultatibus, nulloque canonico impedimento allato, ego, etc., ut supra.

Si autem publicationes omnes omittendæ sint, ita scribatur:

Anno Domini..., die...mensis..., publicationibus omnibus omissis, ex facultate, etc., ut supra.

Ceterum si alteri Presbytero ab Ordinario vel a Parocho ipso facultas facta sit conjugandi aliquos, id in libro proprii Parochi sic adnotetur:

N. Presbyter vel Capellanus ecclesiæ S. N., de licentia Reverendissimi D. Episcopi N. (seu ejus

### Forma describendi conjugatos

Vicarii N.) aut mea, quæ penes me exsistat, N., filium N., et N., filiam N., etc., in Matrimonium conjunxit, etc., ut supra. Et ego N., Parochus hujus ecclesiæ S. N., testor, rem ita se habere, et mea manu subscripsi.

Quod si ex publicationibus compertum sit, conjuges aliquo consanguinitatis aut affinitatis gradu conjunctos esse, et nihilominus ad contrahendum fuerit cum ipsis Apostolica auctoritate dispensatum, annotetur gradus consanguinitatis vel affinitatis dispensatæ, et compendium decreti super ea relati cum die et anno, ac Notarii de illo rogati nomine, hoc modo:

Anno Domini..., die..., mensis..., præmissis publicatione ac comperto impedimento secundi (vel tertii) gradus consanguinitatis (vel affinitatis, seu alio quovis impedimento), inter N. et N.. etc., obtentoque per eos Apostolicæ Sedis mandato de dispensando, et cum eis per Reverendissimum. D. Episcopum N., auctoritate dispensato sub die ..., mensis..., anno ..., ut constat ex Actis Notarii Officii prædicti Episcopi, eos in Matrimonium conjunxi, etc., ut in prædicta formula.

Publicationes autem factae in diversis paroecells, sponsi videlicet et sponsse, ab utroque Parocho in libro notari debent, etiamsi Matrimonium non sequatur. Quo in casu ita scribetur:

Anno Domini..., tribus continuis diebus testis, nempe diebus..., mensis..., ego N., Parochus ecclesiæ S. N., inter Missarum solemnia publicationes habui Matrimonii contrahendi inter N., filium N., parœciæ S. N., et N., fillam N., parœciæ S. N.; nullumque canonicum impedimentum ab aliquo allatum est. In quorum fidem, etc.

### **CAP. 5: FORMA DESCRIBENDI DEFUNCTOS in quarto libro**

Describatur quis, et quando, et que Sacraenta ministraverit, quando quis mortuus tuerit, et ubi sepultus, quod hoc pacto fieri poterit:

A nno Domini..., die ... mensis..., N., filius vel filia N., et N. (vel conjux N.), annorum ...., in via vel platea N. in domo N., in communione S. Matris Ecclesiæ animam Deo reddidit; cuius corpus die ..., sepultum est in cœmeterio ecclesiæ S. N.; mihi N., vel N. Confessario probato, confessus die ..., sanctissimoque Viatico refectus die..., et sacri Olei unctione roboratus die ..., per me, etc.

In quorum fidem testimonium hoc mea manu subscripsi.

(Locus Sigilli)

N. N. Parochus.

### **CAP. 6: FORMA DESCRIBENDI STATUM ANIMARUM in quinto libro**

Familia quæque distincte in libro notetur, intervallo relicto ab unaquaque ad alteram subsequentem, in quo singiliatim scribantur nomen, cognomen, ætas singulorum, qui ex familla sunt, vel tamquam advenæ in ea vivunt.

Qui vero ad sacram Communionem admissi sunt, hoc signum in margine e contra habeant: C.

Qui Sacramento Confirmationis sunt muniti, hoc signum habeant: Chr.

Si qui ad alium locum habitandum accesserint, id adnotetur.

Hac igitur ratione fiat, videlicet:

A nno Domini ..., die ... mensis ..., in via vel platea N., in domo N., habitant:

C. Chr. Paulus N., filius Petri, annorum...

C. Chr. Apollonia ejus uxor, filia Jacobi N., annorum...

C. Dominicus eorum filius, annorum...

C. Lucia eorum filia, annorum...

C. Chr. Antonius, filius N., famulus, annorum ...

C. Chr. Catharina N., filia N., ancilla, annorum...

Martinus, filius N., annorum...

## APPENDIX

AD

# RITUALE ROMANUM

SIVE COLLECTIO ALIARUM BENEDICTIONUM  
ET INSTRUCTIONUM

SANCTÆ SEDIS AUCTORITATE  
APPROBATARUM SEU PERMISSARUM  
IN USUM ET COMMODITATEM  
OMNIUM SACERDOTUM

DIGESTA



DE BAPTISMO

BENEDICTIO  
FONTIS SEU AQUÆ BAPTISMALIS

Hæc formula brevior pro benedictione Fontis seu aquæ baptismalis, a Paulo Papa III Missionariis Peruanis apud Indos olim concessa, nonnisi in iis locis adhiberi potest, ad quæ speciali Apostolicæ Sedis indulto extensa fuit.

### Exorcismus aquæ

**E**xorcízo te, creatúra aquæ, in nōmine Dei is Pa ✕ tris omnipoténtis, et in nōmine Iesu ✕ Christi Fílli ejus Dómini nostri, et in virtúte Spíritus ✕ Sancti. Exorcízo te, omnis virtus adversárii diáboli: ut omnis phantásia eradicétur, ac effugéatur ab hac creatúra aquæ, et fiat fons aquæ saliéntis in vitam ætérnam: ut, qui ex ea baptizáti férerint, fiant templum Dei vivi, et Spíritus Sanctus habitet in eis, in remissiónem peccatórum: in nōmine Dómini nostri Iesu Christi, qui ventúrus est judicáre vivos et mórtuos, et sǽculum per ignem.

℟ Amen.

Orémus.

Oratio

**D**ómine sancte. Pater omnípotens, ætére Deus, aquarum spirituálium sanctificátor, te supplí-citer deprecámur: ut hoc ministárium humilitátis nostræ respícere dignéris, et super has aquas, abluéndis et vivificándis homínibus præparátas, Angelum sanctitátis emítas; ut peccátis priórís vitæ ablútis, reatúque detérso, purum sacráto Spirítui habitáculum regeneratióibus procúret. Per Christum Dóminum nostrum. ℟ Amen.

Sacerdos deinceps infundat Oleum Catechumenorum in aquam, in modum crucis, dicens:

## Appendix

Conjunctio Olei unctionis, et aquae Baptismatis sanctificetur, et fecundetur. In nomine Patris, et Fili Christi, et Spiritus Sancti. R. Amen.

Deinde infundat Chrisma in aquam, in modum crucis, dicens:

Conjunctio Chrismatis sanctificationis et Olei unctionis et aquae Baptismatis sanctificetur, et fecundetur. In nomine Patris, et Fili Christi, et Spiritus Sancti. R. Amen.



## DE CONFIRMATIONE

**Instructio a S. C. Sacr. edita die 24 Maii 1934**

**pro simplici Sacerdote**

**Sacramentum Confirmationis ex Sedis**

**Apostolicæ delegatione administrante**

### I

**Novæ Instructionis necessitas post promulgatum Codicem J. C. et post quædam editas resolutiones quoad Confirmationis Ministrum et confirmandorum ætatem.**

Sacramenti Confirmationis disciplina, notabiliter jam per Codicem juris canonici innovata (can. 780-800), post ipsum Codicem promulgatum, luculentius est nonnullis locis explanata, quibusdam proditis resolutionibus ad dubia interdum delata Pontificiæ Commissioni ad Codicis canones authentice interpretandos aut questionibus propositis Sacrae Congregationi de disciplina Sacramentorum, prout cujusque Cœtus postulabat ambitus et competentia. Cum igitur expediens foret integrum ad rem præ oculis perspectam atque enucleatam habere disciplinam hujusce Sacramenti moderatricem. præsertim cum ipsum confertur per simplicem Sacerdotem, ex Sedis Apostolicæ deputatione, opportunum visum est novam confidere atque edere Instructionem, quatenus fieri contingat, absolutam, quæ nempe omni scitu et factu necessaria complectatur tum quod ad ministrum, tum quod ad subjectum, tum etiam quo ipsum ritum attinet, ut hoc Sacramentum quo, tamquam baptismi complemento. Spiritus Sancti plenitudo confertur. graviter, rite ac religiose, prout ipsius sanctitatem decet, administretur.

Duplex hucusque. postremis nostris hisce temporibus, præfatæ necessitatí prospiciebat Instructio, quarum altera, jussu edita Supremæ S. C. Romanæ et Universalis Inquisitionis anno 1888, inde a promulgato Codice J. C. magna ex parte obsolevit; altera vero, quamvis recentior, in appendice relata Ritualis Romani, auctoritate Ssmi D. N. Pii Papæ XI ad normam Codicis J. C. accommodati, additamentis opportunis, processu temporis inventis, equidem et ipsa indigere comperta est.

De nova igitur hac Instructione conficienda ac vulganda, seu de quibusdam addendis vel demendis duabus memoratis Instructionibus et in unnicam confiandis, mature disceptatum est in Plenario Cœtu EE. PP. hujus Sacrae Congregationis de disciplina Saeramentorum habito die 21 Decembris 1928 in Palatio Apostolico Vaticano, præhabito unanimi voto EE. Patrum Inquisitorum Supremæ S. C. S. Officii tum super necessitate ejusdem Instructionis noviter edendæ, tum super competentia in hujusmodi expediendo negotio ad hanc S. Congregationem de Sacramentis spectante: immutationes vero Inducendæ ab iisdem EE. Patribus statutæ, ministrum Sacramenti et subjectorum ætatem respicientes, quasque Ssmus ratas habuit ac confirmavit die 31 Decembris 1928, in præsenti Instructione singillatim digestæ perhibentur.

## De Confirmatione

2 Quod ad ministrum praæ primis attinet Sacramenti Confirmationis, dogmaticam definitionem Concii Tridentini mutuatus Codex J. C., canone 782 ordinarium hujus Sacramenti ministrum solum Episcopum edicit, extraordinarium vero ministrum presbyterum, cui vel jure communi vel peculiari Sedis Apostolicæ indulto facultas hujusmodi concessa sit. Ob eorum præcellentiam hac facultate ipso jure reapse fruuntur, præter S. R.E. Cardinales (can. 239, § 1, n 23), Abbas vel Prælatus *nullius*, Vicarius et Præfectus Apostolicus, licet charactere episcopali carentes, qui tamen ea valide uti nequeunt, nisi intrafinis sui territorii et durante munere tantum (can. 782, §§1,2,3), dummodo episcopali dignitate etiam insigniti non sint.

At præter memoratos Prælatos jure communi tali privilegio fruentes, non semel accidit ut in aliquibus omnino extraordinariis locorum et temporum adjunctis quarumdam regionum Americæ Latinæ. in quibus ordinarii seu nativi ministri, nempe Episcopi, copia forte non suppetit, gravi ideo et urgente exstante causa, Sancta Sedes quodammodo compellatur etiam ad simplicem Sacerdotem deputandum, tamquam Sacramenti confirmationis extraordinarium ministrum, ut illud scilicet ex apostolico Indulto christifidelibus conferat. Hisce tamen casibus, admodum singularibus, semper fuit Ecclesiæ mens et sedula cura, ut hic veluti suffectus ordinario Confirmationis administer, quatenus fleri posset, in aliqua esset ecclesiastica dignitate constitutus, atque in propria; territorio diæcesis, ita ut v. g., usu Pontificalium frueretur ceterisque honorificis gauderet privilegiis atque insignibus, quæ competere solent Protonotariis Apostolicis. Hujus præscriptionis ratio est materna Ecclesiæ sollicitudo, qua jugiter cavet ne quid detrimenti capiat reverentia Sacramento debita et offensionis pia christianæ plebis exspectatio Episcopi persona orbatæ, atque ut confirmationis administratio, quatenus sinit substituti ministri persona, conspicuo splendore ac præclara solemnitate fiat, Re autem vera huic Sanctæ Sedis agendi rationi consonat facultas, quæ sub n. 3 recensetur In Litteris Apostolicis Pii Papæ XI, diei xxx Aprilis anni MDCCCCXXIX, quibus Ordinariis, Sacerdotibus et christifidelibus diæcesium ac ditionum Americæ Latinæ privilegia ac facultates ad decennium conceduntur, et quæ hisce exprimitur verbis:

“. . . Ordinarii locorum deputare possunt ad Sacramentum Confirmationis administrandum Sacerdotes, quantum fieri potest, in aliqua dignitate ecclesiastica constitutos, vel munere Vicarii Foranei fungentes; numquam vero simplices Sacerdotes, commorantes illis in locis, in quibus prædictum Sacramentum administrandum erit: servata nova S. Congregationis de disciplina Sacramentorum *Instructione* pro simplici sacerdote ex Sedi Apostolicæ delegatione Sacramentum Confirmationis administrante.”

Huc etiam redit praxis ab hac S. Congregatione servata in Apostolicis indultis concedendis Sacerdotibus simplicibus, ut Confirmationem conferre valeant quibusdam in casibus reapse singularibus: semper enim eadem S. Congregatio cavit, prout adjuncta ipsa sinebant, ut hi vel Protonotarii Apostolici dignitate præfulgerent, vel ut ad hujusmodi munus dignius explendum. tales renuntiarentur.

Suas tuendæ praxi tum quoad extraordinarii ministri requisitam dignitatem, tum quoad memorata loca Americæ Meridionalis (Latinæ), quibus veluti privative indulta Apostolica ad rem largiebatur, omnem ad hac usque tempora adhibuit curam S. Congregatio de Sacramentis. Attamen aliquot abhinc annis pluries RR, locorum Ordinarii requisierunt an præfatae praxi derogare opportunum censeret, etiam ad Europie regiones nonnullas idem extendendo privilegium Americæ Meridionali concessum sub similibus adjunctis; et hæc eadem S. Congregatio in una *Namurcen. et aliarum* diei 25 Januarii 1924, sequens proposuit Plenario EE. PP. Conventui dubium diluendum: ad Sacramentum Confirmationis administrandum, etiam in posterum servanda sit intra limites hactenus præfinitos, vel potius, instantibus gravibus et urgentibus causis, extendenda sit ad alias regiones etiam in Europa in casibus particularibus”, et responsio prodiit: “*affirmative* ad I partem, *negative* ad II et. ad mentem”. Mens vero EE. PP. fuit “quod nihil esset immutandum in disciplina

## Appendix

Ecclesiæ, quam hactenus servavit et vetuit immutari haec S. Congregatio factis tantummodo nonnullis exceptionibus pro aliquibus regionibus in America Meridionali, ubi servari non potest jus commune ob extraordinaria rerum et personarum adjuncta. Evidem simplex sacerdos est minister extraordinarius Sacramenti Confirmationis per deputationem Sedis Apostolicæ. Quodsi ex aliis regionibus exhibeantur hujusmodi petitiones, S. Congregatio suadeat Episcopis oratoribus ut recurrant ad S. sedem pro obtainendo Episcopo Auxiliari seu Coadjutore, vel opem petant, pro hujusmodi Sacramento administrando, ab Episcopis finitimarum diœcesium". Quod quidem responsum a Ssmo in Audientia diei 26 Januarii 1924 fuit confirmatum.

3 Duplex altera quiestio post Codicis promulgationem proposita, respiciebat mensuram ætatis confirmandorum, atque ultraque fuit nuper per competentia S. Sedis organa resoluta.

Hæc enim præcipit canon 788 in subjecta materia: "Licet Sacramenti Confirmationis administratio convenienter in Ecclesia Latina differatur ad septimum circiter ætatis annum, nihilominus etiam antea conferri potest, si infans in mortis periculo sit constitutus, vel ministro id expedire, ob justas et graves causas, videatur". Hinc quæsitus fuit a Pontificia Commissione ad Codicis canones authentice interpretandos utrum relatus canon conatituat tantum normam directivam, an potius vere præceptivam: efc EE. PP. ejusdem Pontificiæ Commissionis in Plenario Cœtu diei 7 Junii 1931, proposito dubio: "An canon 788 ita intelligendus sit ut Sacramentum Confirmationis in Ecclesia Latina ante septimum circiter statis annum conferri non possit nisi in casibus, de quibus in eodem canone", responderi mandarunt: *Affirmative*.

Quoniam vero in Hispania et alicubi, præsertim in America Meridionali, viget consuetudo administrandi Sacramentum Confirmationis pueris ante usum rationis, etiam immediate post collatum baptismum, a Sacra Congregatione de disciplina Sacramentorum, edita supradicta responsione, quasitus fuit an tails consuetudo adhuc servari possit.

In Plenario itaque Cœtu EE. Patrum hujus Sacræ Congregationis, habito die 27 Februarii 1932, re mature discussa, proposito sequenti dubio; "An consuetudo antiquissima in Hispania et alicubi vigens ministrandi Sacramentum Confirmationis infantibus ante usum rationis servari possit, EE. Patres responderunt: *Affirmative et ad mentem*." "Mens est ut, ubi Sacramenti Confirmationis admimstratio differri potest ad septimum circiter ætatis annum, quin obstent graves et justæ causæ ad normam can. 788, contrariam consuetudinem inducentes, fideles sedulo edocendi sunt de lege communi Ecclesiæ Latinæ, præmissa Sacræ Confirmationis administrationi ilia catechesis instructione, quæ tantum juvat ad animos puerorum excolendos et in doctrina cathholica solidandos, prout experientia docet."

In Audientia diei 2 Martii ejusdem anni, referente Secretario ejusdem S. C., Ssmus Dñus Noster Pius Papa XI responsionem ratam habere et connrmare dignatus est.

Ne autem ex hac resolutione aliquis error irrepat aut non recta intelligentia de sacrorum canonum intentione et præcepto circa statem admittendorum ad primam Communionem Eucharisticam, declaravit eadem S. Congregatio, equidem opportunum esse et conformius naturæ et effectibus Sacramenti Confirmationis, pueros ad sacram mensam prima vice non accedere nisi post receptum Confirmationis Sacramentum, quod est velut complementum baptismatis, et in quo datur plenitudo Spiritus Sancti (S. Thomas, p. III, quæst. 72, art. 2); non tamen iidem censendi sunt prohiberi quominus ad eamdem mensam prius admittantur, si ad annos discretionis pervenerint, quamvis Confirmationis Sacramentum antea accipere non potuerunt.

Si agitur proinde de puer, qui gravi morbo laboret, adeo ut constitutus dicatur in mortis periculo, non solum prohibitum non est illi ante septennium Sacrum Chrisma administrare, sed expedit, ut id fiat, unde ex hac vita demigrans majorem gloriam, juxta S. Thomæ doctrinam (p. III, quæst. 73, art.

## De Confirmatione

8 ad 4), in cælis consequatur. Aliæ insuper juxta probatam plurium Theologorum sententiam esse possunt legitimæ causæ, præter consuetudinem jam memoratam, antevertendi septennium in collatione hujus Sacramenti, et præsertim cum prævidetur futura diutina absentia Episcopi vel Presbyteri, cui facta sit facultas illud administrandi, vel alia urget necessitas seu justa et gravis causa.

## II

### Disciplina per Codicem J. C. inducta quoad Confirmationis administrationem a simplici Sacerdote peragendam

Sacerdos, cui facultas hæc concessa fuerit, probe sciat Sacramentum Confirmationis conferri debere per manus impositionem cum unctione Chrismatis in fronte et per verba in pontificalibus libris ab Ecclesia probatis præscripta (can. 780).

2 Hoc Sacramentum, quod characterem imprimit, iterari nequit; si vero prudens dubium exsistat, num revera vel num valide collatum fuerit, sub conditione iterum conferatur (can. 732).

3 Chrisma. quod huic Sacramento administrando, etiam per presbyterum simplicem, inservit, debet esse ab Episcopo, cum Apostolica Sede communionem habente, consecratum feria ' quinta in Cœna Domini proxima superiore; neque adhibeat vetus, nisi necessitas urgeat. Mox, deficiente oleo benedicto allud oleum de olivis non benedictum adjiciatur, etiam iterato, minore tamen copia (can. 734, 781). Numquam vero licet sine Chrismate Confirmationem administrare vel illud ab Episcopis hæreticis aut schismaticis accipere. Unctio autem ne fiat aliquo instrumento sed ipsa ministri manu capiti confirmandi rite mposita (can. 781, § 2).

4 Presbyter latini ritus cui, vi induiti, hæc facultas competit, Confirmationem valide confert sois fidelibus sui ritus, nisi in indulto aliud expresse cautum fuerit. Nefas est Presbyteris ritus orientalis, qui facultate vel privilegio gaudent, Confirmationem una cum Baptismo infantibus sui ritus conferendi, eamdem ministrare infantibus latini ritus (can. 782, S § 4-5).

5 Presbytero licet, si Apostolico locali privilegio sit munitus, in designato sibi territorio confrirmare etiam extraneos, nisi Id ipsorum Ordinarii expresse vetuerint (can. 784).

6 Presbyter, privilegio Apostolico donatus, obligatione tenetur Sacramentum hoc illis, quorum in favorem est concessa , facultas, rite et rationabiliter potentibus conferendi (can. 785 §§ 1-2).

7 Aquis Baptismi non ablutus valide confirmari nequit; præterea, ut quis licite et fructuose confirmetur, debet esse in statu gratiæ constitutus et, si usu rationis polleat, sufficienter instructus (can. 786), scilicet, pro suo captu, de natura, dignitate, effectibus ac dispositionibus ad digne Sacramentum hujusmodi reclpiendum. Juxta veterem Ecclesiæ usum confirmandi deberent esse jejuni, idque optandum propterea esset ut in præsenti etiam servaretur.

8 Quamquam hoc Sacramentum non est de necessitate medii ad salutem, nemini tamen licet, oblata occasione. Illud negligere; imo Parochi curent ut fideles ad illud opportuno tempore accendant (can. 787).

9 Quod vero ad ætatem confirmandorum attinet (can. 788) recolenda sunt quæ fuse diximus sub I n. 3.

10 Caveant confirmandi ne sordida fronte, capillisque impexis ad hoc Sacramentum accendant, vestibus tamen sint induiti, quemadmodum et patrini, simplicibus, et ad modestiam compositis. Mulieres vero illud susceptura et quæ matrinarum officium exercebunt, in ecclesiam ne accendant vanis induitæ omamentis aut fucata facie, sed cum omni modestia et reverentia.

## Appendix

11 Confirmandi, si plures sint, adsint primæ manuum impositioni seu extensioni, nec nisi expleto rito discedant (can. 789).

12 Hoc Sacramentum quovis tempore conferri potest; maxime autem decet illud administrare in hebdomada Pentecostes (can 790).

13 Licet proprius Confirmationis administrandæ locus ecclesia sit, ex causa tamen quam Minister justam ac rationabilem judicaverit, potest hoc Sacramentum in quolibet alio decenti loco conferri (can. 791).

14 Ex vetustissimo Ecclesiæ more, ut in Baptismo, ita etiam in Confirmatione adhibendus est patrinus, si haberi possit (can. 793).

15 Patrinus unum tantum confirmandum aut duos præsentet, nisi aliud justa de causa Ministro videatur; unus quoque pro singulis confirmandis sit patrinus (can. 794).

16 Ut quis sit patrinus, oportet:

1° Sit ipse quoque confirmatus, rationis usum assecutus et intentionem habeat id munus gerendi;

2° Nulli hæreticæ aut schismaticæ sectæ sit adscriptus, nec sententia condemnatoria vel declaratoria sit excommunicatus, aut infamis infamia juris, aut exclusus ab actibus legitimis, nec sit clericus depositus vel degradatus;

3° Non sit pater, mater, conjux confirmandi;

4° A confirmando ejusve parentibus vel tutoribus vel, hi si desint aut renuant, a Ministro vel a Parocho sit designatus;

5° Confirmandum in ipso Confirmationis actu per se vel per procuratorem physice tangat (can, 795).

17 Ut quis licite ad patrini munus admittatur oportet:

1° Sit aliis a patrino Baptismi, nisi rationabilis causa, judicio Ministri, aliud suadeat aut statim post Baptismum legitime Confirmatio conferatur;

2° Sit ejusdem sexus ac confirmandus, nisi aliud Ministro in casibus particularibus ex rationabili causa videatur;

3° Decimum quartum suæ ætatis annum attigerit, nisi aliud justa de causa Ministro videatur (can. 796).

4° Non sit propter notorium delictum excommunicatus vel exclusus ab actibus legitimis vel infamis infamia juris, quin tamen sententia intercesserit, nec sit interdictus aut alias publice criminosis vel infamis infamia facti;

5° Fidei rudimenta noverit;

6° In nulla religione sit novitus vel professus, nisi necessitas urgeat et expressa habeatur venia Superioris saltem localis, expressa Ordinarii proprii licentia (can. 766)..

18 Ex valida Confirmatione oritur inter confirmatum et patrinum cognatio spiritualis, ex qua patrinus obligatione tenetur confirmatum perpetuo sibi commendatum habendi ejusque christianam educationem curandi (can. 797) Ex hac tamen cognitione spirituali jam non oritur impedimentum ad matrimonium (can. 1079).

19 Nomina Ministri, confirmatorum, parentum et patrinorum, diem ac locum Confirmationis

## Appendix

Parochus inscribat, in peculiari libro, præter adnotationem in libro baptizatorum (can. 798).

20 Si proprius confirmati Parochus præsens non fuerit, de collata Confirmatione Minister vel per se ipse, vel per alium quamprimum eumdem certiorem faciat (can. 799)

21 Ad collatam Confirmationem probandam, modo nemirii fiat præjudicium, satis est unus testis omni exceptione major, vel ipsius confirmati jusjurandum, nisi connrmatus fuerit in intantili ætate (can. 800).

Ritus servandus a simplici sacerdote Sacramentimi Confirmationis conferente, juxta Rituale Romanum Ssmi D. N. Pii Papæ XI ad normam Codicis canonici accommodatum.

Cum tempus advenerit, quo Sacerdos, utens facultate sibi al; Apostolica Sede. ut supra, tributa, administrare Confirmationem intendit, superpelliceo et stola, vel etiam pluviali albi coloris indutus, stans ante Altare versus ad populum hinc inde dispositum (masculis a dexteris, feminis vero a sinistris), circumstantes admoneat, quod nullus aliis. nisi Episcopus, Confirmationis ordinarius Minister est; se vero collaturum esse illam jure per S. Sedem delegate.

Mox, si hujusmodi delegatio per indultum facta fuerit, delegationis Decretum lingua vernacula legatur alta et intelligible voce; deinde Sacerdos moneat astantes, quod nullus confirmatus discedat, nisi benedictione accepta, quam ipse post omnium Confirmationem dabit. Item, quod infantes, si quos in prima et ætate justa de causa (Juxta superius dicta I, n. 3) confirmandos ex existimaverit, per patrinos teneantur in brachiis dexteris, et quod adulti ponant pedem suum super pedem dexterum patrini sui; vel patrinus ponat manum suam dexteram super humerum dexterum confirmandi, sive infantis sive adulti.

Hac altera monitione completa, pariter stans versa facie ad connrmandos, junctis ante pectus manibus, confirmandis vero genua flectentibus et manus ante pectus junctas tenentibus, dicit:

V. Spíritus Sanctus supervéniat in te et virtus Altíssimi custódiat te a peccátis. Rx. Amen.

Deinde signans se a fronte ad pectus eigno crucis, dicit:

V. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.

Rx. Qui fecit cælum et terram.

V. Dómine, exáudi oratióne meam.

Rx. Et clamor meus ad te veniat.

V. Dóminus vobíscum. Rx. Et cum spíritu tuo.

Tunc extensis versus confirmandos manibus, dicit:

Orémus.

Oratio

Omnípotens sempitérne Deus, qui regeneráre dignátus es hos fámulos tuos ex aqua, et Spíritu Sancto, quique dedísti eis remissiónem ómnium peccatórum: emítte in eos septifórmem Spíritum tuum Sanctum Paráclitum de cælis. Rx. Amen.

Spíritum sapiéntiæ et intelléctus. Rx. Amen.

Spíritum consílii et fortitúdinis. Rx. Amen.

Spíritum sciéntiæ et pietátis. Rx. Amen.

Adimple eos Spíritu timórís tui, et consígna eos signo Crucis Christi, in vitam propitiátus ætérrnam. Per eúmdem Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum: Qui tecum vivit et regnat in unitáte ejúsdem Spíritus Sancti Deus, per ómnia Sæcula sæculórum. Rx Amen.

## De Confirmatione

Postea Sacerdos confirmat illos per ordinem, genuflexos, primo mares, secundo feminas. Uno ordine confirmato, illi surgunt, et alii genuflectunt, et confirmantur, et sic usque in finem. Inquirit autem singillatim de nomine cuiuslibet confirmandi, sibi per patrinum vel matrnam flexis genibus præsentati, et summitate pollicis dexteræ manus Chrismate intincta, confirmat eum dicens:

N. Signo te signo Cru **¶** cis quod dum dicit. imposita manu dextera super caput confirmandi, producit pollice signum crucis in fronte illius, deinde prosequitur: et confírmo te Chrismáte salútis.

In nōmine Pa **¶** tris, et Fí **¶** lii, et Spíritus **¶** Sancti.

R<sup>g</sup> Amen. Et leviter eum in maxilla cadit, dicens:

Pax tecum.

Ligantur mox vittis lineis recenter confirmatorum frontes. Quod sicubi hujusmodi vittæ non adhibeantur, Sacerdos, postquam frontes confirmandorum linierit sacro Chrismate, eas gossypio, postea comburendo, diligenter abstergat: Omnibus confirmatis, Sacerdos tergit cum mica panis, et levat pollicem et manus super pelvem; deinde aqua lotionis cum pane fundatur in piscinam sacrarii, in qua reponi debent etiam supradictorum gossypiorum cineres.

Interim dum lavat manus, si adsint ministri, cantatur, vel legitur ab iis sequens Antiphona; alias post lotionem ab ipso Sacerdote dicitur:

Confirma hoc, Deus, quod operatus es in nobis, a templo sancto tuo, quod est in Jerúsalem, **V** Glória Patri, et Filio, et Spíritui Sancto: Sicut erat in princípio, et nunc, et semper, et in sǽculorum.

Amen. Et repetitur Antiphona: Confirma hoc, etc.

Qua repetita, Sacerdos stans versus ad Altare, junctis ante pectus manibus dicit:

**V**. Osténde nobis, Dómine, misericórdiam tuam.

R<sup>g</sup>. Et salutáre tuum da nobis.

**V**. Dómine, exáudi oratióne meam.

R<sup>g</sup>. Et clamor meus ad te véniat.

**V**. Dóminus vobíscum. R<sup>g</sup>. Et cum spíritu tuo.

Junctis vero adhuc ante pectus manibus, et omnibus confirmatis devote genua flectentibus, dicit:

Orémus.

Oratio

**D**eus, qui Apóstolis tuis Sanctum dedísti Spíritum, et per eos eorúmque successóres céteris fidélibus tradéndum esse voluísti: respíce propítius ad humilitáris nostæ famulátum, et præsta; ut ejus cor, cuius frontem sacro Chrísmate delinívimus, et signo sanctæ Crucis signávimus, idem Spíritus Sanctus in eo supervéniens, templum glóriæ suæ dignánter inhabitándo perficiat: Qui cum Patre, et eódem Spíritu Sancto vivis et regnas Deus, in sǽcula sǽculórum. R<sup>g</sup>. Amen.

Deinde dicit: Ecce sic benedicétur omnis homo, qui timet Dóminum. Et vertens se ad confirmatos ac faciens super eos signum crucis, dicit:

Bene **¶** dícat te Dóminus ex Sion, ut vídeas bona Jerúsalem ómnibus diébus vitæ tuæ, et hábeas vitam ætérnam. R<sup>g</sup>. Amen.

Absoluta hoc modo Confirmatione, Sacerdos sedens patrinos et matrinas monet, quod instruant filios suos bonis moribus, ut fugiant mala, et faciant bona: et doceant eos Credo in Deum, et Pater noster, et Ave María, quoniam ad hoc sunt obligati

## Appendix

Hoc Sacramentum potest conferri minus solemniter, et præsertim tunc, cum in privatis domibus, vel extra ecclesiam seu oratorium, pueris ægrotantibus conferendum est, vel etiam adultis, qui ad ecclesiam quacumque ex causa, legitima tamen, accedere nequeunt. In iis casibus Sacerdos ne omittat uti saltem stola, si superpelliceum habere non possit, Cavere etiam debet, ne coram hæreticis, aut schismaticis, et multo minus eis ministrantibus, confirmet.

## **DE SANCTISSIMA EUCHARISTIA**

### **Instructio a S. R. C. edita die 11 Martii 1838 pro Sacerdote facultatem habente bis Missam eadem die celebrandi**

Quando Sacerdos eadem die duas Missas dissitis in locis celebrare debet, in prima, dum divinum Sanguinem sumit, eum diligentissime sorbeat. Exinde super corporale ponat Calicem et palla tegat, ac junctis manibus in medio Altari dicat: **Quod ore súmpsimus, etc.**, et subinde admoto aquæ vasculo digitos lavet dicens: **Corpus tuum, etc.**, et absterget.

Hisce peractis Calicem, super corporale manentem adhuc, deducta palla cooperiat, ceu mos est, scilicet primum purificatorio linteo, deinde patena ac palla, et demum velo.

Post hæc Missam prosequatur, et completo ultimo Evangelio, rursus stet in medio Altaris, et detecto Calice, inspiciat, an aliquid divini Sanguinis nec ne ad imum se receperit. quod plerumque contingit. Quamvis enim sacrae species primum sedulo sorptæ sint, tamen, dum sumuntur, cum particulæ, quaë circum sunt, undequaque sursum deferantur, nonnisi deposito Calice ad imum redeunt. Si itaque divini Sanguinis guttaquæ dam supersit adhuc, ea rursus ac diligenter sorbeatur, et quidem ex eadem Calicis parte, qua ille primum est sumptus.

Quod nullimode omittendum est, quia Sacrificium moraliter durat, et superexstantibus adhuc vini speciebus, ex divino præcepto compleri debet.

Postmodum Sacerdos in ipsum Calicem tantum saltem aguæ fundat, quantum prius vini posuerat, eamque circumactam, ex eadem parte, qua Sacrum Sanguinem biberat. In paratum vas demittat. Calicem subinde ipsum purificatorio linteo absterget, ac demum cooperiat, uti alias fit, atque ab Altari discedat.

Depositis sacris vestibus, et gratiarum actione completa, aquæ e Calice demissa, pro rerum adjunctis, vel ad diem crastinum servetur (si nempe eo rursus Sacerdos redeat, Missam habiturus), et in exsequenda purificatione in Calicem demitatur, vel gossypio aut stuppa absorpta comburatur, vel in sacrario, si sit, exsiccanda relinquatur, vel demittatur in piscinam.

Cum autem Calix, quo Sacerdos primum est usus, purificatus jam sit, si illo ipso pro Missa altera indigeat, eum secum deferat: secus vero in altera Missa diverso Calice uti poterit.

¶ Quando vero Sacerdos eadem die duas Missas in eadem ecclesia offerre debet, se gerat uti supra dictum est, sed absoluta Missa quin Calicem purificet, si in ecclesia non sit sacristia, eum eodem modo super Altare relinquet; secus vero in sacristiam deferet, ibique super corporale vel pallam in aliquo loco decenti et clauso collocabit usque ad secundam Missam, in qua, cum eodem Calice uti debeat, ilium rursus cum hostia consecranda secum deferet ad Altare, ac super corporale extensum reponet.

Cum autem in secunda Missa Sacerdos ad Offertorium devenerit, ablato velo de Calice, hunc parumper versus cornu Epistolæ collocabit, sed non extra corporale; factaque hostiæ oblatione, non absterget Calicem purificatorio, sed eum intra corporale relinquens leviter elevabit, vinumque et aquam eidem caute infundet, ipsumque Calicem nullatenus ab intus abstersum more solito offeret.

## De sanctissima Eucharistia

### **Instructio a S. R. C. edita die 12 Januarii 1921 pro Sacerdote cæcutiente circa Missarum celebrationem eidem ex indulto Apostolico concessam**

#### **1. Prænotanda**

1. Sacerdos cæcutuens seu tali visivæ potentiae debilitate, sive accidentaliter sive habitualiter, laborans, ut legere possit nonnisi typos valde crassos, a Summo Pontifice seu Sacra Rituum Congregatione, nisi Episcopus Apostolica facultate fuerit munitus, dispensationem obtinere potest celebrandi. juxta normas inferius accuratius exponendas, aut Missam votivam de beata Maria Virg. aut Missam, quam vocant, quotidiam Defunctorum.
2. Conditiones vero in hujusmodi privilegii instrumento appositæ, non sunt meræ ritualitatis et styli, sed obligatoriæ in conscientia.
3. Si in privilegio dicatur **Dummodo Orator non sit omnino cæcus**, et interea plane cæcus evadat, tunc a celebrando Missam abstinere debet, donec novum indultum impetravent; eoque obtento, sub gravi tenetur assistentia uti alterius Sacerdotis, quamvis forte hæc obligatio in indulto non expresse fuerit apposita.

#### **2. Regulæ circa Missam votivam de B. M. V.**

I.—Quæ Missa votiva de beata Maria Virgine sit dicenda

1. Cæcutiens dispensatus dicat Missam inter votivas de beata Maria Virg. assignatas quintam, quovis anni tempore.
2. Si vero tanta adhuc est potentiae visivæ ut legere possit etiam alias quatuor Missas votivas de beata Maria Virg. in Missali cæcutientium pro diversitate Temporum exstantes, facultas ei sit, easdem celebrare juxta Temporum diversitatem.

II,—Quando Missa votiva de beata Maria Virgine sit dicenda

1. Missa votiva de beata Maria Virg. dici potest quovis anni tempore; dici vero debet omnibus et singulis diebus, in quibus non permittantur Missæ quotidianæ Defunctorum juxta Kalendarium ecclesiae in qua Sacerdos cæcutiens celebrat; salvi; tamen privilegiis ulterioribus circa Missas Defunctorum infra num. 3 expositis.
2. In Triduo sacro Majoris Hebdomadæ Sacerdos cæcutiens omnino a celebrando abstinebit.
3. In Festo Nativitatis Domini tres dicere potest Missas.

#### **III.—Quo ritu sit celebranda**

1. Si Missa votiva de beata Maria Virg. celebretur pro re gravi et publica simul causa, a Sacerdote cæcutiente semper dicuntur unica Oratio, **Glória in excelsis**, **Credo**, **Præfatio** in tono solemni, **Ite**, **Missa est**, et ultimum Evangelium S. Joannis **In principio**, etsi a Sacerdotibus non privilegiatis facienda esset ilia die commemoratio, vel dicenda Collecta ab Ordinario imperata, vel dicendum in fine Evangelium Officii commemorati, juxta Rubricas.

2. In omnibus aliis casibus

a) Dicitur **Glória in excelsis**:

I.—Quandocumque dicendum est in Missa diei currentis juxta Kalendarium ecclesiæ in qua Missa celebratur:

## Appendix

II—in jubilæo propriæ ordinationis sacerdotalis:

III.—infra Octavas, etiam simplices, beatæ Mariæ Virginis, juxta Kalendarium ecclesiæ in qua Missa celebratur.

IV.—in sabbato,

b) Ad Orationes quod attinet, hæc observanda sunt:

I.—Secunda et tertia Oratio non adduntur, quandocumque Orationes de Tempore excluduntur a ritu Missæ diei currentis, juxta Kalendarium ecclesiæ in qua Missa celebratur:

II.—Secus tres dicantur Orationes, et quidem secunda de Spiritu Sancto, tertia contra persecutores Ecclesiæ vel pro Papa.

c) Dicitur **Credo**:

I.—Quandocumque dicendum est in Missa diei occurrentia, juxta Kalendarium ecclesiæ in qua Missa celebratur:

II.—In jubilæo propriæ ordinationis sacerdotalis.

d) In Præfatione dicitur **et te in veneratione**, præterquam in Festis et per Octavas, etiam simplices, beatæ Mariæ Virg., in quibus Præfatio dicitur perinde ac si Missa de Festo vel de Octava celebraretur.

e) Ultimum Evangelium semper est S. Joannis **In princípio**.

f) In oratoriis privatis, Kalendarium proprium Celebrantis tenet locum Kalendarii ecclesiæ in qua Missa celebratur; idque etiam circa Missam Defunctorum servabitur.

### **3. Regulæ circa Missam Defunctorum:**

1. Loco Missas votivæ de beata Maria Virg. Sacerdos cæcutiens celebrare potest Missam quotidianam Defunctorum, cum vel sine cantu, ad normam Rubricarum de Missis Defunctorum. juxta Kalendarium ecclesiæ in qua celebrat.

2. Hanc Missam celebrat etiam (et quidem ter, si placuerit) in Commemoratione Omnium Fidelium Defunctorum, in qua tamen unam tantum Orationem dicet, nempe **Fidelium**; servata (si bis vel ter hac die celebret) Constitutione Benedicti Papæ XV “Incruentum Altaris sacrificium”, cuius vigore unam tantummodo Missam cuicunque maluerit applicare et pro ea stipem percipere valeat; alias vero Missas, nulla stipe percepta, pro omnibus fidelibus defunctis et ad mentem Summi Pontificis, prout ceteri Sacerdotes, applicet.

3. Unica Oratio in hac Missa dicitur, quandocumque hæc Missa quotidiana locum teneat Missæ in qua unica tantum Oratio, juxta Rubricas, dici debeat. Secus tres saltem Orationes dicantur: prima tamen et secunda Oratio variari poterunt, juxta peculiarem intentionem et applicationem Missæ.

4. Ad Sequentiam Dies its Sacerdos cæcutiens numquam tenetur. Attamen si Missam cantet, licet ipse Sequentiam non legat, Chorus eam cantare ne omittat.

## LITANIÆ, PRECES ET ORATIONES

quæ dici debent in expositione XL Horarum in alma Urbe

**K**yrie, eléison.

Christe, eléison.

Kyrie, eléison.

Christe, audi nos.

Christe, exáudi nos.

Pater de cælis, Deus, miserére nobis. |

Fili, Redémptor mundi, Deus, miserére.

Spiritus Sancte, Deus, miserére.

Sancta Trinitas, unus Deus, miserére.

Sancta María, ora pro nobis.

Sancta Dei Génitrix, ora.

Sancta Vírgo vírginum, ora.

Sancte Michaël, ora.

Sancte Gábriel, ora.

Sancte Raphaël, ora.

Omnès sancti Angeli et Archángeli, orate pro nobis.

Omnès sancti beatórum Spirituum órdines, orate.

Sancte Joánnes Baptista, ora.

Sancte Joseph, ora.

Omnès sancti Patriárchæ et Prophétæ, orate.

Sancte Petre, ora.

Sancte Paule, ora.

Sancte Andréa, ora.,

Sancte Jacóbe, ora.

Sancte Joánnes, ora.

Sancte Thóma, ora.

Sancte Jacóbe, ora.'

Sancte Philíppe, ora.

Sancte Bartholomæe, ora.

Sancte Matthæe, ora.

Sancte Simon, ora.

Sancte Thaddæe, ora.

Sancte Matthía, ora.

Sancte Bárnaba, ora.

Sancte Luca, ora.

Sancte Marce, ora.

Omnès sancti Apóstoli et Evangelistæ, orate.

Omnès sancti Discípuli Dómini, orate.

Omnès sancti Innocentes, orate.

Sancte Stéphane, ora.

Sancte Laurénti, ora.

Sancte Vincénti, ora.

Sancti Fabiáne et Sebastiáne, orate.

Sancti Joánnes et Paule, orate.

Sancti Cosma et Damiáne, orate.

Sancti Gervási et Protási, orate.

Omnès sancti Mártires, orate.

Sancte Silvéster, ora.

Sancte Gregóri, ora.

Sancte Ambrósi, ora.

Sancte Augustíne, ora.

Sancte Hierónyme, ora.

Sancte Martíne, ora.

Sancte Nicoláe, ora.

Omnès sancti Pontífices et Confessóres, orate.

Omnès sancti Doctóres, orate.

Sancte Antóni, ora.

Sancte Benedicte, ora.

Sancte Bernárde, ora,

Sancte Domínice, ora.

Sancte Francísce, ora.

Omnès sancti Sacerdótes et Levítæ, orate.

Omnès sancti Mónachi et Eremítæ, orate.

Sancta María Magdaléna, ora.

Sancta Agatha, ora.

Sancta Lúcia, ora.

Sancta Agnes, ora.

Sancta Cæcília, ora.

Sancta Catharina, ora.

Sancta Anastásia, ora.

Omnès sanctæ Vírgenes et Víduæ orate.

Omnès Sancti et Sanctæ Dei, intercéde pro nobis.

Propítius esto, parce nobis, Dómine.

Propítius esto, exáudi nos, Dómine.

Ab omni malo, líbera nos, Dómine.

Ab omni peccató, líbera.

Ab ira tua, líbera.

Ab imminéntibus periculis, líbera.

A flagéllu terræmotus, líbera.

A peste, fame, et bello, líbera.

A subitánea et improvísâ morte, líbera.

Ab insídiis diáboli, líbera.

Ab ira, et ódio, et omni mala voluntáte, líbera.

A spiritu fornicatiónis, líbera.

A fúlgure et tempestáte, líbera.

## Appendix

A morte perpétua, líbera.  
Per mystérium sanctæ Incarnatiónis tuæ, líbera.  
Per Advéntum tuum, líbera.  
Per Nativitátem tuam, líbera.  
Per Baptísmum et sanctum Jejúnium tuum, líbera.  
Per Crucem et Passiónem tuam, líbera.  
Per Mortem et Sepultúram tuam, líbera.  
Per sanctam Resurrectiónem tuam. líbera.  
Per admirábilem Ascensiónem tuam, líbera.  
Per advéntum Spíritus Sancti Parácliti, líbera.  
In die judícií, líbera nos, Dómine.  
Peccatóres, te rogámus, audi nos.

Ut nobis parcas, te rogámus.  
Ut nobis indúlgeas, te rogámus.  
Ut ad veram pœniténtiam nos perdúcere dignérис, te rogámus.  
Ut Ecclésiam tuam sanctam régere, et conservare dignérис, te rogámus.  
Ut Dómnum Apostólicum, et omnes ecclesiásticos órdines in sancta religióne conservare dignérис, te rogámus.  
Ut inimícos sanctæ Ecclésiae humiliare dignérис, te rogámus.

Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi, parce nobis, Dómine.  
Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi, exáudi nos, Dómine.  
Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi, miserére nobis.

Christe, audi nos.  
Christe, exáudi nos.

Kýrie, eléison.  
Christe, eléison.  
Kýrie, eléison.

Pater noster **secreto usque ad**

**V.** Et ne nos indúcas in tentatióne.

**R.** Sed líbera nos a malo.

## **Psalmus 69**

**D**eus in adjutórium meum inténde: \*Dómnum ad adjuvándum me festína.  
Confundántur, et revereántur, \* qui quærunt ánimam meam.  
Avertántur retrórsum et erubéscant, \* qui volunt mihi mala.  
Avertántur statim erubescéntes, \* qui dicunt mihi: Euge, euge.

Ut régibus et princípibus christiánis pacem et veram concórdiam donáre dignéris, te rogámus.  
Ut cuncto pópulo christiáno pacem et unítatem largíri dignéris, te rogámus.  
Ut omnes errántes ad unitátem Ecclésiae revocáre, et infideles univérsos ad Evangélii lumen perdúcere dignéris, te rogámus.  
Ut nosmetípsos in tuo sancto servítio confortáre et conserváre digneris, te rogámus,  
Ut mentes nostras ad cælestia desidéria érigas, te rogámus.  
Ut ómnibus benefactóribus nostris sempitérna bona retríbuas, te rogámus.  
Ut áimas nostras, fratum, propinquórum, et benefactórum nostrórum ab æterna damnatióne erípias, te rogámus.  
Ut fructus terræ dare, et conservare dignéris, te rogámus.  
Ut ómnibus fidélibus defunctis réquiem æternam donare dignéris, te rogámus.  
Ut nos exaudíre dignéris, te rogámus.  
Fíli Dei, te rogámus.

Exsúltent et læténtrur in te omnes quærunt te, \*  
et dicant semper:  
Magnificétur Dóminus: qui díligunt salutáre tuum.  
Ego vero egénus, et pauper sum: \* Deus áduva me.  
Adjútor meus, et liberátor meus es tu: \*  
Dómine, ne moréris.  
Glória Patri.

### Litaniæ in expositione XL Horarum

V Salvos fac servos tuos.  
R Deus meus, sperantes in te.  
V Esto nobis, Dómine, turris fortitudinis.  
R A fácie inimici.  
V Nihil proficiat inimicus in nobis.  
R Et filius iniquitatis non appónat nocére nobis.  
V Dómine, non secundum peccata nostra fáciás nobis.  
R Neque secundum iniquitatis nostras retríbuas nobis.  
V Orémus pro Pontifice nostro N.  
R Dóminus consérvet eum, et vivíficet eum, et beátum fáciat eum in terra, et non tradat eum in ánimam inimicorum ejus.  
V Orémus pro benefactóribus nostris.  
R Retribúere dignáre, Dómine, ómnibus nobis bona faciéntibus propter nomen tuum vitam ætérnam. Amen.  
V Orémus pro fidélibus defúnctis.  
R Réquiem ætérnam dona eis. Dómine, et lux perpétua luceat eis.  
V Requiéscant in pace. R Amen.  
V Pro frátribus nostris abséntibus.  
R Salvos fac servos tuos, Deus meus, sperantes in te.  
V Mitte eis, Dómine, auxílium de sancto.  
R Et de Sion tuére eos.  
V Dómine, exaudi orationem meam.  
R Et clamor meus ad te véniat.  
V Dóminus vobíscum. R Et cum spíitu tuo.

Orémus.

Oratio

**D**eus, qui nobis sub Sacraménto mirabili passiónia tuas memóriam reliquisti: tríbue, quæsumus, ita nos Córporis et Sanguinis tui sacra mystéria venerári; ut redemptiónis tuæ fructum in nobis júgiter sentiámus.

**Ab Adventu usque ad Nativitatem Domini:**

**D**eus, qui de beatæ Maríæ Vírginis útero Verbum tuum, Angelo nuntiante, carnem suscípere voluísti: præsta supplícibus tuis; ut, qui vere eam Genitricem Dei crédimus, ejus apud te intercessiónibus adjuvémur.

**A Nativitate usque ad Purificationem:**

**D**eus, qui salutis æternæ, beatæ Maríæ virginité fecunda, humano géneri præmia præstítisti: tríbue, quæsumus; ut ipsam pro nobis intercédere sentiámus, per quam merúimus auctórem vitæ suscípere, Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum.

**A Purificatione usque ad Pascha et post Tempus Paschale usque ad Adventum Domini:**

**C**oncéde nos fámulos tuos, quæsumus, Dómine Deus, perpétua mentis et Córporis sanitáte gaudére: et gloriósa beatæ Maríæ semper Vírginis intercessióne, a præsenti liberári tristitia, et ætéra pérfrui lætitia.

## Appendix

Tempore Paschali:

**D**eus, Qui per resurrectiōnem Fílli tui, Dómini nostri Jesu Christi, mundum lætificáre dignátus es: præsta, quæsumus; ut, per ejus Genitricem Vírginem Maríam, perpétuæ capiámus gáudia vitæ.

**O**mnipotens sempitérne Deus, miserére fámulo tuo Pontífici nostro N., et dírige eum secúndum tuam cleméntiam in viam salútis ætérnæ: ut, te donánte, tibi plácita cúpiat, et tota virtúte perficiat.

**D**eus, refúgium nostrum, et virtus: adésto piis Ecclésiæ tuæ précibus, auctor ipse pietatis, et præsta; ut, quod fidéliter pétimus, efficáciter consequámur.

**O**mnipotens, sempitérne Deus, qui vivórum domináris simul et mortuórum, omniúmque miseréris, quos tuos fide et ópere futúros esse prænóscis, te súpplices exorámus; ut, pro quibus effundere preces decrévimus, quosque vel præsens sǽculum adhuc in carne rétinet, vel futúrum jam exútos córpore suscépit, intercedéntibus ómnibus Sanctis tuis, pietatis tuæ cleméntia ómnium delictórum suórum véniam consequántur. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum: Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sǽcula sǽculórum. R. Amen.

V. Dómine, exáudi oratióne meam.

R. Et clamor meus ad te véniat.

V. Exáduiat nos omnípotens et misericors Dóminus.

R. Et custódiat nos semper. Amen.

V. Fidélium ánimæ per misericórdiam Dei requiéscant in pace. R. Amen.

Vacante Apostolica Sede, loco invocationis Ut Domnum Apostólicum et onmes ecclesiásticos órdines, etc., dicatur: Ut omnes ecclesiásticos órdines, etc.; Versus autem Orémus pro Pontifice nostro N. cum suo Responsorio, et Oratio pro eodem Pontifice omittuntur.



## DE MATRIMOMO

### I

#### Benedictio nuptialis extra Missam danda ex Apostolico indulto quando Missa non dicitur

(Approbata a S. R. C. die 11 Martii 1914)

Expleto ritu celebrandi Matrimonii sacramentum (Ritual. Rom., tit. VII, cap. II), post Orationem Respice, etc., si permittatur benedictio nuptialis, sed non dicatur Missa, Sacerdos qui speciale indultum a Sancta Sede obtinuerit, ad law conjugates conversus, dicit Psalmum sequentem:

#### Psalmus 127

**B**éati omnes qui tíment Dóminum; \* qui ámbulant in viis ejus.

Labóres mánuum tuárum quia manducábis, \*  
beátus es, et bene tibi erit.  
Uxor tua sicut viris abúndans, \* in latéribus  
domus tuæ.

### De Matrimonio

Fílii tui sicut novellæ olivárum, \* in circúitu  
mensæ tuæ.  
Ecce sic benedicétur homo, \* qui timet  
Dóminum.

Benedícat tibi Dóminus ex Sion; \* et vídeas

Kýrie, eléison. Christe, eléison. Kýrie, eléison.

Pater noster **secreto usque ad**

℣. Et ne nos indúcas in tentaciónem.

℟. Sed líbera nos a malo.

℣ Dómine, exáudi oratióne meam.

℟. Et clamor meus ad te véniat.

℣ Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

**Oratio**

**B**ene ✕ dic, Dómine, et résponce de cælis super hanc conjunctiōnem: et sicut misisti sanctum Angelum tuum Raphaélem pacíficū ad Tobíam et Saram, filiam Raguélis; ita dignérīs, Dómine, mítttere benedictiōnem tuam super hos cónjuges, ut in tua benedictiōne permáneant, in tua voluntáte persístant, et in tuo amóre vivant. Per Christum Dóminum nostrum. ℟ Amen.

Deinde elevatis manibus et extensis super capita eorum, ministro librum tenente, dicit:

Dóminus Deus omnípotens benedícat vos, impleátque benedictiōnem in vobis, et videátis filios filiórū vestrórum usque in tértiam et quartam generatiōnem et progíniem, et ad optátam perveniátis senectútem. Per Christum Dóminum nostrum. ℟ Amen.

### **II**

#### **Preces recitandæ extra Missam super conjuges ex Apostolicæ Sedis indulto quando benedictio nuptialis non permittitur (Approbata; a S. R. C. die 11 Martii 1914)**

Si sponsa sit vidua jam in primis nuptiis benedicta, vel etiam si prima vice nubat, sed tempore clauso. expleto ritu celebrandi Matrimonii sacramentum (Rit. Rom., tit. VII, cap. II), post Orationem Réspice, etc., Sacerdos, qui speciale indultum a S. Sede obtinuerit, ad neo-conjugatos conversus, dicit Psalmum 127 Beáti omnes, cum ℣. ℣. et ℟. ℟., ut supra (pag. 304) sed cum Oratione sequenti:

Orémus.

**Oratio**

**P**rætende, quæsumus, Dómine, fidélibus tuis déxteram cælestis auxílii, ut te toto corde perquirant, et quæ digne póstulant, assequántur. Per Christum Dóminum nostrum. ℟ Amen.

## DE CONSECRATIONE ALTARIUM EXSECRATORUM

### I

**Ritus seu formula brevior  
consecrationis altaris immobilis  
quod amisit consecrationem ob separationem,  
etsi momentaneam, labulae seu mensae a stipite;  
uti in casu de quo agit Codex Juris Canonici in  
canone 1200, § 1**

Instaurato altari immobili, et mensa, integrum Reliquiarum sepulcrum habente, cum stipite conjuncta, Pontifex, indutus rochetto et stola alba, vel Presbyter ab Ordinario delegatus, indutus superpelliceo et stola alba, accedit versus altare, et pollice dexterie manus Chrismate intincto inungat, ad modum crucis, conjunctiones mensa cum stipite in quatuor angulia, quasi illas conjungens, ad singulas cruces dicens:

In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti.

:

Deinde recitet sequentes Orationes:

Orémus.

Oratio

**M**ajestátem tuam, Domine, humíliter implorámus, ut altare hoc sacrae unctionis libámine ad suscipiénda pópuli tui múnera inúncum poténter bene ☩ dicere et sancti ☩ ficáre dignérис; ut quod, nunc a nobis indígnis, sub tui nómínis invocatióne, in honórem beatíssimæ Vírginis Maríæ, et ómnium Sanctórum, atque in memóriam sancti tui N. sacrosáncti Chrísmatis unctione delibútum est, pláceat tibi, atque altáre máneat perpétuum; ut quidquid deinceps super illud oblátum sacratúmve fúerit, dignum tibi flat holocáustam; atque ómnium hie offeréntium sacrificia a te pio Dómino benígne suscipíantur, et per ea víncula peccatórum nostrórum absolvántur; máculæ deleántur; veniæ impetréntur; et grátiæ acquirántur: quátenus una cum Sanctis, et Eléctis tuis vitam percípere mereámur ætérnam. Per Christum Dóminum nostrum. Rx Amen

Orémus.

Oratio

**S**úpplices te deprecámur, omnípotens ætérne Deus, per unigénitum Fílium tuum Dóminum nostrum Iesum Christum, ut altáre hoc sanctis úsibus præparatum, cælesti bene ☩ dictiōne sanctífices; et, sicut Melchísedech sacerdótis præcipui oblationem dignatióne mirábili suscepísti, ita impósita huic novo altári múnera, semper accépta ferre dignérис; ut pópulus, qui in hanc Ecclésiæ domum sanctam convéniet, per hæc libámina cælesti sanctificatióne salvátus, animárum quoque suárum salútem perpétuam consequátur. Per eúmdem Christum Dóminum nostrum. Rx Amen.

Subinde scripto declaret ac testetur præfatum altare a se, ordinaria vel delegata auctoritate, rite consecratum, uti tale habendum esse et sub eodem titulo quo ipsum ante exsecrationem gaudebat.

**II**

**Ritus seu formula brevior  
consecrationis altaris**

**quod amisit consecrationem: uti in casu de quo agit  
Codex Jur. Can. in canone 1200, § 2, nn. 1 et 2**

Pontifex, indutus rochetto et stola alba, vel Presbyter ab Ordinario delegatus, indutus superpelliceo et stola alba, accedit versus altare, et loco congruenti stans, benedicit aquam cum sale, cinere et vino, incipiens absolute exorcismum salis.

**E**xorcizo te, creatura salis, in nomine Domini nostri Iesu Christi, qui Apóstolis suis ait: Vos estis sal terrae, et per Apóstolum dicit: Sermo vester semper in gratia sale sit conditus; ut sancti ✕ ficēris ad consecrationem hujus altaris, ad expellendas omnes dämonum tentationes; et omnibus, qui ex te sumpserint, sis animae et corporis tutamentum, sanitas, protectio et confirmatio salutis. Per eumdem Dominum nostrum Iesum Christum Filium tuum, qui venturus est iudicare vivos et mortuos, et saeculum per ignem. Rx. Amen.

Deinde dicit:

V. Dominus vobiscum, Rx. Et cum spiritu tuo.

Orémus.

Oratio

**D**omine Deus, Pater omnipotens, qui hanc gratiam cælitus sali tribuere dignatus es, ut ex illo possint univæsa condiri, quæ hominibus ad escam procreasti, bene ✕ dic hanc creaturam salis, ad effugandum inimicum; et ei salubrem medicinam immitte, ut proficiat sumentibus ad animae et corporis sanitatem. Per Christum Dominum nostrum.

Rx Amen.

Tum procedit absolute ad exorcismum aquæ:

**E**xorcizo te, creatura aquæ, in nomine Dei Patris, et Fili ✕ lli, et Spiritus ✕ Sancti, ut repellas diabolum a termino justorum, ne sit in umbraculis hujus ecclesiæ et altaris. Et tu, Domine Iesu Christe, infunde Spiritum Sanctum in hanc ecclesiam tuam et altare; ut proficiat ad sanitatem corporum animarumque adorantium te, et magnificetur nomen tuum in gentibus: et increduli corde convertantur ad te, et non habeant aliud Deum, praeter te, Dominum solum, qui venturus es judicare vivos et mortuos, et saeculum per ignem. Amen.

Deinde dicit:

V. Domine, exaudi orationem meam.

Rx Et clamor meus ad te veniat.

V. Dominus vobiscum. Rx. Et cum spiritu tuo.

Orémus.

Oratio

**D**omine Deus, Pater omnipotens, statutor omnium elementorum, qui per Iesum Christum Filium tuum Dominum nostrum elementum hoc aquæ in salutem humani generis esse voluisti, te

## Appendix

súpplices deprecámur, ut, exaudítis oratióibus nostris, eam tuæ pietátis aspéctu sancti ✕ fices; atque ita ómnium spirítuum immundórum ab ea recédat incúrsio, ut ubicúmque fúerit in nómíne tuo aspérasa, grátia tuæ benedictiónis advéniat, et mala ómnia, te propitiánte, procul recédant. Per eúmdem Dóminum nostrum Jesum Christum Filium tuum: Qui tecum vivit et regnat Deus, per ómnia sáculórum.

R<sup>✓</sup> Amen.

Tum dicit super cineres:

Benedictio cinerum

V<sup>✓</sup> Dómine, exáudi oratióne meam.

R<sup>✓</sup> Et clamor meus ad te véniat.

V<sup>✓</sup> Dóminus vobíscum. R<sup>✓</sup> Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Oratio

**O**mnipotens sempitérne Deus, parce pœnitentibus, propitiáre supplicántibus, et mítttere dignérís sanctum Angelum tuum de cælis, qui bene ✕ dícat et sancti ✕ fícit hos cíneres, ut sint remédiu salúbre ómnibus, nomen sanctum tuum humíliter implorántibus, ac semetípsos pro consciéntia delictórum suórum accusántibus, ante conspécum divinæ cleméntiæ tuæ facínora sua deplorántibus, vel sereníssimam pietátem tuam supplíciter obníxéque fiagítantibus; et præsta, per invocatióne sanctíssimi nómínis tui, ut quicúmque eos super se aspérserint, pro redemptiōne peccatórum suórum, córporis sanitátem et ánime tutélam percípiant. Per Christum Dóminum nostrum. R<sup>✓</sup> Amen.

Tum accipit sal, et misce cineri in modum crucis, dicens:

**C**ommíxtio salis et cíneris páriter fiat. In nómíne Pa ✕ tris, et Fí ✕ lii, et Spíritus ✕ Sancti.

R<sup>✓</sup> Amen.

Deinde, accipiens pugillum de mixtura salis et cínerum, mittit in aquam in modum crucis, dicens:

**C**ommíxtio salis, cíneris et aquæ páriter fiat. In nómíne Pa ✕ tris, et Fí ✕ lii, et Spíritus ✕ Sancti. R<sup>✓</sup> Amen.

Deinde dicit super vinum:

Benedictio vini

V<sup>✓</sup> Dómine, exáudi oratióne meam.

R<sup>✓</sup> Et clamor meus ad te véniat.

V<sup>✓</sup> Dóminus vobíscum. V<sup>✓</sup> Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Oratio

**D**ómine Iesu Christe, qui in Cana Galilææ ex aqua vinum fecísti, quique es vitis vera, multipliça super nos misericórdiam tuam; et bene ✕ díceret et sancti ✕ fícaré dignérís hanc creatúram vini, ut ubicúmque fusum fúerit, vel aspérsum, divinæ id benedictiónis tuæ opuléntia repleátur, et sanctificétur: Qui cum Patre, et Spíritu Sancto, vivis et regnas Deus, per ómnia sáculórum. R<sup>✓</sup>. Amen.

### De consecratione altarium exsecratorum

Deinde mittit in modum crucis vinum in aquam ipsam, dicens:

**C**ommixtio vini, salis, cíneris et aquæ páriter fiat. In nōmine Pa<sup>†</sup> tris, et Fí<sup>†</sup> lii, et Spíritus<sup>†</sup> Sancti. R<sup>†</sup> Amen.

V<sup>†</sup> Dómine, exáudi oratióne meam.

R<sup>†</sup> Et clamor meus ad te véniat.

V<sup>†</sup> Dóminus vobíscum. V<sup>†</sup> Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Oratio

**O**mnipotens sempitérne Deus, créator et conservátor humáni géneris, et dator grátiæ spirituális ac largítor ætérnæ salútis, emítte Spíritum Sanctum tuum super hoc vinum cum aqua, sale et cínere mixtum; ut armátum cælestis defensióne virtútis, ad consecratiónem hujus altáris tui proficiat. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fíllum tuum: Qui tecum vivit et regnat in unitáte ejúsdem Spíritus Sancti Deus, per ómnia sácula sæculórum.

R<sup>†</sup>. Amen.

Postea cum præmissa aqua benedicta facit maltam, seu cémentum, quod benedicit, dicens:

V<sup>†</sup>. Dóminus vobíscum. R<sup>†</sup>. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Oratio

**S**umme Deus, qui summa et média ímaque custódis, qui omnem creatúram intrínsecus ambiéndo conclúdis, sanctí<sup>†</sup> fica et béne<sup>†</sup> dic has creatúras calcis et sábuli. Per Christum Dóminum nostrum.

R<sup>†</sup>. Amen.

Cémentum benedictum reservatur, et residuum aquæ benedictæ funditur in sacrarium.

Deinde consecrator, accedens ad altare, signat pollice dexteræ manus ex Chrismate confessionem, id est sepulcrum altaris a quo ablatæ sunt Reliquiæ, in quatuor angulis, faciens in singulis signum crucis, et dicens, dum unamquamque crucem facit:

**C**onse<sup>†</sup> crétur, et sancti<sup>†</sup> ficétur hoc sepúlcrum. In nōmine Pa<sup>†</sup> tris et Fí<sup>†</sup> lii, et Spíritus<sup>†</sup> Sancti. Pax huic dómui.

Deinde recondit ibi vasculum cum Reliquiis et aliis in eo inclusis veneranter, atque accipiens lapidem, seu tabulam, qua debet claudi sepulcrum, facit pollice crucem ex Chrismate subtus in medio ejus, dicens:

**C**onse<sup>†</sup> crétur et sancti<sup>†</sup> ficétur hæc tabula (*vel A hic lapis*), per istam unctiónem et Dei benedictiónem. In nōmine Pa<sup>†</sup> tris, et Fí<sup>†</sup> lii, et Spíritus<sup>†</sup> Sancti. Pax tibi.

Et mox, cémento benedicto adhibito, adjuvante, si opus sit, cémentario, ponit et coaptat tabulam, seu lapidem, super sepulcrum, claudens illud, et dicit:

Orémus.

Oratio

**D**eus, qui ex ómnium cohabitatióne Sanctórum, æténum majestáti tuæ condis habitáculum, da ædificatióni tuæ increménta cælestia: et præsta; ut quorum hic Relíquias pio amóre compléctimur, eórum semper méritis adjuvémur. Per Christum Dóminum nostrum. R<sup>†</sup> Amen.

## Appendix

Tunc, cæmentario adjuvante, cum eodem cæmento firmat ipsam tabulam, seu lapidem, super sepulcrum: deinde ipse facit crucem desuper ex Chrismate pollice dexteræ manus, dicens:

**S**igné ✕ tur et sancti ✕ ficétur hoc altáre. In nómine Pa ✕ tris, et Fí ✕ lii et Spíritus ✕ Sancti.  
Pax tibi.

# **DE BENEDICTIONIBUS**

# BENEDICTIONES NON RESERVATÆ

1

# **BENEDICTIO POPULI CUM AQUA BENEDICTA**

**diebus Dominicis impertienda**

Sacerdos celebraturus, indutus pluviali coloris Officio convenientis, accedit ad Altare, et ibi ad gradus cum Ministris genuflexus, etiam Tempore Paschali, accipit a Diacono aspersorium, et primo ter aspergit Altare, deinde se, et erectos Ministros, incipiens Antiphonam: Aspérges me. Et chrous prosequitur: Dómine, hyssópo, etc., ut infra. Interim Celebrans aspergit clerum, deinde populum, dicens submissa voce cum Ministris Psalmum Miserére mei. Deus.

A musical score for a soprano voice. The vocal line starts on a high note (F#) and descends through several half steps. The lyrics "A-spér-ges me, \*" are written below the staff.

Dómine hyssópo, et mundábor: lavábis me, et super niven dealbábor. **Ps 50, 3** Miserére mei, Deus secúndum magnam misericórdiam tuam. **V.** Glória Patri

**Et repetitur Antiphona:** Aspérges me.

Hæc Antiphona prædicto modo dicitur ad aspersionem aquæ benedictæ in Dominicis per totum annum: excepta Dominica de Passione, et Dominica Palmarum, in quibus non dicitur Glória Patri; sed post Psalmum Miserére repetitur immediate Antiphona Aspérges me. Excepto etiam Tempore Paschali, scilicet a Dominica Paschæ usque ad Pentecostem inclusive, quo tempore cantatur sequens:

**Antiphona**

**VIII**

Vi - di      a - quam \*

The image shows musical notation on a four-line staff. The first measure consists of a single note on the top line followed by a short vertical bar. The second measure contains five notes: a short note on the bottom line, a short note on the middle line, a short note on the bottom line, a short note on the middle line, and a short note on the bottom line. The third measure contains three notes: a short note on the middle line, a short note on the bottom line, and a short note on the middle line. The lyrics "Vi - di" are written below the first two measures, and "a - quam \*" are written below the third measure.

egrediéntem de templo, a látere dextero, allelúja: et omnes, ad quos pervénit aqua ista, salvi facti sunt, et dicent: allelúja, allelúja. Ps. 117., 1. Confítémini Dómino, quóniam bonus: quóniam in séculum misericórdia ejus. **V.** Glória Patri.

**Repetitur Antiphona:** Vidi Aquam egrediéntem.

In Dominica vero Trinitatis resumuntur Antophona Aspérges me, Dómine, etc., ut supra.

In die sancto Paschae et Pentecostes, ubi est fons baptismalis, fit aspersio cum aqua pridie benedicta in fonte Baptismi, et ante infusionem Olei et Chrismatis accepta.

Finita Antiphona supradicto modo, Sacerdos qui aspersit aquam, reversus ad Altare, stans ante gradus Altaris junctis manibus dicat:

¶. Ostéende nobis, Dómine misericórdiam tuam (**T.P.** allelúja).

R. Et salutare tuum da nobis (T.P. allelúja).

**V.** Dómine, exáudi orationem meam.

R<sup>v</sup> Et clamor meus ad te véniat

**V** Dóminus vobíscum

R<sup>v</sup> Et cum spiritu tuo.

Orémus.

Oratio

**E**xáudi nos, Dómine sancte, Pater omnípotens, ætérne Deus: et míttere dignéris sanctum Angelum tuum de cælis; qui custódiat, fóveat, prótegat, vísitet, atque défendat omnes habitantes in hoc habitáculo. Per Christum Dóminum nostrum.

**R.** Amen.

2

## BENEDICTIO VINI in Festo S. Joannis Apostoli et Evangelistæ

In Festo sancti Joannis Ap. et Evang., expleta omino Missa majore, hoc est post ultimum Evangelium, Sacerdos, retentis omnibus paramentis, excepto manipulo, vinum a populo oblatum, in memoriam et honorem S. Joannis, qui venenum innocue sumpsit, benedicit hoc modo:

**V.** Adjutorium nostrum in nomine Domini.

**R.** Qui fecit caelum et terram.

**V.** Dóminus vobíscum.

**R.** Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Oratio

**B**ene ✠ dícere et conse ✠ cráre dignéris, Dómine Deus, déxtera tua hunc cálicem vini et cujúslibet potus: et præsta; ut per mérita sancti Joánnis Apóstoli et Evangelístæ, omnes in te credéntes et de cálice isto bibéntes benedicántur, et protegántur. Et sicut beátus Joánnes de calice bibens venénum, illásus omníno permánsit, ita omnes, hac die in honórem beáti Joánnis de cálice isto bibéntes, méritis ipsius ab omni ægritúdine venéni, et nóxiis quibúsvis absolvántur, et córpore ac ánima se offeréntes, ab omni culpa liberéntur. Per Christum Dóminum nostrum. **R.** Amen.

Béne ✠ dic, Dómine, hanc creatúram potus: ut sit remédium salutare ómnibus suméntibus: et præsta per invocatiómem sancti nóminis tui; ut, quicúmque ex eo gustáverint, tam ánime quam córporis sanitátem, te donánte, percípiant. Per Christum Dóminum nostrum. **R.** Amen.

Et benedictio Dei omnipoténtis, Patris, et Fílii, ✠ et Spíritus Sancti, descéndat super hanc creatúram vini, et cujúslibet potus, et máneat semper. **R.** Amen.

Et aspergatur aqua benedicta.

¶Quod si benedictio illa fiat privatim extra Missam, Sacerdos, superpelliceo et stola indutus, eam conficiat modo superius tradito.

3

## ALIA BENEDICTIO VINI In Festo S. Joannis Apostoli et Evangelistæ

In fine Missæ post Evangelium sancti Joannis, In principio erat Verbum, dicitur:

### Psalmus 22

**D**óminus regit me, et nihil mihi déerit: \* in loco pásquæ ibi me collocávit.  
Super aquam refectionis educávit me: \* ániam meam convértit.

Dedúxit me super sémitas justitiæ, \* propter nomen suum.

Nam, et si ambulávero in medio umbræ mortis, non timébo mala: quóniam tu mecum es.

Virga tua, et báculus tuus: \* ipsa me consoláta sunt.

### Alia benedictio vini

Parásti in conspéctu meo mensam, \* advérsus  
eos, qui tríbulant me.  
Impinguásti in óleo caput meum: \* et calix meos  
inébrians quam præclárus est!

Et misericórdia tua subsequétur me\* ómnibus  
diébus vitæ meæ:  
Et ut inhábitem in domo Dómini, \* in  
longitúdinem diérum

Kýrie, élison. Christe, eléison. Kýrie eléison. Pater noster **secreto usque ad**

**V.** Et ne nos indúcas in tentaciónem.

**R.** Sed líbera nos a malo.

**V.** Salvos fac servos tuos.

**R.** Deus meus, sperántes in te.

**V.** Mitte eis, Dómine, auxílum de sancto.

**R.** Et de Sion tuére eos.

**V.** Nihil proficiat inimícus in eis.

**R.** Et filius iniquitátis non appónat nocére eis.

**V.** Et si mortiférum quid bibérint.

**R.** Non eis nocébit.

**V.** Dómine, exáudi oratióne meam.

**R.** Et clamor meus ad te véniat.

**V.** Dóminus vobíscum. **R.** Et cum spíritu tuo.

Orémus.

**Oratio**

**D**ómine sancte, Pater omnípotens, ætére Deus: qui Fílium, tuum tibi coætérnum et consubstantiálem de cælis descéndere, et de sacratíssima Vírgine María in hoc témpore plenitúdinis incarnári temporáliter voluísti, ut ovem pérditam et errántem quáreret, et in húmeris própriis ad ovile reportáret; nec non ut eum, qui in latrónes ícidit, a vúlnerum suórum dolóre, infundens ipsi vinum et óleum, curáret; béne ✕ dic et sanctí ✕ fica hoc vinum: quod de vite in potum hóminum produxísti, et præsta: ut, quisquis in hac sacra solemnitáte de eo súmpserit vel biberit, salútem ánimæ et cörperis consequátur: et si in peregrinatióne fúerit, ab eódem, tua grátia mediánte, confortétur; ut via ejus in omni prosperitatē dirigátur. Per eúmdem Christum Dóminum nostrum. **R.** Amen.

Orémus.

**Oratio**

**D**ómine Jesu Christe, qui te vitem veram, et sanctos Apóstolos tuos pálmites appellári, et de ómnibus te diligéntibus víneam eléctam plantare voluísti; béne ✕ dic hoc vinum, et virtútem ei tuæ benedictiónis infunde: ut, quicúmque ex eo súmpserit vel biberit, intercedénte dilécto discípulo tuo Joánni Apóstolo et Evangelísta, síngulis morbis et venénis pestíferis effugátiis, sanitátem inde cörperis et ánimæ consequátur: Qui vivis et regnas in sǽcula sǽculórum. **R.** Amen.

Orémus.

**Oratio**

**D**eus, qui humáno géneri panem in cibum, et vinem in potum procreásti, ut panis corpus confórtet, et vinum cor hóminis lätificet; quique beáto Joánni prædilécto discípulo tuo tantam grátiam contulísti, ut non solum haustum venéni illæsus eváderet, sed étiam in tua virtúte venéno prostrátos a morte resusquéret: præsta ómnibus hoc vinum bibéntibus, ut spirituálem lätítiam et vitam conséqui mereántur ætéram. Per Dóminum. **R.** Amen.

**Et aspergatur aqua benedicta.**

## Appendix

4

### BENEDICTIO AURI, THURIS ET MYRRHÆ in Festo Epiphaniæ

V. Adjutorium nostrum in nomine Domini.

R. Qui fecit caelum et terram.

V. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

Orémus.

Oratio

**S**uscipe, sancte Pater, a me indigno famulo tuo haec munera, quae in honorem nominis tui sancti, et in titulum omnipotentiæ tuæ majestatis, humiliter tibi offero: sicut suscepisti sacrificium Abel justi, et sicut eadem munera a tribus Magis tibi quondam offerentibus suscepisti.

Exorcizo te, creatura auri, thuris et myrrhae, per Patrem omnipotentem, per Jesum Christum, Filium ejus unigenitum, et per Spiritum Sanctum Paracclitum: ut a te discédat omnis fraus, dolus, et nequitia diaboli, et sis remedium salutare humano generi contra insidias inimici: et quicunque divino freti auxilio te in suis loculis, domibus, aut circa se habuerint, per virtutem et merita Domini et Salvatoris nostri, ac intercessionem ejus sanctissimae Genetricis et Virginis Mariae, ac eorum, qui hodie similibus muneribus Christum Dominum venerati sunt, omniisque Sanctorum, ab omnibus periculis animae et corporis liberentur, et bonis omnibus pérfrui mereantur. R. Amen.

**D**eus invisibilis et interminabilis, pietatem tuam per sanctum et tremendum Filii tui nomen, supplíciter deprecámur: ut in hanc creaturam auri, thuris, et myrrhae bene dictiōnem ac operatiōnem tuae virtutis infundas: ut, qui ea penes se habuerint, ab omni ægritudinis et læsionis incursu tuti sint; et omnes morbos corporis et animae effugiant, nullum dominetur eis periculum, et laeti, ac incolumes tibi in Ecclesia tua deserviant: Qui in Trinitate perfecta vivis et regnas Deus per omnia saecula saeculorum. R. Amen.

Et benedictio Dei omnipotentis, Patris, et Filii, et Spiritus Sancti, descendat super hanc creaturam auri, thuris, et myrrhae, et maneat semper. R. Amen.

Et aspergatur aqua benedicta.

5

### BENEDICTIO CRETÆ in Festo Epiphaniæ

V. Adjutorium nostrum in nomine Domini.

R. Qui fecit caelum et terram.

V. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

**B**ene dic, Domine Deus, creaturam istam cretae: ut sit salutaris humano generi; et praesta per invocationem nominis tui sanctissimi, ut, quicunque ex ea sumpserint, vel ea in domus sue portis scripserint nomina sanctorum tuorum Gasparis, Melchioris et Baltassar, per eorum intercessionem et merita, corporis sanitatem, et animae tutelam percipient. Per Christum Dominum nostrum.

R. Amen.

Et aspergatur aqua benedicta.

## BENEDICTIO DOMORUM in Festo Epiphaniæ

In ingressu: **V.** Pax huic domui  
**R.** Et omnibus habitantibus in ea.

**Antiphona:** Ab Oriénte venérunt Magi in Béthlehem, adoráre Dóminum: et apértis thesáurus suis pretiósas múneras obtulérunt, aurum Regi magno thus Deo vero, myrrham sepulturæ ejus.  
Allelúja.

### Canticum beatæ Mariæ Virginis

Luc. 1, 46-55

**M**agnificat: \* ánima mea Dóminus:  
Et exsultávit spíritus meus: \* in Deo, salutári meo.  
Quia respéxit humilitátem ancíllæ suæ: \* ecce enim ex hoc beátam me dicent omnes generatiónes.  
Quia fecit mihi magna, qui potens est: \* et sanctum nomen ejus.  
Et misericórdia ejus, a progénie in progénies: \* timéntibus eum.

Fecit poténtiam in bráchio suo: \* dispérsit supérbos mente cordis sui.  
Depósuit poténtes de sede: \* et exaltávit húmiles.  
Esuriéntes implévit bonis: \* et dívites dimísit inánes.  
Suscépit Israël púerum suum: \* recordáitus misericórdiæ suæ.  
Sicut locútus est ad patres nostros: \* Abraham, et sémini ejus in sǽcula.  
Glória Patri, et Filio, \* et Spirítui Sancto.  
Sicut erat in princípio, et nunc, et semper, \* et in sǽcula sǽculórum. Amen.

**Interea aspergatur, et incensatur domus, et in fine repetitur Antiphona:** Ab Oriénte venérunt, etc.

Pater noster **secreto usque ad**

**V.** Et ne nos indúcas in tentatiónen.  
**R.** Sed líbera nos a malo.  
**V.** Omnes de Saba vénient.  
**R.** Aurum et thus deferéntes.  
**V.** Dómine, exáudi oratiónen meam.  
**R.** Et clamor meus ad te véniat.  
**V.** Dóminus vobíscum.  
**R.** Et cum spíritu tuo.

Orémus.

**Oratio**

**D**eus, qui hodiérna die Unigénitum tuum Géntibus stella duce revelásti: concéde propítius; ut, qui jam te ex fide cognóvimus, usque ad contemplándam spéciam tuæ celsitúdinis perducámur. Per eúmdem Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum: Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sǽcula sǽculórum. **R.** Amen.

**Responsorium:** Illumináre, illumináre, Jerúsalem, qui venit lux tua: et glória Dómini super te orta est, Jesus Christus ex María Vírgine.

**V.** Et ambulábunt Gentes in lúmine tuo: et reges in splendóre ortus tui.  
**R.** Et glória Dómini super te orta est.

Orémus.

Oratio

**B**éne ✕ dic, Dómine, Deus omnípotens, locum istum (vel domum istam): ut sit in eo (ea) sánitas, cástitas, victóriæ, virtus, humilitas, bónitas, et mansuetúdo, plenitúdo legis, et gratiárum áctio Deo Patri, et Fílio, et Spirítui Sancto; et hæc benedictio máneat super hunc locum (vel hanc domum), et super habitántes in eo (ea). Per Christum Dóminum nostrum. Rx. Amen.

7

## BENEDICTIO CANDELARUM in Festo S. Blasii Episcopi et Martyris

V. Adjutórium nostrum in nómine Dómine.

Rx. Qui fecit cælum et terram.

V. Dóminus vobíscum.

Rx. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Oratio

**O**mnipotens et mitíssime Deus, qui ómnium mundi rerum diversitátes solo verbo creásti et ad hóminum reformatiōnem illud idem Verbum, per quod facta sunt ómnia, incarnári voluísti: qui magnus es et imménsus, terríbilis atque laudábilis, ac fáciens mirabília: pro cuius fidei confessióne gloriósus Martyr et Póntifex Blásius, diversórum tormentórum génera non pavéscens, martyrii palmam felíciter est adéptus: quique eídem, inter céteras grátias, hanc prærogatívam contulísti, ut quoscúmque gútturis morbos tua virtúte curáret; majestátem tuam supplíciter exorámus, ut non inspéctu reátus nostri, sed ejus placátus méritis et précibus, hanc ceræ creatúram bene ✕ dícere ac sancti ✕ ficáre tua venerábili pietáte dignéris, tuam grátiam infúndendo; ut omnes, quorum colla per eam ex bona fide tacta fúerint, a quocúmque gútturis morbo, ipsíus passiónis méritis, liberéntur, et in Ecclésia sancta tua sani et hílares tibi gratiárum réferant actiōnes, laudéntque nomen tuum gloriósum, quod est benedictum in sǽcula sǽculorum. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sǽcula sǽculorum. Rx. Amen.

Et aspergantur aqua benedicta.

Deinde Sacerdos duos cereos, in modum crucis aptatos, apponit sub mento gutturi singulorum, qui benedicendi sunt, ipsis ante Altare genuflectentibus, dicens:

Per intercessiónem sancti Blásii, Epíscopi et Mártyris, líberet te Deus a malo gútturis, et a quólibet álio malo. In nómine Patris, et Fílii, ✕ et Spíritus Sancti. Rx. Amen.

**BENEDICTIO PANIS, VINI, AQUÆ ET FRUCTUUM  
contra gutteris ægritudinum  
in Festo S. Blasii Episcopi et Martyris**

(Approbata a S.R.C. die 25 Sept. 1883)

℣. Adjutórium nostrum in nómine Dómine.

℟. Qui fecit cælum et terram.

℣. Dóminus vobíscum.

℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Oratio

**S**alvátor mundi Deus, qui hodiénam diem beatíssimi Blásii martýrio consecrásti, quique eídem inter céteras grárias, hanc prærogatívam contulísti, ut, quoscúmque gútturis morbos tua virtúte curáret: ineffabilem misericórdiam tuam supplíciter exorámus, et pétimus; ut hos panes, vinum, aquam, et fructus, quæ plebs fidélis tibi devóte hódie ad sanctificándum áttulit, tua pietáte bene ✕ dícere et sancti ✕ ficáre dignérис: ut, qui ex his gustáverint, ab omni gútturis plaga, et quavis ália ánimæ et córporis infirmitáte, méritis et intercessióne ejúsdem beáti Blásii Mártyris tui atque Pontíficis, plenam recípiant sanitátem: Qui vivis et regnas Deus in sǽcula sǽculórum. ℟. Amen.  
Et aspergantur aqua benedicta.

**BENEDICTIO CRUCIUM  
in agris, vineis, etc., plantandarum  
quæ fit in Festo Inventionis S. Crucis  
vel Dominica proxima**

(Approbata a S.R.C. die 10 Febr. 1888)

℣. Adjutórium nostrum in nómine Dómine.

℟. Qui fecit cælum et terram.

℣. Dóminus vobíscum.

℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Oratio

**O**mnípotens sempítérne Deus, Pater totíus consolatiónis et pietátis, per Unigéniti Fílli tui Dómini nostri Jesu Christi acerbíssime Passiónis méritum, quam pro nobis peccatóribus in ligno Crucis sustinére dignátus est: bénē ✕ dic has Cruces, quas tui fidéles in hortis, víneis, agris, aliísve locis plantáandas áfferunt, ut a prædiis quibus defixaे fúerint, fragor absit grándinum, procélla túrbinum, ímpetus tempestátum, et omnis infestatio inimíci: quátenus eórum fructus ad maturitatétem perdúcti, in tui nómínis honórem colligántur a sperántibus in virtúte sanctæ Crucis ejúsdem Fílli tui, Dómini nostri Jesu Christi, Qui tecum vivit et regnat in sǽcula sǽculórum. ℟. Amen.

Et aspergantur aqua benedicta.

## BENEDICTIO ROGI

quæ fit a Clero extra ecclesiam  
in Vigilia S. Joannis Baptistæ

V. Adjutórium nostrum in nómine Dómine.

R. Qui fecit cælum et terram.

V. Dóminus vobíscum.

R. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Oratio.

Dómine Deus, Pater omnípotens, lumen indeficiens, qui es cónditor ómnium lúminum: novum hunc ignem sanctí ✕ fica, et præsta; ut ad te, qui es lumen indeficiens, puris méntibus post hujus sǽculi caliginem pervenire valeámus. Per Christum Dóminum nostrum. R. Amen.

Et aspergantur aqua benedicta. Deinde a Clero cantetur sequens hymnus:

1. Ut que - ant la - xis re - so - ná - re fi - bris Mi - ra  
ge - stó - rum fá - mu - li tu - ó - rum, Sol - ve pol - lú - ti  
lá - bi - i re - á - tum, Sanc - te Jo - án - nes.

2. Nún - ti - us cel - so vé - ni - ens O - lým - po, Te  
pa - tri mag - num fo - re na - sci - tú - rum. No - men,  
et vi - tæ sé - ri - em ge - rén - dæ Or - di - ne pro - mit.

3. Il - le pro - mis - si dú - bi - us su - pér - ni, Pér - di - dit  
promptæ mó - du - los lo - qué - læ: Sed re - for - má - sti  
gé - ni - tus per - émp - tæ Or - ga - na vo - cis.

Benedictio Rogis

4. Ven-tris obstrú-so ré-cu-bans cu-bí-li Sén-se-ras  
Re - gem thá - la - mo ma - nén - tem: Hinc pa - rens  
na - ti mé - ri - tis u - té - r - que Ab-di - ta pan - dit.

5. Sit de - cus Pa - tri, ge - ni - tæ - que Pro - li, Et  
ti - bi, com-par u - tri - úsque vir-tus, Spí - ri - tus  
sem-per, De - us u-nus, om-ni Tém-po - ris æ - vo.

A - men.

V. Fuit homo missus a Deo.

R. Cui nomen erat Joánnes

Orémus.

Oratio

D<sup>e</sup>us, qui præséntem diem honorábilem nobis in beáti Joánnis nativitáte fecísti: da pópulis tuis spirituálium grátiam gaudiórum; et ómnium fidélium mentes dirige in viam salútis ætérná. Per Christum Dóminum nostrum. R. Amen.

**BENEDICTIO HERBARUM**  
**in Festo Assumptionis B. Mariæ V.**

Absoluta aspersione si Festum venerit in Dominica, alioquin immediate ante Missam, Sacerdos stans ante altare, conversus ad populum tenentem habeas vel fructus, dicit voce intelligibili:

**V.** Adjutórium nostrum in nómine Dómini.

**R.** Qui fecit cælum et terram.

**Psalmus 64**

**T**e decet hymnus Deus, in Sion:<sup>\*</sup> et tibi reddéatur votum in Jerúsalem.

Exáudi oratióne meam:<sup>\*</sup>ad te omnis caro véniet.

Verba iniquórum prævaluérunt super nos:<sup>\*</sup> et impiétibus nostris tu propitiáberis.

Beátus, quem elegísti, et assumpsísti:<sup>\*</sup> inhabitábit in átriis tuis.

Replébimur in bonis domus tuæ:<sup>\*</sup> sanctum est templum tuum, mirábile in æquitáte.

Exáudi nos, Deus salutáris noster,<sup>\*</sup> spes ómnium finium terræ et in mari longe.

Præparans montes in virtúte tua, accíngetus poténtia:<sup>\*</sup>qui contúrbas profundum maris, sonum flúctuum ejus.

**V.** Dóminus dabit benignitátem.

**R.** Et terra nostra dabit fructum suum.

**V.** Rigans montes de superióribus suis.

**R.** De fructum óperum tuórum satiábitur terra.

**V.** Prodúcens fænum juméntis.

**R.** Et herbam servitúti hominum

**V.** Ut edúcas panem de terra.

**R.** Et vinum lætíficet cor hominis.

**V.** Ut exhílearet fáciem in óleo.

**R.** Et panis cor hóminis confírmet.

**V.** Misit verbum suum, et sanávit eos.

**R.** Et erípuit eos de ómnibus interítionibus eórum.

**V.** Dómine, exáudi oratióne meam.

**R.** Et clamor meus ad te véniat.

**V.** Dóminus vobíscum.

**R.** Et cum spíritu tuo.

Orémus.

**Oratio**

**O**mnipotens sempiterne Deus, qui cælum, terram, mare, visibília et invisibília verbo tuo ex

## Appendix

níhilo creásti, quiqe herbas arborésque ad usus hóminum animaliúmque terram gígnere, et unumquódque juxta seméntem in semetípso fructum habére præcepísti; atque non solum ut herbæ animántibus ad victum, sed ægris étiam corpóribus prodéssent ad medicaméntum, tua ineffábili pietáte concessísti: te súpplici mente et ore deprecámur ut has divérsi géneris herbas et fructus tua cleméntia bene ✕ dicas et, supra naturálem a te índitam virtútem, eis benedictiónis tuæ novæ grátiam infúndas ut, ad usum homínibus et juméntis in nómine tuo applicátæ, ómnium morbórum et adversitátum efficiántur præsídium. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum: qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sǽcula sǽculórum. ✕ Amen.

Orémus.

Oratio

**D**eus, qui per Móysen fámulum tuum mundásti filiis Isræl ut manípulos novúrum fructúum benedicéndos deférrent ad sacerdótes, tolleréntque fructus arbóris pulchérrimæ, et læteréntur coram te Dómino Deo suo: adésto propítius invocatióibus nostris, et infúndæ tuæ bene ✕ dictiónis abundántiam super nos et super manípulos novárum frugum, novárum herbárum et fructuum collectiónem, quæ cum gratiárium actiōne tibi repræsentámus et in nómine tuo in hac solemnitáte bene ✕ dícamus; et concéde ut homínibus, pecóribus pecúdibus et juméntis contra morbos, pestes, úlcera, maleficia, incantatiónes, veneficia serpéntem et aliórum venenosórum animálium et bestiárum morsus necnon quæcúmque venéna remédium præstent; atque diabólicas illusiónes et machinatiónes et fraudes tutámen ferant, in quocúmque loco pósitum vel portátum aut hábitum áliquid ex eis fúerit: quátenus cum manípulis bonórum óperum, méritis beatæ Maríæ Vírginis, cuius Assumptiónis festum cólimus, quo ipsa assúmpta est súscipi mereámur. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum: Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sǽcula sǽculórum. ✕ Amen.

Orémus.

Oratio

**D**eus, qui virgam Jesse, Genetrícem Fílli tui Dómini nostri Jesu Christi, hodiérna die ad cælórum fastígia ídeo evexísti ut per ejus suffrágia et patrocínia fructum ventris illíus, eúndem Fílium tuum, mortalitáti nostræ communicáres: te súpplices exorámus, ut ejúsdem Fílli tui virtúte ejúsque Genetrícis glorióso patrocíno, istórum terræ fructuum præsidiis per temporálem ad ætérnam salútem disponámur. Per eúndem Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum: Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sǽcula sǽculórum. ✕ Amen.

Et benedictio Dei Omnipoténtis, Patris, et Fílli, ✕ et Spíritus Sancti, descéndat super has creatúras et máneat semper. ✕ Amen.

Et aspergantur aqua benedicta et thurificantur.

**BENEDICTIO SEMINUM ET SEGETUM  
in Festo Nativitatis B. Mariæ Virg.**

V. Adjutórium nostrum in nōmine Dómine.

R. Qui fecit cælum et terram.

V. Dóminus vobíscum.

R. Et cum spíitu tuo.

Orémus.

Oratio

**D**ómine sancte, Pater omnípotens, sempitérne Deus: pétimus ac rogámus, ut hos fructus ségetum ac séminum tuis serénis óculis, hilaríque vultu aspícere dignérис: et sicut testátus es Móysi fámulo tuo in terra Ægypti, dicens: Dic fíliis Israël, cum ingréssi fúerint terram promissiónis, quam eis dabo, ut primítias fructuum suórum ófferant sacerdótibus, et erunt benedícti; sic et nos rogámus te, Dómine, ut per auxílium misericórdiæ tuæ emíttas super hunc fructum ségetum déxteræ tuæ bene ✕ dictiόnem, quem ad exhibéndum proférre dignérис, ut non súbruat grando, nec áëris inundátiо extérminet, sed semper incólumis permáneat, propter usum animárum et córporum, et ad bene abundántem et pleníssimam maturitátem perdúcere dignérис: Qui in Trinitáte perfécta vivis et regnas in sǽcula sǽculórum. R. Amen.

Orémus.

Oratio

**O**mnipotens sempitérne Deus, cælestis verbi seminátor et cultor, qui nostri cordis áream spiritálibus rastris exérces: adésto propítius précibus nostris, et super agros, quibus si fúerint sémina ínsita, tuam largam benedictiόnem infúnde, ac ab eis omnem vim procellárum grátia tuæ defensiόnis avérte; ut omnis hic fructus et tua bene ✕ dictiόne repleátur, et ad hórræ sine impediménto pervéniat. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum: Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sǽcula sǽculórum. R. Amen.

Et aspergantur aqua benedicta, et, si fieri potest, thurifícentur.

**BENEDICTIO INSTRUMENTORUM ORGANI  
in Ecclesia**

V. Adjutórium nostrum in nōmine Dómini.

R. Qui fecit cælum et terram.

V. Dóminus vobíscum.

R. Et cum spíitu tuo.

**Psalmus 150**

**L**audáte Dóminum in sanctis ejus: laudáte eum in firmaménto virtútis ejus.

Laudáte eum in virtútibus ejus: laudáte eum secúndum multitúdinem magnitúdinis ejus.

Laudáte eum in sono tubæ: laudáte eum in psaltério et cíthara.

Laudáte eum in týmpano, et choro: laudáte eum in cordis, et órgano.

Laudáte eum in cýmbalis benesonántibus: laudáte eum in cýmbalis jubilatiόnis: omnis spíritus laudet Dóminum.

Glória Patri.

Sicut erat.

## Appendix

℣. Laudáte Dóminum in týmpano et choro.

℟. Laudáte eum in chordis et órgano.

℣. Dóminus vobíscum.

℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Oratio

**D**EUS, qui per Móysen fámulam tuum tubas ad canéndum super sacrificiis, nómini tuo offeréndis, fáceré præcepísti, quique per filios Isræl in tubis et cýmbalis laudem tui nóminis decantári voluísti: béne ✕ dic, quásimus, hoc instruméntum órgani, cútui tuo dedicátum; et præsta, ut fidéles tui in cánticis spirituálibus jubilántes in terris, ad gáudia ætérrna perveníre mereántur in cælis. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum: Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sácula sáculórum. **℟.** Amen.

Et aspergatur aqua benedicta.

14

## BENEDICTIO VEXILLI PROCESSIONALIS cujuslibet Societas

℣. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.

℟. Qui fecit cælum et terram.

℣. Dóminus vobíscum.

℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Oratio

**D**ómine Jesu Christe, cujus Ecclésia est véluti castórum ácies ordináta: béne ✕ dic hoc vexíllum; ut omnes sub eo tibi Dómino Deo exercítuum militántes per intercessiónem beáti N. (vel beátae N.) inimícos suos visibíles et invisibíles in hoc sǽculo superáre, et post victóriam in cælis triumpháre mereántur. Per te, Jesu Christe: Qui vivis et regnas cum Deo Patre et Spíritu Sancto, in sácula sáculórum. **℟.** Amen.

Et aspergatur aqua benedicta.

15

## BENEDICTIO METALLI PRO CAMPANA dum ære conflatur

℣. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.

℟. Qui fecit cælum et terram.

℣. Dóminus vobíscum.

℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Oratio

**D**ómine Deus omnípotens, qui creatúris étiam inanimátis hunc honórem tríbus, ut ad cultum tuum destinentur: tuam, quaesumus, bene ✕ dictionem effunde super hoc metallum; et praesta, ut, cum jam in rivulos ignitos profluet, tua dirigente gratia, apte et convenienter disponatur ad efformandum tintinnabulum, quo (efformanda tintinnabula, quibus) fideles ad laudem et gloriam nominis tui in ecclesia congregentur. Per Christum Dominum nostrum. **℟.** Amen.

Et aspergatur aqua benedicta.

### Benedictio oratorii

Postquam autem feliciter completum fuerit opus, Sacerdos dicit:

### **Psalmus 116**

**L**audáte Dóminum omnes Gentes: \* laudáte eum, omnes pópuli

Quóniam confirmáta est super nos misericórdia ejus: \* et véritas Dómini manet in æténum. Glória Parti.

Postea adjungit Orationem sequentem:

Orémus.

Oratio

**A**ctiónes nostraras, quásumus, Dómine, aspirándo præveni, et adjuvándo proséquere: ut cuncta nostra orátio et operátio a te semper incípiat, et per te cœpta finiátur. Per Christum Dóminum nostrum. **R**. Amen.

16

## BENEDICTIO ORATORII PRIVATI SEU DOMESTICI

**V**. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.

**R**. Qui fecit cælum et terram.

**V**. Dóminus vobíscum.

**R**. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Oratio

**D**eus, qui loca nómini tuo dicánda sanctíficas, effúnde super hanc oratiónis domum grátiam tuam: ut ab ómnibus hic nomen tuum invocántibus auxílium tuæ misericórdiæ sentiátur. Per Dóminum. **R**. Amen.

Et aspergatur aqua benedicta.

17

## BENEDICTIO OFFICINÆ LIBRARIAE ET MACHINÆ TYPOGRAPHICÆ

(Approbata a S.R.C. Die 12 Maii 1909)

Sacerdos stans ad valvas, dicit:

**A**ctiónes nostraras, quásumus, Dómine, aspirándo præveni, et adjuvándo proséquere: ut cuncta nostra orátio et operátio a te semper incípiat, et per ter cœpta finiátur. Per Christum Dóminum nostrum. **R**. Amen.

Ingrediens dicit:

**V**. Pax huic dómui.

**R**. Et ómnibus habitántibus in ea.

Deinde dicens Antiphonam Aspérges me, Dómine, etc., varias officinæ partes aqua benedicta aspergit, usquedum perveniat ad aulam principalem ejusdem, ubi sistit et dicit:

## Appendix

℣. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.

℟. Qui fecit cælum et terram.

℣. Dóminus vobíscum.

℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Oratio

**D**ómine Jesu Christe, qui dixísti discípulis tuis: In quamcúmque domum intravéritis, salúte eum, dicéntes: pax huic dómui: véniat, quæsumus, pax illa super hanc domum et officínam ad libros impriméndos (evulgándos) præparátam, et super omnes degéntes in ea; et cunctos, Dómine, in ea laborántes ab omni calamítate ánimæ et cóporis erípere et liberáre dignérис; reple scriptóres , rectóres ,et operários spíritu sciéntiæ, consílii et fortítudines, et adímples eos spíritu timóris tui, ut mandáta Ecclésiæ fidéliter custodiéntes, tibi digne et próximo suo saluáriter váleant inservíre. Béne ✕ dic ergo, bone Jesu, qui es via, véritas et vita, hunc locum, et præsta, ut omnes illum inhabitantes, intercedénte gloriósa et immaculáta Vírgine matre tua María, ad imarrcescibilem glóriæ corónam felíciter pervéniant: Qui vivis et regnas Deus per ómnia sǽcula sǽculórum.

℟. Amen.

Deinde benedicit instrumenta et machinas, dicens:

Orémus.

Oratio

**D**ómine Deus, única fons scientiárum, qui hóminum ingénium ita illumináre dignátus es, et nova artificiosa instruménta invenírent ad páginas typis scribéndas; béne ✕ dic, quæsumus has máchinas (hanc máchinam), ut per libros ad utilitátem nostram prodeúntes nihill áliud te opitulánte discámus, præter sciéntiam tuam, quæ vere ducit ad vitam. Per Christum Dóminum nostrum.

℟. Amen.

Et aspergatur aqua benedicta. Finita aspersione, Sacerdos dicit:

℣. Dóminus vobíscum.

℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Oratio

**E**xáudi nos, Dómine sancte, Pater omnipotens, ætérne Deus: et mittere digneris sanctum Angelum tuum de cælis, qui custodiat, foveat, protegat, visitet atque defendat omnes in hac domo habitantes. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Si benedicenda sit tantum officina libraria, ommititur secunda oratio cum aspoersione pro instrumentis et machinis. Quando autem benedicenda sint solummodo instrumenta vel machinae, præmissis versiculis: Adjutórium nostrum, etc., et Dóminus vobiscum, etc., adhibetur tantum secunda Oratio cum aspersione.

Benedictio bibliothecæ, archivi, domus scholaris

18

BENEDICTIO BIBLIOTHECHÆ

(Approbata a S.R.C., die 23 Julii 1924)

V. Adjutórium nostrum in nōmine Dómini.

R. Qui fecit cælum et terram.

V. Dóminus vobíscum.

R. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Oratio

**D**eus scientiarum Dóminus, bene ✕ dictióinem tuam super hanc bibliothécam benígnus infúnde; ut ipsa ad incéndiis aliisque periculis tuta consístat, et in dies congruenter augeáatur, et omnes qui vel officii vel studiorum ratióne huc convéniant, in divinárum humanarúmque rerum sciéntia tuíque párter dilectione proficiant. Per Christum Dóminum nostrum. R. Amen.

Et aspergatur aqua benedicta.

19

BENEDICTIO ARCHIVI

(Approbata a S.R.C. Die 23 Julii 1924)

V. Adjutórium nostrum in nōmine Dómini.

R. Qui fecit cælum et terram.

V. Dóminus vobíscum.

R. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Oratio

**D**eus veritatis et justitiæ amátor, super hoc archívum, rerum gestárum docúmentis juriúmque instruméntis a téporum hominúmque injúra servándis constrúctum, bene ✕ dictióinem tuam benígnus infúnde; ut ab incéndiis aliisque tutum consístat, et omnes qui huc studiorum ratióne convéniant, veritati et justitiæ hauriéndæ fidéliter incúmbant, in tuíque dilectione proficiant. Per Christum Dóminum nostrum. R. Amen.

Et aspergatur aqua benedicta.

20

BENEDICTIO DOMUS SCHOLARIS

Sacerdos ingrediens aspergat cubicula aqua benedicta, dicens:

V. Pax huic dómui.

R. Et ómnibus habitántibus in ea.

V. Adjutórium nostrum in nōmine Dómini.

R. Qui fecit cælum et terram.

V. Dóminus vobíscum.

R. Et cum spíritu tuo.

Orémus

Oratio

**D**ómine Iesu Christe, qui Apóstolis tuis præcepísti, ut, in quæcúmque domum intrárent, pacem

## Appendix

illi adprecaréntur, sanctí ✕ fica, quæsumus, per ministérium nostrum hanc domum pueris (*vel* puillis) educándis destinátam; effunde super eam tuæ bene ✕ dictiónis et pacis abundántiam, fiat eis salus, sicut dómui Zachæi, te intránte, facta est; manda Angelis tuis, ut eam custódiant, et ab ea omnem inimici repéllant potestátem; reple docéntes in ea spíritu sciéntiæ, sapiéntiæ et timórí tui; discéntes cælesti grátia fove, ut, quæ salutáriter edocéntur, intellectu cápiant, corde retíneant, ópere exsequántur; atque omnes habitóres ejus virtútum ómnium opéribus tibi pláceant, ut in æternam domum in cælis aliquándo rícipi mereántur. Per te, Jesu Christe, Salvátor mundi, qui vivis et regnas Deus in sǽculórum. Rx. Amen.

21

## ALIA BENEDICTIO DOMUS SCHOLARIS

Die Dominicali vel festiva, a Parocho et Patrono constituta et rite promulgata, Officians et qui adsunt Sacerdotes et Ministri, in domo parœciali, vel, si in loco, ubi schola benedicenda sit, domus parœcialis non adsit, in aliqua alia decenti domo, paramentis coloris aibi induti, omnibus bene paratis, hora statuta, præcedente scholari juventute cum vexillo suo, choro et Crucifero cum Cruce, et sequente Patrono vel ejus commissario, cum reliquis fidelibus ad hanc solemnilatem invitatis, bono ordine in solemni processione, sub pulsu campanarum et cantu Litaniarum ad omnes Sanctos vel piorum Hymnorum, ex domo parœciali in ecclesiam se conferunt, ubi Officians, ad aram majorem in infimo gradu genuflexus, tono consueto intonat Hymnum Véni Crátor Spiritus, quem chorus prosequitur. Quod si nulla ecclesia sit in loco, Hymnus præfatus cum subsequentibus ¶. et Orationibus dicatur in domo, e qua egrediuntur.

### Hymnus

VIII

1. Ve-ni, Cre - á-tor Spí-ri-tus, Men-tes tu - órum  
ví - si - ta, Imple su-pérna grá-ti - a, Quæ tu cre -  
á-sti péc-to-ra. 2. Qui dí - ce - ris Pa-rá - cli - tus,  
Al-tís-si-mi do - num De - i, Fons vi - vus, ig - nis,  
cá-ri-tas, Et spi - ri tá - lis únc - ti - o. 3. Tu sep - ti -  
fór - mis mú - ne-re, Dí - gi - tus Pa-tér - næ déx - te - ræ,  
Tu ri - te pro - mis - sum Pa-tris, Ser-mó - ne di - tans

Alia benedictio domus scholaris

gút-tu-ra. 4. Accén-de lu-men sén-si-bus, In-fún-de  
a-mó-rem cór-di-bus, In-fíрма nostri cór-po-ris  
Vir-tú-te firmans pér-pe-ti. 5. Ho-stem re-pél-las  
lón-gi - us, Pa-cémque do-nes pró-ti-nus: Duc-tó-re  
sic te præ-vi - o, Vi-té-mus om-ne nō-xi - um.  
6. Per te sci - á-mus da Pa-trem, Noscá-mus atque  
Fí - li - um: Te-que u - tri - ús-que Spí - ri - tum Cre-  
dá-mus om-ni tém-po - re. 7. De - o Pa - tri sit  
gló-ri - a, Et Fí - li - o, qui a mórtu - is Sur-ré - xit,  
ac Pa - rá - cli - to, In sæ - cu - ló - rum sæ - cu - la.  
A - men.

## Appendix

Hoc finito, cantatur:

℣. Kýrie, éleison.

℟. Christe, éleison.

℣. Kýrie, éleison.

Pater noster secreto usque ad

℣. Et ne nos indúcas in tentatióne.

℟. Sed líbera nos a malo.

℣. Dómine, exáudi oratióne meam.

℟. Et clamor meus ad te véniat.

℣. Dóminus vobíscum.

℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Oratio

**D**eus, qui corda fidélium Sancti Spíritus illustratióne docuísti: da nobis in eódem Spíritu recta sápere, et de ejus semper consolatióne gaudére.

**D**eus, cui omne cor patet, et omnis volúntas lóquitur, et quem nullum latet secrétum: purífica per infusióne Sancti Spíritus cogitatiónes cordis nostri: ut hanc nostram benedictiónem digne perficere, et tuis fidélibus perínde optátam salútem procuráre valeámus.

**A**ctiόnes nostraras, quæsumus, Dómine, aspirándo præveni, et adjuvándo proséquere: ut cuncta nostra orálio et operálio a te semper incípiat, et per te cœpta finiátur. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sǽcula sǽculórum. **℟.** Amen.

℣. Sínite párvulos veníre ad me.

℟. Tálum est enim regnum cælórum.

Orémus.

Oratio

**O**mnipotens sempítérne Deus, te supplíciter deprecámur, ut respicere dignérís super infántulos tuos: infúnde in corda eórum grátiam Spíritus Sancti: ut per eúmdem illumináti et edócti, sciant quid accéptum sit coram te omni témpore, et proficiant sapiéntia, ætate et grátia. Per Christum Dóminum nostrum.

℟. Amen.

℣. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.

℟. Qui fecit cælum et terram.

**Diaconus:** **℣.** Procedámus in pace.

℟. In nómine Christi. Amen.

Nunc Officians in processione solemni, sub cantu scholans juventutis et pulsu campanarum, vadit ad scholam benedicendam. Quo cum pervenerit, stans ante januam exteriorem, cantat solus:

℣. Pax huic dómui.

℟. Et ómnibus habitántibus in ea.

Tunc intonat Antiphonam Aspérges me

### Alia benedictio domus scholaris

Et chorus prosequitur tono Psalmi:

Dómine, hyssópo, et mundábor: lavábis me, et super nivem dealbábor.  
Miserére mei, Deus, secúndum magnam misericórdiam tuam.

Glória Patri, et Fílio, et Spíritui Sancto.

Sicut erat in princípio, et nunc, et semper: et in sácula sáculórum. **R.** Amen.

**Deinde repetitur Antiph.** Aspérges me, Dómine, hyssópo, et mundábor: lavábis me, et super nivem dealbábor.

Interim dum hæc cantantur, Officians aspergit parietes exteriores, saltem in anteriori parte, aqua benedicta.

His finitis, cantat:

**V.** Dóminus vobíscum.

**R.** Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Oratio

**O**mnipotens et misericors Deus, qui sacerdótibus tuis tantam præ céteris grátiam contulísti, ut, quidquid in tuo nómine digne, perfectéque ab iis ágitur, a te fieri credátur: quæsumus imménsam cleméntiam tuam: ut, quidquid modo visitatúri sumus, vísites, et, quidquid benedictúri sumus, bene **X** dicás, sitque ad nostræ humilitátis introítum. Sanctórum tuórum méritis, fuga inimíci, Angeli pacis ingréssus.

**D**ómine sancte, Pater omnípotens, per intercessiónem sanctórum Ignátii et Aloísii bene **X** dic domum istam, béne **X** dic introítum nostrum, béne **X** dic ingréssum pedum nostrórum: sicut dignátus es domum Patriarchárum Abraham, Isaac et Jacob benedícere. Per Christum Dóminum nostrum. **R.** Amen.

Nunc sequitur ingressus, Officians intrando amplius scholæ cubiculum, cantat:

**V.** Pax huic dómui.

Chorus respondet:

**R.** Et ómnibus habitántibus in ea.

Progrediens cum Clero et choro ad mensam linteo albo tectam, in qua inter duos cereos accensos Crucifixi imago est posita, cantat:

**V.** Adjutórium nostrum in nómine Dómini.

**R.** Qui fecit cælum et terram.

**V.** Dóminus vobíscum.

**R.** Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Oratio

**E**xaudi nos, Dómine sancte, Pater omnípotens, ætérne Deus: et míttere dignéris sanctum Angelum tuum de cælis, qui custódiat, fóveat, prótegat, vísitet, atque deféndat omnes habitántes, docéntes et discéntes in hoc habitáculo. Per Christum Dóminum nostrum.

**R.** Amen.

Orémus.

Oratio

**D**ómine Jesu Christe, qui discípulis tuis dixísti: In quamcúmque domum intravéritis, salutáte eam, dicéntes: Pax huic dómui; véniat, quæsumus, pax ilia super hanc domum, instituéndæ juventuti destinátam, et super omnes habitántes, docéntes et discéntes in ea; et eos, Dómine, ab omni infirmitáte erípere et liberáre dignérí: reple docéntes in ea spíritu sciéntiæ, sapiéntiæ, et timórí tui: reple discéntes in ea grácia tua, ut, quæ salutáriter et utiliter edocéntur, intellectu cárpiant, corde retíneant, ópere exsequántur, et in ómnibus nomen tuum honorificéntur. Ad intróitum ergo nostrum bene ✕ dícere, et sancti ✕ ficáre dignérí hanc scholam, et intra paríetes domus istius Angeli tuæ lucis hábitent, eámque et in ea habitántes, docéntes et discéntes custódiant: Qui vivis et regnas in sǽcula sǽculórum.

Rx. Amen.

Postea Officians intonat Antiphonam: Aspérges me, et chorus prosequitur, ut supra, pag. 329. Interim fit aspersio cubiculi aqua benedicta. Reversus ad mensam, Officians imponit thus in thuribulum et benedicit illud, dicens:

Per intercessiónem sancti Michaélis Archángeli, stantis a dextris altáris incénsi, et ómnium sanctórum Angelórum, incénsum istud dignérí, Dómine, bene ✕ dícere, et in odórem suavitatis accípere. Per Christum Dóminum nostrum, Rx. Amen.

**Antiph. VII d**

In-cén-sum i-stud, \* a te be-ne-díc-tum,  
 a-scén-dat ad te, Dó-mi-ne: et de-scén-dat  
 su-per nos mi-se-ri-cór-di-a tu-a.

Hoc dicto, Officians sumit thuribulum et incensat cubiculum, choro cantante tono Psalmi :

**Psalmus 140, 2-4**

Di-ri-gá-tur, Dó-mi-ne, o-rá-ti-o me-a, sic-ut  
 in-cénsum in conspéc-tu tu-o: \* e-le-vá-ti-o  
 má-nu-um me-á-rum sa-cri-fí-ci-um ve-sper-tí-num.

### Benedictio Solemnior Domus Scholaris

Pone, Dómine, custódiam ori meo: \* et óstium circumstántiæ lábiis meis. Glória Patri.  
Non declínet cor meum in verba malítiaæ \* ad excusáandas excusatiónes in peccátis. Sicut erat in princípio.

Incensatione peracta, Officians, stans coram imagine Crucifixi,cantat:

V. Dóminus vobíscum.  
R. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Oratio

**V**ísita, quásumus, Dómine, habitatióne istam, et omnes insídias inimíci ab ea longe repélle:  
Angeli tui sancti hábitent in ea, qui omnes hic habitántes, docéntes et discéntes in pace custódiant,et benedíctio tua super illos sit semper.

**B**éne ✕ dic, Dómine, domum istam, ut sit ibi sánitas, sánctitas, virtus et glória, humilitas, bónitas, mansuetúdo, lénitas, docíltas, et plenitúdo legis, obediéntia et gratiárum áctio Deo Patri, et Fílio, et Spíritui Sancto. Et hæc benedíctio sit super hanc domum et locum istum: atque super omnes habitántes, docéntes et discéntes in eo descéndat septifórmis grátia Spíritus Sancti. Per eúmdem Christum Dóminum nostrum.

R. Amen.

Officians tunc affigit sanctam Crucem in loco apto cubiculi,dicendo:

**S**ignum salútis impóne, Dómine, super hanc domum: et non permíttas introíre in eam ángelum percutiéntem. In nómine Patris, et Fílii, ✕ et Spíritus Sancti. R. Amen.

Versus Crucem:

Orémus.

Oratio

**O**mnipotens, sempitérne Deus, qui in omni loco dominatiónis tuæ totus assístis, solus operáris: adésto supplicatióibus nostris, ut hujus domus sis protéctor, et nulla hic nequítia contráriæ potestátis obsístat; sed in virtúte sanctæ Crucis et operatióne Spíritus Sancti fiat tibi hic purum servítium, et devóta libértas exsístat. Per Christum Dóminum nostrum. R. Amen.

Orémus.

Oratio

**A**désto nobis, Dómine, Deus noster: et eos, qui in sanctæ Crucis præsídio confidunt, perpétuis defénde auxíliis. Per Christum Dóminum nostrum. R. Amen.

Tandem Officians benedicit cubiculo et omnibus præsentibus manu dextera, formans signum crucis, et dicens:

**B**enedíctio Dei omnipoténtis, Patris, et Fílii, ✕ et Spíritus Sancti,descéndat super hanc domum, super omnes habitantes,docentes et discentes in ea, super nos omnes, et máneat semper. R. Amen.  
His finitis, sub cantu juventutis et pulsu campanarum processionaliter fit reditus in ecclesiam statute ordine,ubi celebratur Missa conveniens Officio diei.

## BENEDICTIO PRIMARII LAPIDIS ÆDIFICII

V. Adjutórium nostrum in nōmine Dómini.

R. Qui fecit cælum et terram.

V. Dóminus vobíscum.

R. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Oratio

**D**eus, a quo omne bonum sumit inítium et semper ad potíora progrédiens pércipit increméntum: concéde quæsumus, supplicántibus nobis ut quod ad laudem nōminis tui inchoáre agrédimur, ætérho tuæ patérnæ sapiéntiæ múnere perducátur ad téminum. Per Christum Dóminum nostrum.  
R. Amen.

Et aspergatur aqua benedicta.

## BENEDICTIO SOLEMNIS NAVIS PISCATORIÆ

(Approbata a S.R.C. die 10 Aprilis 1212)

V. Adjutórium nostrum in nōmine Dómini.

R. Qui fecit cælum et terram.

V. Dóminus vobíscum.

R. Et cum spíritu tuo.

**Antiph.**  
**I a 3**



### Psalmus 8

Cantor:




### Benedictio solemnis navis piscatoriæ

Quóniam eleváta est magnificéntia tua, \* super cælos  
Ex ore infántium et lacténtium perfecísti laudem propter inimícos tuos \* ut déstruas inimícum et ultórem.  
Quóniam vidébo cælos tuos, ópera digitórum tuórum: \* lunam et stellas, quæ tu fundásti.  
Quid est homo, quod memor es ejus? \*aut filius hóminis, quóniam vísitas eum?

Minuísti eum paulo minus ab Angelis, glória et honóre coronásti eum: \* et constituísti eum super ópera mánuum tuárum  
Omnia subjecísti sub péibus ejus, \* oves et boves univérsas: insuper et pécora campi.  
Vólucres cæli, et pisces maris, \* qui perámbulant sémitas maris.  
Dómine, Dóminus noster, \* quam admirábile est nomen tuum in univérsa terra!  
Glória Patri.

Et repetitur Antiphona



℣. Dóminus vobíscum. ℥. Et cum spíritu tuo,

Orémus.

Oratio

**P**ropitiáre, Dómine, supplicatióibus nostris, béne ✕ dic navem istam déxtera tua sancta et omnes, qui in ea vehéntur, sicut dignátus es benedícere arcam Noë ambulántem in dilúvio: pórrige eis, Dómine, déxteram tuam, sicut porrexísti beáto Petro ambulánti supra mare; et mitte sanctum Angelum tuum de cælis, qui líberet, et custódiat eam semper a periculis univérsis, cum ómnibus, quæ in ea erunt: et fámulos tuos, repúlsis adversitáibus portu semper optábili cursúque tranquillo tueáris transactísque ac recte perféctis negótiis ómnibus iteráto témpore ad própria cum omni gáudio revocáre dignérис. Qui vivis et regnas in sǽcula sǽculórum. ℥ Amen.

℣ Dóminus vobíscum. ℥ Et cum spíritu tuo.

✠ Sequéntia sancti Evangélii secúndum Joánnem  
Joann. 21 1-24

℟ Glória tibi, Dómine.

**I**n illo témpore: Manifestávit se íterum Jesus discípulis ad mare Tiberíadis. Manifestávit autem sic: Erant simul Simon Petrus, et Thomas, qui díicitur Dídymus, et Nathanaël, qui erat a Cana Galilææ, et filii Zebedæi, et álli ex discípulis ejus duo. Dicit eis Simon Petrus: Vado píscari. Dicunt ei: Venímus et nos tecum. Et exiérunt, et ascendérunt in navim: et ilia nocte nihil prenvidérunt. Mane autem facto stetit Jesus in líttore: non tamen cognovérunt discípuli quia Jesus est. Dixit ergo eis Jesus: Púeri, numquid pulmentárium habétis? Respondérunt ei: Non. Dicit eis: Míttite in déxteram navígii rete: et inveniétis. Misérunt ergo: et jam non valébant illud tráhere præ multitúdine píscium. Dixit ergo discípulus ille, quem diligébat Jesus, Petro: Dóminus est. Simon Petrus cum audísset quia Dóminus est, túnica succínxit se (erat enim nudus), et misit se in mare.

## Appendix

Alii autem discípuli navígio venérunt: (non enim longe erant a terra, sed quasi cùbitis ducéntis) trahéntes rete píscium. Ut ergo descendérunt in terram, vidérunt prunas pósitas, et pisces superpósitum, et panem. Dicit eis Jesus: Afférte de píscibus, quos prendidístis nunc. Ascéndit Simon Petrus, et traxit rete in terram, plenum magnis píscibus centum quinquaginta tribus. Et cum tanti essent, non est scissum rete. Dicit eis Jesus: Veníte, prandéte. Et nemo audébat discumbéntium interrogáre eum: Tu quis es? sciéntes, quia Dóminus est. Et venit Jesus, et áccipit panem, et dat eis, et pisces simíliter. Hoc jam tértio manifestátus est Jesus discípulis suis cum resurrexísset a mórtuis. Cum ergo prandíssent, dicit Simóni Petro Jesus: Simon Joánnis, díligis me plus his? Dicit ei: Etiam, Dómine, tu scis quia amo te. Dicit ei: Pasce agnos meos. Dicit ei íterum: Simon Joánnis, díligis me? Ait illi: Etiam, Dómine, tu scis quia amo te. Dicit ei: Pasce agnos meos. Dicit ei tértio: Simon Joánnis, amas me? Contristátus est Petrus, quia dixit eí tértio, Amas me? et dixit ei: Dómine, tu ómnia nosti: tu scis quia amo te. Dixit ei: Pasce oves meas. Amen, amen, dico tibi: cum essem júnior, cingébas te, et ambulábas ubi volébas: cum autem senuéris, exténdes manus tuas, et álius te cinget, et ducet quo tu non vis. Hoc autem dixit signíficans qua morte clarificatúrus esset Deum. Et cum hoc dixísset, dicit ei: Séquere me. Convérsus Petrus vidi ilium discípulum, quem diligébat Jesus, sequéntem, qui et recubuit in cœna super pectus ejus, et dixit: Dómine, quis est qui tradet te? Hunc ergo cum vidísset Petrus, dixit Jesu: Dómine, hic autem quid? Dicit ei Jesus: Sic eum volo manére donec véniam, quid ad te? tu me séquere. Exiit ergo sermo iste inter fratres quia discípulus ille non moritur. Et non dixit ei Jesus: Non móritur; sed: Sic eum volo manére donec véniam, quid ad te? Hie est discípulus ille, qui testimónium pérhibet de his, et scripsit hæc: et scimus, quia verum est testimónium ejus.

R. Laus tibi, Christe.

℣ Dóminus vobíscum. ℥ Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Oratio

**D**eus, qui dívidens aquas ab árida, omnem ániam in his vivéntem creásti, hominémque voluísti píscibus maris dominári: qui super marínos vórtices ámbulans ventis et flúctibus imperásti: Apostolorúmque rétia verbo tuo mirabíliter repléstí: præsta, quæsumus, ut in navículis suis fámuli tui ab ómnibus periculis, te comítante, liberáti, píscium multitúdinem copiósam conclúdant, ac tandem ad ætérnæ felicitátis portum, méritis onústi, pervéniant. Per Christum Dóminum nostrum.

R. Amen.

Orémus.

Oratio

**O**bsecrámus te, Dómine, Salvátor noster, ut famulórum tuórum labores benedicere dignéris, quemádmodum Apóstolis tuis benedixísti, dicens: míttite in déxteram navígii rete, et inveniétis: ut de abundántia tuæ benedictiónis læti, te Redemptórem nostrum semper exaltémus benedictum in Sécula. R. Amen.

**R**éspice, Dómine, ad intercessiónem beatíssimæ Vírginis Maríæ, sancti Petri, ceterorúmque Apostolórum et sancti N. (*Titularis navis benedicendæ*), ut labóres mánum nostrárum ne despícias; sed tua sanctíssima bene ✕ dictióne, a nobis cuncta peccáta, repéllas pericula submóveas, et ómnia nobis bona profutúra concédas. Per Dóminum. R. Amen.

Sacerdos navem aspergit aqua benedicta, dicens:

Pax et benedictio Dei omnipoténtis, Patris, et Fílli, ✕ et Spíritus Sancti, descéndat super navem istam, et super omnes, qui in ea erunt, et máneat semper. R. Amen.

## BENEDICTIO VIÆ FERRÆ ET CURRUUM

V. Adjutórium nostrum in nōmine Dómini.

R. Qui fecit cælum et terram.

V. Dóminus vobíscum. R. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Oratio

**O**mnipotens sempiterne Deus, qui ómnia eleménta ad tuam glóriam, utilitatémque hóminum condidísti: dignare quásumus, hanc viam férream, ejúsque instruménta bene ✕ dicere, et benígna semper tua providéntia tuéri; ut, dum fámuli tui velóciter próperant in via, in lege tua ambulántes, et viam mandatórum tuórum curréntes, ad cælestem pátriam felíciter pervenire váleant. Per Christum Dóminum nostrum. R. Amen.

**P**ropitiáre, Dómine Deus, supplicatióibus nostris, et béne ✕ dic currus istos déxtera tua sancta: adjúnge ad ipsos sanctos Angelos tuos, ut omnes, qui in eis vehéntur, líberent et custódiant semper a periculis univérsis: et quemádmodum viro Aethíopi super currum suum sedénti, et sacra eloquía legénti, per Levítam tuum Philíppum fidem et grátiam contulísti; ita fámulis tuis viam salútis osténde, qui tua grátia adjúti bonísque óperibus júgiter inténti, post omnes viæ et vitæ hujus varietátes, aetéerna gáudia cósequi mereántur. Per Christum Dóminum nostrum. R. Amen.

Et aspergantur via et currus aqua benedicta.

## BENEDICTIO VEHICULI SEU CURRIS

V. Adjutórium nostrum in nōmine Dómini.

R. Qui fecit cælum et terram.

V. Dóminus vobíscum. R. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Oratio

**P**ropitiáre Dómine Deus, supplicatióibus nostris, et béne ✕ dic currum istam déxtera tua sancta: adjúnge ad ipsum sanctos Angelos tuos, ut omnes qui in eo vehéntur líberent et custódiant semper a periculis univérsis: et quemádmodum viro Æthiopi, super currum suum sedénti et sacra eloquía legénti, per Levítam tuum Philíppum fidem et grátiam contulísti, ita fámulis tuis viam salútis osténde, qui, tua grátia adjúti bonísque opéribus júgiter inténti, post omnes viæ et vitæ hujus varietátes aetéerna gáudia cósequi mereántur. Per Christum, Dóminum nostrum.

R. Amen.

Et aspergatur aqua benedicta.

Appendix

26

BENEDICTIO MACHINÆ  
ITINERI AERO DESTINATE

(Approbata a S.R.C. die 24 Martii 1920)

- V. Adjutórium nostrum in nómine Dómine.  
R. Qui fecit cælum et terram.  
V. Bénedic, áнима mea, Dómino.  
R. Dómine, Deus meus, magnificá tus es vehémenter.  
V. Qui ponis nubem ascénum tuum.  
R. Qui ámbulas super pennas ventórum.  
V. Dómine, exáudi oratió nem meam.  
R. Et clamor meus ad te véniat.  
V. Dóminus vobíscum.  
R. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Oratio

**D**eus, qui ómnia propter temetípsum operátus es, cuncta mundi hujus eleménta in usum humáni géreri destinásti: béne ✕ dic, quásumus, hanc máchinam (has máchinas) itíneri áereo deputátam (-as); ut ad laudem et glóriam nómínis tui látius propagándam, et ad res humánas prómptius expediéndas, damno quovis et perículo remóto, desérviat (-ant), et in ómnium fidélium, eádem máchinam (eásdem máchinas) adhibéntium, ánimes cælestia fóveat (-ant) desidéria. Per Christum Dóminum nostrum. R. Amen.

Orémus.

Oratio

**D**eus, qui beátæ Maríæ Vírginis domum per Incarnáti Verbi mystérium misericórditer consecrásti, eámque in sinu Ecclésiæ tuæ mirabíliter collocásti: effúnde quásumus, bene ✕ dictiō nem tuam super hanc máchinam (has máchinas) itíneri áereo sub tutéla ejúsdem beátæ Vírginis se commíserint, eo quo tendunt próspera pervéniant, et incólumes ad propria revertántur. Per eúndem Christum Dóminum nostrum. R. Amen.

Orémus.

Oratio

**D**eus, in sperántium salus, fámulis tuis iter áreum peragéntibus ac tuam opem invocántibus, Angelum bonum de cælis cómitem benígnus adjúnge: ut ab eo custodiántur in ómnibus viis, et ad propósitam sibi metam felíciter deducántur. Per Christum Dóminum nostrum. R. Amen.

Et aspergatur aqua benedicta

## BENEDICTIO PONTIS

V. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.

R. Qui fecit cælum et terram.

V. Dóminus vobíscum. R. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Oratio

**A**déstō, Dómine, supplicatióibus nostris: et pontem istum, et omnes qui per eum transíbunt, bene ✕ dícere dignáre; ut inter próspera hujus mundi et advérsa tuo semper protegántur auxílio. Per Christum Dóminum nostrum. R. Amen.

Orémus.

Oratio

**E**xáudi nos, Dómine sancte, Pater omnípotens, ætérne Deus: et míttete dignéris sanctum Angelum tuum de cælis, qui custódiat, vísitet, et deféndat pontem istum, et omnes qui per eum transíbunt. Per Christum Dóminum nostrum. R. Amen.

Et aspergatur aqua benedicta.

## BENEDICTIO FONTIS

V. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.

R. Qui fecit cælum et terram.

V. Dóminus vobíscum. R. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Oratio

**S**úpplices deprecámur, Dómine, cleméntiam pietátis tuæ: ut aquam fontis hujus cælesti benedictióne sanctí ✕ fices, et ad commúnem vitæ usum concédas esse salúbrem; et ita omnem diabólicæ tentatiónis incúrsum inde fugáre dignéris, ut, quicúmque ex eo háuserint vel bíberint, *vel* in quibuscumque necessáriis usibus hausta aqua usi fúerint, totius virtútis ac sanitatis dulcédine perfruántur, tibique sanctificatóri et salvatóri ómnium Dómino grárias ágere mereántur. Per Christum Dóminum nostrum. R. Amen.

Et aspergatur aqua benedicta.

## BENEDICTIO PUTEI

V. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.

R. Qui fecit cælum et terram.

V. Dóminus vobíscum. R. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Oratio

**D**ómine Deus omnípotens, qui in hujus pútei altitúdinem per crepídinem fistulárum cópiam

## Appendix

aquárum manáre jussísti: præsta; ut te juvánte atque bene ✕ dicénte per nostræ officium functiōnis, repúlsis hinc phantasmáticis collusiónibus, ac diabólicis insídiis, purificátus atque emundátus semper hic púteus persevéreret. Per Christum Dómmum nostrum. ✕ Amen.

Et aspergatur aqua benedicta.

30

## BENEDICTIO IGNIS

℣. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.

℟. Qui fecit cælum et terram.

℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Oratio

Dómine Deus, Pater omnípotens, lumen indeficiens, qui es cónditor ómnium lúminum: novum hunc ignem sanctí ✕ fica, et præsta; ut ad te, qui es lumen indeficiens, puris méntibus, post hujus sǽculi calíginem, perveníre valeámus. Per Christum Dóminum nostrum. ✕ Amen.

Et aspergatur aqua benedicta.

31

## BENEDICTIO MACHINÆ AD EXTINGUENDUM INCENDIUM

(Approbata a S.R.C. die 10 Aprilis 1912)

Clerus a promíiori ecclesia, vel ab alio aliquo præparato loco, procedit ad locum, ubi est machina benedicenda, canendo vel recitando:

Ant. Ig

Man-su-e-fác-tus est ig-nis, \* et vim su-a

vir-tú-tis ob-lí-tus est: ut fí-li-i tu-i,

quos di-le-xí-sti, Dó-mi-ne, ser-vén-tur il-lá-e-si.

Benedictio machinae ad exting incendum

**Psalmus 65**



**Ju - bi - lá - te De - o, om - nis ter - ra, psal - mum dí - ci - te**



**nó - mi - ni e - jus: \* da - te gló - ri - am lau - di e - jus.**

Dícite Deo: quam terribilia sunt ópera tua,  
Dómine! \* in multitúdine virtútis tuæ  
mentiéntur tibi inimíci tui.

Omnis terra adóret te, et psallat tibi: \* psalmum  
dicat nómini tuo.

Veníte, et vidéte ópera Dei: \* terribilis in  
consíliis super filios hóminum.

Qui convértil mare in áridam, in flúmene  
pertransíbunt pede: \* ibi lætabimur in ipso.

Qui dominátur in virtúte sua in aëternam, óculi  
ejus gentes respíciunt: \* qui exásperant non  
exalténtur in semetípsis.

Benedícite, gentes, Deum nostrum: \* et audítam  
fácite vocem laudis ejus.

Qui póssuit ániam meam ad vitam: \* et non  
dedit in commotiónem pedes meos.

Quóniam probásti, nos, Deus: \* igne nos  
examinásti, sicut examinátur argéntum.

Induxísti nos in láqueum, posuísti tribulatiónes  
in dorso nostro: \* imposuísti hómines super  
cápita nostra.

Transívimus per ignem et aquam: \* et eduxísti  
nos in refrigérium.

Introíbo in domum tuam in holocáustis: \*  
reddam tibi vota mea, quæ distinxérunt lábia  
mea.

Et locútum est os meum, \* in tribulatióne mea.  
Hollocausta medulláta ófferam tibi cum  
incénsu aríetum: \* ófferam tibi boves cum  
hircis.

Veníte, audíte, et narrábo, omnes qui timétis  
Deum, \* quanta fecit ánime meæ.

Ad ipsum ore meo clamávi, \* et exaltávi sub  
lingua mea.

Iniquitátem si aspéxi in corde meo, \* non  
exáudiet Dóminus.

Proptérea exaudávit Deus, \* et atténdit voci  
deprecationis meæ.

Benedíctus Deus, \* qui non amóvit oratióne  
meam, et misericórdiam suam a me.

Glória Patri.

**Ant. Ig**

**Man-su - e - fác - tus est ig - nis, et vim su - æ**

**vir - tú - tis ob - lí - tus est: ut fí - li - i tu - i,**

**quos di - le - xí - sti, Dó - mi - ne, ser - vén - tur il - læ - si.**

## Appendix

Repetita Antiphona, Celebrans, respondentibus circumstantibus, dicit:

Kýrie, eléison. Christe, eléison. Kýrie, eléison.

Pater noster **secreto usque ad**

**V.** Et ne nos indúcas in tentatióne.

**R.** Sed líbera nos a malo.

**V.** Salvos fac servos tuos.

**R.** Deus meus, sperántes in te.

**V.** Mitte eis, Dómine, auxílium de sancto.

**R.** Et de Sion tuére eos.

**V.** Nihil proficiat inimícus in eis.

**R.** Et filius iniquitáti non appónat nocére eis.

**V.** Benedícite, ignis et æstus, Dómino.

**R.** Laudáte et superexaltáte eum in sǽcula.

**V.** Qui líberat nos de médio ardéntis flammæ.

**R.** Et de médio ignis éruit nos.

**V.** Confitémini Dómino, quóniam bonus.

**R.** Quóniam in sǽculum misericórdia ejus.

**V.** Adjutórium nostrum in nómine Dómini.

**R.** Qui fecit cælum et terram.

**V.** Dómine, exáudi oratióne meam.

**R.** Et clamor meus ad te véniat.

**V.** Dóminus vobíscum.

**R.** Et cum spíritu tuo.

Orémus.

**Oratio**

**D**eus, qui tribus púeris in fornáce Babylónis per Angelum tuum mitigásti flamas ígnium: omnes quæsumus, per déxteram tuam in córdibus nostris faces extíngue vitiórum; ut a temporálibus eruámur incéndiis, et ab ígnibus liberémur ætérnis. Per Christum Dóminum nostrum.  
**R.** Amen.

Orémus.

**Oratio**

**D**eus, cujus in mánibus nos sumus, et sermónes nostri, et omnis sapiéntia, et óperum sciéntia et disciplína: fámulis tuis opitulátor adsíste; ut, quóties instántibus incéndii periclitémur angústiis, tóties suppeténtibus ingénii foveámur auxíliis. Per Christum Dóminum nostrum.  
**R.** Amen.

Orémus.

**Oratio**

**D**eus, justus hóminem gubernátor et clemens, cui tamquam factóri suo sic omnis prómptior creatúra desérvit, ut éadem ad torméntum ímpiis exardéscat, et ad beneficium piis lenis evádat: aurem tuam, quæsumus, précibus nostris benígnus inténde, et hanc máchinam compríméndis ígnibus destinátam tua muníficus bene **X** dictióne perfúnde: ut, quóties hujus éfficax instruméntum máchinæ viva fide piisque cum votis fúerit advérsus éxcitas incéndii vires adhíbitum, aqua sæviéntes flamas ex eo jactáta restínguat, et igni vim totam suæ virtútis erípat, ne incéndium fidélibus in te sperántibus moléstiam áfferat, neve illis eórumque bonis detriméntum íngerat: quátenus univérsi, ab omni formídine páriter et perículo sóspites, a suis vitiis toto corde

## Appendix

resipíscant, ac beneficiórum tuórum mémores, sincéra mente cognóscant, tália sibi flagélla e sua quidem iniquitáte prodíre, et in tua miseratióne cessáre. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sǽcula sǽculórum. Rx. Amen.

Et aspergatur aqua benedicta

32

## BENEDICTIO SEISOMOGRAPH

(Approbata a S. R. C. die 13 Febr. 1924)

V. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.

Rx. Qui fecit cælum et terram.

V. Dóminus vobíscum. Rx. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Oratio

Omnípotens sempitérne Deus, qui réspicis terram et facis eam trémere, hoc seismógraphon tua bene ✕ dictióne perfúnde: et præsta; ut signa terræ treméntis in ipso congruénter adnoténtur, et ad utilitátem plebis tuæ atque ad majórem tui nóminalis glóriam promovéndam recte intelligántur. Per Christum Dóminum nostrum. Rx. Amen.

Virgo María Dolorosíssima, esto nobis propítia et intercéde pro nobis. Sancte Emíldi, ora pro nobis, et in nómine Jesu Christi Nazaréni defénde nos, et hoc seismógraphon ab impetu terræmotus.

Et aspergatur seismographon aqua benedicta.

33

## BENEDICTIO FORNACIS CALCARIÆ

V. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.

Rx. Qui fecit cælum et terram.

V. Dóminus vobíscum. Rx. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Oratio

Omnípotens ætérne Deus, a quo ómnia créata procédunt, et qui mirábili dispositióne bonitátis tuæ eis tríbuis ad usum hóminum inservíre; qui olim altáre tuum de lapídibus constrúcum calce levigáre jussísti, ut per Deuterónómiū in eo scriptum tuórum servarétur memória mandatórum: te súpplices exorámus, béne ✕ dic hanc fornácem, et ab ea longe repúlsa ómni versútia diabólicæ fraudis, fructuósam reddas illam et aptam; ut per ignem vim virtútis suæ exercéntem aptatóres hujus óperis de tua benignitáte calcem recípiant congruéntem; quibus étiam tríbue, ut in eis simul crescat tuæ grátiæ salutáris augmémentum. Per Christum Dóminum nostrum. Rx Amen.

Et aspergatur aqua benedicta.

BENEDICTIO  
FORNACIS FUSORIÆ METALLICÆ  
vel coctoriæ lateruni et tegularum

V. Adjutórium nostrum in nōmine Dómini.

R. Qui fecit cælum et terram.

V. Dóminus vobíscum. R. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Oratio

**O**mnípotens ætérne Deus, a quo ómnia créata procédunt, et qui mirábili dispositiōne bonitátis tuæ eis tríbus ad usum hóminum inservíre; qui modo coércens vim flammárum tres púeros in camíno ignis illæsos custódisti, et modo illam adáugens viros illos, qui sanctos míserant in fornácem, consumpsísti; te súpplices exorámus, béne ✕ dic hunc clíbanum, et ab eo longe repúlsa omni versútia diabólicæ fraudis, fructuósum reddas ilium et aptum; ut per ignem vim virtútis suæ exercéntem aptatóres hujus óperis métalli matériam recipiant congruéntem (*vel* láterum *vel* tegulárum cópiam recipiant congruéntem); quibus étiam tríbue, ut in eis simul crescat tuæ gratiæ salutáris augmémentum. Per Christum Dóminum nostrum. R. Amen.

Et aspergatur aqua benedicta.

BENEDICTIO SEMINUM

V. Adjutórium nostrum in nōmine Dómini.

R. Qui fecit cælum et terram.

V. Dóminus vobíscum. R. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Oratio

**T**e rogámus, Dómine, ac pétimus: ut hoc fructus séminum bene ✕ dícere, plácido lenis auræ afflátu fovére, rore cælesti fecundáre, et incólumes propter usum ánimarum et córporum ad pleníssimam maturitátem perdúcere dignéris. Per Christum Dóminum nostrum. R. Amen.

Et aspergantur aqua benedicta.

BENEDICTIO CAMPORUM  
VEL ALPIUM VEL PASCORUM

(Approbata a S. R. C. die 1 Dec. 1886)

V. Adjutórium nostrum in nōmine Dómini.

R. Qui fecit cælum et terram.

V. Dóminus vobíscum. R. Et cum spíritu tuo.

## Appendix

Orémus.

Oratio

**D**eus, a quo omne bonum sumit inítiū, et semper ad potióra progrédiens pércipit incremén̄tum: concéde, quæsumus, supplicántibus nobis; ut quod ad laudem nōminis tui inchoáre aggrédimur, ætérno tuæ sapiéntiæ múnere ad térmínū perducátur. Per Christum Dóminum nostrum. Rx Amen.

Orémus.

Oratio

**O**mnipotens sempitérne Deus, qui sacerdótibus tuis præ céteris grátiam conférre dignátus es, ut quidquid in tuo nōmine ab iis digne et perfécte ágitur, a te fieri credátur: quæsumus cleméntiam tuam; ut quod modo visitatúri sumus, tu quoque vísites, et quod benedictúri sumus, tu quoque be-ne ✕ dícas, et ad ea quæ actúri sumus, tuæ poténtiæ dexteram exténdas: sit ad humilitáris nostræ ingréssum, Sanctórum tuórum méritis et intercessiónibus, fuga dáemonum, ac tuórum ingréssus Angelórum. Per Christum Dóminum nostrum. Rx Amen,

Dicantur flexis genibus Litaniæ Sanctorum (pag. 85), et postquam recitatus fuerit sequens

V. Ut áimas noſtras, fratrū, propinquórum, et benefactórum nostrórum ab ætérla damnatióne erípias, te rogámus, audi nos.

Sacerdos surgens dicat;

V. Ut hos campos (vel agros, vel has alpes, vel hæc páscua, vel prata) bene ✕ dícere dignér̄is.

Rx Te rogámus, audi nos.

V. Ut hos campos (vel agros, vel has alpes, vel hæc páscua, vel prata) bene ✕ dícere et con ✕ ser-váre dignér̄is.

Rx Te rogámus, audi nos.

V. Ut hos campos (vel agros, vel has alpes, vel hæc páscua, vel prata) bene ✕ dícere, con ✕ serváre, et ab omni dáemonum infestatióne custo ✕ díre dignér̄is,

Rx Te rogámus, audi nos.

V. Ut fúlgura, grándines, sævas tempestátes et nōxias aquárūm inundatiónes a loco isto cleménter expéllere et effugáre dignér̄is.

Rx Te rogámus, audi nos.

Deinde prosequltur et absolvit Utanias: et ad finem dicit:

Pater noster secreto usque ad

V. Et te nos indúcas in tentatióne.

Rx Sed líbera nos a malo.

V. Emitte spiritum tuum et creabuntur.

Rx Et renovabis faciem terræ.

V. Dóminus dabit benignitatē.

Rx Et terra nostra dabit fructum suum.

V. Dómine, exáudi oratióne meam.

Rx Et clamor meus ad te véniat.

V. Dóminus vobíscum.

Rx Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Oratio

**P**ietátem tuam, omnípotens Deus, humíliter implorámus, ut hos campos (*vel* agros, *vel* has alpes, *vel* hæc pásqua, *vel* prata), quos (*vel* quas, *vel* quæ) áëris temperamento nutríre dignátus es, tuæ bene  dictiónis imbre perfundere dignérис, tríbuens pôpulo tuo de tuis munéribus tibi semper grátias ágere, et pulsa terræ sterilitáte, esuriéntium ánimos bonis affluéntibus replére, ut egéni et páuperes laudent nomen glóriæ tuæ in sâcula sâculórum.

**R** Amen.

Et aspergantur aqua benedicta.

37

## BENEDICTIO CONTRA INUNDATIONES AQUARUM

(Approbata a S. R. C. die 1 Dec. 1886)

Sacerdos indutus superpelliceo et stola, populo concomitante, portet ad rivum vel flumen benedicendum Reliquiam Sanctæ Crucis, ibique in quatuor partibus legat devote initia quatuor Evangeliorum, et post singula Evangelia subjugat sequentes Versiculos et Orationem:

- V.** Adjuva nos, Deus salutáris noster.
- R.** Et propter glóriam nóminis tui líbera nos.
- V.** Salvos fac servos tuos.
- R.** Deus meus, sperántes in te.
- V.** Dómine, non secúndum peccáta nostra fáciás nobis.
- R.** Neque secúndum iniquitátes nostras retríbuas nobis.
- V.** Mitte nobis, Dómine, auxílium de sancto.
- R.** Et de Sion tuére nos.
- V.** Dómine, exáudi oratióne meam.
- R.** Et clamor meus ad te véniat.
- V.** Dóminus vobíscum. **R.** Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Oratio

**D**eus, qui justificas ímpium, et non vis mortem peccatóris: majestátem tuam supplíciter deprecámur; ut famulos tuos de tua misericórdia confidántes, ab aquárum periculis, cælesti prótegas benígnus auxílio, et assídua protectiōne consérves: ut tibi jùgiter famuléntur, nullísque tentatióibus a te separéntur. Per Christum Dóminum nostrum.

**R** Amen.

Et benedictio Dei omnipoténtis, Patris, et Fílli,  et Spíritus Sancti, descéndat super has aquas, eásque coérceat. **R** Amen.

38

## BENEDICTIO UVARUM

- V.** Adjutorium nostrum in nōmine Dómini.
- R.** Qui fecit cælum et terram.
- V.** Dóminus vobíscum. **R.** Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Oratio

**B**éne ✕ dic, Dómine, hos fructus novos víneæ, quos tu rore cæli, et abundántia pluviárum, et téporum serenitáte atque tranquillitaté, ad maturitatem perdúcere dignátus es, et dedísti eos ad usus nostros cum gratiarum actiōne percípere in nómine Dómini nostri Jesu Christi: Qui tecum vivit et regnat in unitatē Spíritus Sancti Deus, per ómnia sǽcula sǽculórum. Rx Amen.

Et aspergantur aqua benedicta.

39

## BENEDICTIO HORREI SEU SEGETUM DEMESSARUM

V. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.

Rx. Qui fecit cælum et terram.

V. Dóminus vobíscum. Rx. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Oratio

**D**ómine Deus omnípotens, qui de rore caeli abundántiam, et de pinguédine terræ substántiam homínibus conférre non désinis: piíssimæ majestati tuæ pro colléctis fructibus grátias ágimus, tuam cleméntiam exorántes; ut has ségetes, quas de benignitaté tua suscépimus, bene ✕ dícere, conserváre, et ab omni noxa défendere dignérís: simúlque concéde; ut, quorum in bonis replésti desidérium, de tua custódia gloriéntur, misericórdias tuas sine fine colláudent, et sic tránseant per bona temporália, ut non amíttant ætérrna. Per Christum Dóminum nostrum. Rx Amen.

Et aspergantur aqua benedicta.

40

## BENEDICTIO PISTRINI

V. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.

Rx. Qui fecit cælum et terram.

V. Dóminus vobíscum. Rx. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Oratio

**O**mnípotens sempitérne Deus, qui in pœnam peccati dixisti: In sudore vultus tui vescéris pane tuo; béne ✕ dic pistrínum istud, quod ad teréndum fruméntum eréctum est, ut inde panis conficiátur ad, nostram sustentatióñem, Angelúmque lucis ac defensióñis ei assignáre dignérís. Per Christum Dóminum nostrum. Rx Amen.

Et aspergatur aqua benedicta.

## BENEDICTIO ADULTI ÆGROTANTIS

Sacerdos cubiculum ægrotantis ingrediens dicat:

V. Pax huic dómui.

R. Et ómnibus habitántibus in ea.

Et continue ad infirmum accedens subjungat:

V. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.

R. Qui fecit cælum et terram.

V. Dómine, exáudi oratióne meam.

R. Et clamor meus ad te véniat.

V. Dóminus vobíscum.

R. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Oratio

**I**ntróeat, Dómine Jesu Christe, domum hanc ad nostræ humilitatis ingréssum pax et misericórdia tua; effúgiat ex hoc loco omnis nequítia dæmonum, adsint Angeli pacis, domúmque hanc déserat omnis malígnia discórdia. Magnífica, Dómine, super nos nomen sanctum tuum: et bénedic nostræ conversatióni: Qui sanctus et pius es, et pérmannes cum Patre et Spíritu Sancto in sǽcula sǽculórum.

R. Amen.

Orémus.

Oratio

**R**éspice, Dómine, fámulum tuum (*fámulam tuam*) in infirmitáte córporis laborántem, et ániam réfove quam creásti: ut, castigatiónebus emendátus (-a), contínuo se séntiat tua miseratióne salvátum (-am). Per Christum Dóminum nostrum.

R. Amen.

Orémus.

Oratio

**M**isericors, Dómine, fidélium consolátor, quásumus imménsam pietátem tuam, ut ad intróitum humilitatis nostræ hunc fámulum tuum (*hanc fámulam tuam*), super lectum doloris sui jacéntem, visitáre dignérис, sicut socrum Simónis visitásti: propítius adéstó ei, Dómine, quátenus prístina sanitáte recépta, gratiárum tibi in Ecclésia tua referat actiōnes: Qui vivis et regnas Deus in sǽcula sǽculórum. R. Amen.

Deinde, extendens dexteram versus asgrotum, dicat:

**D**óminus Jesus Christus apud te sit, ut te deféndat: intra te sit, ut te consérvet: ante te sit, ut te ducat: post te sit, ut te custódiat: super te sit, ut te benedicat: Qui cum Patre et Spíritu Sancto vivit et regnat in sǽcula sǽculórum. R. Amen.

Benedictio Dei omnipoténtis, Patris, et Fílli, ☧ et Spíritus Sancti, descéndat super te, et máneat semper. R. Amen.

Demum aspergat infirmum aqua benedicta.

## EADEM BENEDICTIO PRO PLURIBUS INFIRMIS

Sacerdos cubiculum asgrotantlum ingrediens dicat:

- V. Pax huic dómui.  
R. Et ómnibus habitántibus in ea.

Et continuo ad infirmos accedens subjungat:

- V. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.  
R. Qui fecit cælum et terram.  
V. Dóminus vobíscum. R. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Oratio

**I**ntróeat, Dómine Jesu Christe, domum hanc ad nostræ humilitatis ingréssum pax et misericórdia tua; effúgiat ex hoc loco omnis nequítia dæmonum, adsint Angeli pacis, domúmque hanc déserat omnis malígna discórdia. Magnífica, Dómine, super nos nomen sanctum tuum: et bénedic nostræ conversatióni: Qui sanctus et pius es, et pérmannes cum Patre et Spíritu Sancto in sǽcula sǽculórum. R. Amen.

Orémus.

Oratio

**R**éspice, Dómine, fámulos tuos (*fámulas tuas*) in infirmitáte córporis laborántes, et ánimas refóve, quas creásti: ut castigatióibus emendáti (-æ), contínuo se sentiánt tua miseratióne salvátos (-as). Per Christum Dóminum nostrum. R. Amen.

Orémus.

Oratio

**M**isericors, Dómine, fidélium consolátor, quásumus imménsam pietátem tuam, ut ad intróitum humilitatis nostræ hos fámulos tuos (*has fámulas tuas*) super lectum doloris sui jacéntes, visitáre dignérис, sicut socrum Simónis visitásti: propítius adésto eis, Dómine, quátenus prístina sanitáte recépta, gratíarum tibi in Ecclésia tua réferant actiόnes: Qui vivis et regnas Deus in sǽcula sǽculórum.

R. Amen.

Deinde, extendens dexteram versus aegrotos, dicat:

**D**óminus Jesus Christus apud vos sit, ut vos déféndat: intra vos sit, ut vos consérvet: ante vos sit, ut vos ducat: post vos sit, ut vos custódiat: super vos sit, ut vos benédicat: Qui cum Patre et Spíritu Sancto vivit et regnat in sǽcula sǽculórum.

R. Amen.

Benedictio Dei omnipoténtis, Patris, et Fílii,  et Spíritus Sancti, descéndat super vos, et máneat semper. R. Amen.

Demum aspergat infirmos aqua benedicta.

## BENEDICTIO PEREGRINORUM ÆGROTANTIU

Sacerdos indutus superpelliceo et stola albi coloris, ponat extremitatem stolæ super caput infirmi, Evangeliumque recitet modo sequenti; si vero plures sint infirmi, stolam ipse teneat elevatam manu dextera, et benedictiones dicat in plurali.

℣. Dóminus vobiscum. Rx. Et cum spiritu tuo.

✠ Sequéntia sancti Evangélii secúndum Matthæum Rx. Glória tibi, Dómine.

**Matth, 13, 44-52**

**I**n illo témpore; Dixit Jesus discípulis suis parábolam hanc: Símile est regnum cælórum thesáuro abscónrito in agro: quem qui invénit homo, abscóndit, et præ gáudio illíus vadit, et vendit univérsa, quæ habet, et emit agrurn ilium. Iterum símile est regnum cælórum hómini negotiatóri, quærénti bonas margarítas. Invénta autem una pretiosa margaríta, ábiit, et véndidit ómnia, quæ hábuit, et emit eam. Iterum símile est regnum cælórum sagénæ missæ in mare, et ex omni génere píscium congregánti. Quam, cum impléta esset, educéntes, et secus littus sedéntes, elegérunt bonos in vasa, malos autem foras misérunt. Sic erit in consummatiōne sǽculi: exíbunt Angeli, et separábunt malos de médio justórum, et mittent eos in camínū ignis: ibi erit fletus, et stridor dénytum. Intellexístis hæc ómnia? Dicunt ei; Etiam. Ait illis: Ideo omnis scriba doctus in regno cælórum símilis est hómini patrifamílias, qui profert de thesáuro suo nova et vétera.

Post Evangelium benedit infirmum dicens:

Benedictio Dei omnipoténtis, Patris, et Fílii, ✠ et Spíritus Sancti, descéndat super te (vos) et máneat semper. Rx Amen.

Deinde porrigit extremitatem stolæ deosculandam infirmo, ipsumque aspergit aqua benedicta, dicens:

Aspérget te (vos) Deus rore grátiæ suæ in vitam ætérnā. Rx Amen.

## BENEDICTIO MULIERIS PRÆGNANTIS in periculis partus

℣. Adjutorium nostrum in nōmine Dómini.

Rx Qui fecit cælum et terram.

℣. Salvam fac ancillam tuam.

Rx Deus meus, sperantem in te.

℣. Esto illi, Dómine, turris fortitudinis.

Rx A facie inimiei.

℣. Nihil proficiat inimicus in ea.

Rx Et filius iniquitatis non apponat nocere ei.

℣. Mitte ei, Dómine, auxilium de sancto.

Rx Et de Sion tuere eam.

℣. Dómine, exaudi oratiōnem meam.

Rx Et clamor meus ad te véniat.

℣. Dóminus vobiscum. Rx Et cum spíritu tuo.

## Appendix

Orémus.

Oratio

**O**mnípotens sempiterne Deus, qui dedísti fámulis tuis in confessióne veræ fidei æternæ Trinitatis glóriam agnoscére, et in poténtia majestatis adoráre unitátem: quæsumus; ut ejúsdem fidei firmitáte hæc fámlula tua **N.** ab ómnibus semper muniátur adveráris. Per Christum Dómmum nostrum. **R.** Amen.

Orémus.

Oratio

**D**ómine Deus, ómnium Crátor, fortis et terríbilis, justus et misericors, qui solus bonus et pius es; qui de omni malo liberásti Israél, fáciens tibi patres nostros diléctos, et sanctificásti eos manu Spíritus tui; qui gloriósae Vírginis María corpus et ániam, ut dignum Fílii tui habitáculum éffici mereréatur, Spíritu Sancto cooperánte præparásti; qui Joánnem Baptístam Spíritu Sancto replésti, et in útero matris exultáre fecísti; áccipe sacrificium cordis contríti, ac fervens desidérium fámlulae tuæ **N.** humíliter supplicántis pro conservatióne prolis, quam ei dedísti concípere: custódi partem tuam, et ab omni dolo et injúria duri hostis defénde; ut obstetricánte manu misericórdiæ tuæ fetus ejus ad lucem próspere véniat, ac sanctæ generatióni servétur, tibique in ómnibus júgiter desérviat, et vitam cósequi mereátur æternam. Per eúmdem Dóminum ... in unitáte ejúsdem Spíritus.

**R.** Amen.

Deinde mulier aspergatur aqua benedicta, et mox dicatur:

### Psalmus 66

**D**eus misereátur nostri, et benedícat nobis: \* illúminet vultum suum super nos, et misereátur nostri.  
Lætentur et exsúltent Gentes: \* quóniam júdicas pópulos in æquitáte, et Gentes in terra dírigis.  
Confiteántur tibi pópuli, Deus: \* confiteántur tibi pópuli omnes: \* terra dedit fructum suum.

**V.** Benedicámus Patrem, et Fílium, cum Sancto Spíritu.  
**R.** Laudémus et superexaltémus eum in sǽcula,  
**V.** Angelis suis Deus mandávit de te.  
**R.** Ut custódiant te in ómnibus viis tuis.  
**V.** Dómine, exáudi oratióne meam.  
**R.** Et clamor meus ad te véniat.  
**V.** Dóminus vobíscum. **R.** Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Oratio

**V**ísita, quæsumus, Dómine, habitatióne istam, et omnes insídias inimíci ab ea, et a præsénti, fámlula tua **N.** longe repélle: Angeli tui sancti hábitent in ea, qui eam et ejus prolem in pace custódiant, et bene **X** díctio tua sit super eam semper. Salva eos, omnípotens Deus, et lucem eis tuam concéde perpétuam. Per Christum Dóminum nostrum. **R.** Amen.

Benedictio Dei omnipoténtis, Patris, et Fílii, **X** et Spíritus Sancti, descéndat super te, et prolem tuam, et máneat semper. **R.** Amen.

## BENEDICTIO INFANTIS

V. Adjutórium nostrum in nómne Dómini.  
 R. Qui fecit cælum et terram.  
 V. Deus noster miseréatur.  
 R. Custódiens párvulos Dóminus.  
 V. Dómine, exáudi oratióne meam.  
 R. Et clamor meus ad te véniat.  
 V. Dóminus vobíscum. R. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Oratio

**D**ómine Jesu Christe, Fili Dei vivi, qui ante ómnia sǽcula génitus, in témpore tamen infans esse voluísti, et hujus ætatis diligis innocéntiam; qui párvulos tibi oblátos amánter compléxus es, iísque benedixísti: infántem istum (infántes istos) præveni in benedictiónibus dulcéinis, et præsta, ne malítia mutet intelléctum ejus (eórum) : eíque (eisque) concéde, ut proficiens (proficiéntes) ætáte, sapiéntia et grátia, tibi semper placére váleat (valeánt) : Qui vivis et regnas cum Deo Patre in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sǽcula sæculórum. R. Amen.

Deinde Sacerdos infantem (vel infantes) aspergat aqua benedicfa, dicens:

Pax et benedictio Dei omnipoténtis, Patris, et Fílii, et Spíritus Sancti, descéndat super te (vos), et máneat semper. R. Amen.

## BENEDICTIO PUERI

**ad obtinendam super ipsum misericordiam Dei**

V. Adjutórium nostrum in nómne Dómini.

R. Qui fecit cælum et terram.

Orémus.

Oratio

**D**ómine, Jesu Christe, Fili Dei vivi, qui dixísti: Sínite párvulos veníre ad me, tálum est enim regnum cælórum; super hunc púerum tuum virtútem bene ✕ dictiónis tuæ infundæ, ac ad Ecclésiæ et paréntum illíus fidem ac devotióne réspice; ut virtúte ac sapiéntia apud Deum et hómines proficiens, ad optátam pervéniat senectútem, et salútem consequátur ætérmam: Qui vivis et regnas in sǽcula sæculórum. R. Amen.

### Psalmus 112

**L**audáte, púeri, Dóminum, \* laudáte nomen Dómini.  
 Sit nomen Dómini benedictum, \* ex hoc nunc, et usque in sǽculum.  
 A solis ortu usque ad occásum, \* laudábile nomen Dómini.

Excélsus super omnes Gentes Dóminus, \* et super cælos glória ejus.

Quis sicut Dóminus Deus noster, qui in altis hábitat,\* et humília réspicit in cælo et in terra? Súscitans a terra ínopem: \* et de stércore érigens páuperem;

## Appendix

Ut collocet eum cum principibus, \* cum  
principibus populi sui.

Qui habitare facit sterilem in domo, \* matrem  
filiorum laetantem.  
Gloria Patri.

Kyrie, eleison. Christe, eleison, Kyrie, eleison.

Pater noster **secreto usque ad**

V. Et ne nos inducas in tentationem.

R. Sed libera nos a malo.

Benedictio Dei omnipotentis, Patris et Filli,  et Spiritus Sancti descendat super te, et maneat semper. R. Amen.

47

## BENEDICTIO PUERORUM

Cum erasentim en ecclesia praesentantur

Die et hora constitutis, pueri convenient in ecclesiam, quos ibi a parentibus vel magistris associari maxime deceret, ut silentio et modestia facilius se componant. Quibus per ordinem dispositis, et pueris a puellis, si adsint, separatis, Sacerdos ad ipsos accedat, et brevissimo ac simplici sermone eos alloquatur, prout opportunum sibi visum fuerit.

Deinde stans versus eos dicat:

V. Adjutorium nostrum in nomine Domini.

R. Qui fecit celum et terram.

**Antiphona:** Laudate pueri Dominum: laudate nomen Domini.

## Psalmus 112

**L**audate, pueri, Dominum, \* laudate nomen Domini.

Sit nomen Domini benedictum, \* ex hoc nunc, et usque in saeculum.

A solis ortu usque ad occasum, \* laudabile nomen Domini.

Excelsus super omnes Gentes Dominus, \* et super caelos gloria ejus.

Quis sicut Dominus Deus noster, qui in altis habitat, \* et humilia respicit in caelo et in terra? Suscitans a terra inopem: \* et de stercore erigens pauperem; Ut collocet eum cum principibus, \* cum principibus populi sui.

Qui habitare facit sterilem in domo, \* matrem filiorum laetantem.

Gloria Patri.

Et repetitur Antiphona: Laudate pueri Dominum: laudate nomen Domini.

Qui psalmus cum sua Antiphona, si paucis tantum, aut minus solemniter conferatur Benedictio, omitti poterit.

Finito Psalmo et repetita Antiphona, Sacerdos dicit:

V. Sinite parvulos venire ad me.

R. Taliū est enim regnum celorum.

V. Angeli eorum.

R. Semper vident faciem Patris.

V. Nihil proficiat inimicus in eis.

R. Et filius iniquitatis non apponat nocere eis.

### Benedictio pureorum ægrotantium

V. Dómine, exáudi oratióne meam.

R. Et clamor meus ad te véniat.

V. Dóminus vobíscum.

R. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Oratio

**D**ómine Iesu Christe, qui párvulos tibi oblátos et ad te veniéntes compléxus es, manúsque super illos impónens benedixísti eis, atque dixísti:

Sínite párvulos venire ad me, et nolítate prohibére eos, tálium est enim regnum cælórum, et Angeli eórum semper vident fáciem Patris mei; respice, quæsumus, ad puerórum (puellárum, si solæ adsint puellæ) præséntium innocéntiam, et ad eórum (eárum) paréntum devotiónem, et cleménter eos (eas) hódie per ministérium nostrum bénè ✕ dic; ut in tua grátia et misericórdia semper proficiant, te sápiant, te díligant, te tímeant, et mandáta tua custódiant, et ad finem optátum felíciter pervéniant: per te, Salvátor mundi, qui cum Patre et Spíritu Sancto vivis et regnas Deus in sǽcula sǽculórum. R. Amen.

Orémus.

Oratio

**D**efénde, quæsumus, Dómine, beáta María semper Vírgine intercedénte, istam ab omni adversitaté famíliam: et toto corde tibi prostrátam, ab hóstium propítius tuére cleménter insídiis. Per Christum Dóminum nostrum. R. Amen.

Orémus.

Oratio

**D**eus, qui ineffábili providéntia sanctos Angelos tuos ad nostram custódiam míttete dignáris: largíre supplícibus tuis; et eórum semper protectione deféndi, et ætérrna societáte gaudére. Per Christum Dóminum nostrum.

R. Amen.

Postea manu dextera producens signum crucis super pueros, benedicit eos, dicens:

Benedícat vos Deus, et custódiat corda vestra et intellegéntias vestras, Pater, et Fílius, ✕ et Spíritus Sanctus. R. Amen.

Deinde asperget pueros aqua benedicta.

48

## BENEDICTIO PUEGORUM ÆGROTANTUM

Pueri infirmi, qui ad hunc usum rationis pervenerunt, ut ipsis præberi possit Sacramentum Extremæ Unctionis, iis adjuventur exhortationibus et precibus, quæ describuntur in hoc Rituall Romani (pag.88), ubi agitur de visitatione et cura infirmorum, prout feret temporis opportunitas et eorumdem ægrotantium status.

Verum pro ceteris junioribus pueris infirmis adhiberi possum sequentes preces.

Sacerdos infirmi cubiculum ingressus, primum dicit:

V. Pax huic dómui.

R. Et ómnibus habitántibus in ea.

Mox infirmum et lectum ejus et cubiculum aspergit, nihil dicens.

## Appendix

Deinde dicit Psalmum 112 (pag. 351), cum Glória Patri, in fine.

Postea dicit:

Kýrie, élison. Christe, élison. Kýrie, élison.

Pater noster **secreto usque ad**

℣. Et ne nos indúcas in tentaciónem.

℟. Sed líbera nos a malo.

℣. Deus noster miserátor.

℟. Custódiens párvulos Dóminus.

℣. Sínite párvulos veníre ad me.

℟. Tálium est enim regnum cælórum.

℣. Dómine exáudi oratióne meam.

℟. Et clamor meus ad te véniat.

℣. Dóminus vobíscum.

℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

**Oratio**

**D**eus, cui cunctaadoléscunt, et per quem adúlta firmántur: exténde déxteram tuam super hunc fámulum tuum (hanc fámulam tuam), in ténera ætátē languéntem: quátenus, vigóre sanitatis recépto, ad annórum pervéniat plenitúdinem, et tibi fidéle gratúmque obséquium indesinénter præstet ómnibus diébus vitæ suæ. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum: qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sǽcula sǽculórum. ℟. Amen.

Orémus

**Oratio**

**P**ater misericordiárum et Deus totius consolatiónis, qui, creatúræ tuæ multípli pietáte cónsulens, non solum ánimæ, sed ipsi cónpori curatiónis grátiam benígnus infúndis: hunc párvulum infírmum (hanc párvulam infirmam) a lecto ægritúdinis erígere, et Ecclésiæ tuæ sanctæ, suísque paréntibus incólumem restitúere dignérис; ut, cunctis prolongátæ sibi vitæ diébus, grátia et sapiéntia coram te et homínibus proficiens, in justitia et sanctitáte tibi sérviat, et débitas misericórdiæ tuæ réferat gratiárum actiόnes. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Orémus.

**Oratio**

**D**eus, qui miro órdine Angelórum ministéria hominúmque dispénsas: concéde propítius; ut, a quibus tibi ministrántibus in cælo semper assístitur, ab his in terra vita hujus púeri (puéllæ) muniátur. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Completa Oratione ultima, Sacerdos imponit dexteram manum super caput infirmi, et dicit:

Super ægros manus impónent, et bene habébunt. Jesus, Maríæ Fílius, mundi salus et Dóminus, méritis et intercessióne sanctórum Apostolórum suórum Petri et Pauli, et ómnium Sanctórum, sit tibi clemens et propítius. Amen.

Quod sequitur Evangelium, pro temporis opportunitate et pro ægrotantis pueri parentum desiderio, Sacerdotis arbitrio dici poterit.

℣. Dóminus vobíscum.

℟. Et cum spíritu tuo.

℣. ✕ Inítium sancti Evangélii secúndum Joánnem. ℟. Glória tibi, Dómine.

### Benedictio puerorum ægrotantium et vestis

Dum Sacerdos dicit *Initium, etc.*, facit signum crucis de more super se in fronte, ore et pectore; similiter super puerum infirmum, si non possit se signare.

**Joann. 1, 1-14**

**I**n princípio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum. Hoc erat in princípio apud Deum. Omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil, quod factum est; in ipso vita erat, et vita erat lux hóminum:et lux in ténebris lucet,et ténebræ eam non comprehendérunt. Fuit homo missus a Deo,cui nomen erat Joánnes. Hic venit in testimónium, ut testimónium perhibéret de lúmine, ut omnes créderent per ilium. Non erat ille lux, sed ut testimónium perhibéret de lúmine. Erat lux vera, quæ illúminat omnem hóminem veniéntem in hunc mundum. In mundo erat, et mundus per ipsum factus est, et mundus eum non cognóvit. In própria venit et sui eum non recepérint. Quotquot autem recepérint eum, dedit eis potestátem filios Dei fieri, his, qui credunt in nómine ejus: qui non ex sanguínibus, neque ex voluntáte carnis, neque ex voluntáte viri, sed ex Deo nati sunt. (*Hic genuflectitur.*) Et Verbum caro factum est, et habitávit in nobis:et vídimus glóriam ejus, glóriam quasi Unigéniti a Patre, plenum grátiae et veritátis.

**R.** Deo grárias.

Postea,benedicens puerum infirmum,subjungit,dicens:

Benedictio Dei omnipoténtis, Patris, et Fílii, **¶** et Spíritus Sancti,descéndat super te,et máneat semper.

**R.** Amen.

Deinde aspergat eum aqua benedicta.

¶ Si sint plures infirmi in eodem cubiculo vel loco, Preces et Orationes prædictæ dicuntur super eos in numero plurali.

49

### BENEDICTIO VESTIS in honorem Beatæ Mariæ Virginis

**V.** Adjutórium nostrum in nómine Dómini.

**R.** Qui fecit cælum et terram.

**V.** Dóminus vobíscum. **R.** Et cum spíritu tuo.

Orémus.

**Oratio**

**B**éne **¶** dic, Dómine, vestem istam, in honórem et sub protectióne beatíssimæ Vírginis Mariæ suméndam: et præsta per invocatiónem sancti tui nóminalis; ut qui (quæ) eam indúerit, córporis sanitátem et ánimæ tutélam percípiat. Per Christum Dóminum nostrum. **R.** Amen.

Et aspergatur aqua benedicta.

BENEDICTIO VESTIS  
in honorem Beatæ Mariæ Virginis  
vel alicujus Sancti canonizati

V. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.

R. Qui fecit cælum et terram.

V. Dóminus vobíscum. R. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Oratio

Dómine Jesu Christe, qui pro nostra salúte suscípiens humánam natúram, te vestiménto carnis indúere dignátus es, benedictióne sancta béne ✕ dic istud vestiméntum, quod pro grátiis tibi exsolvéndis cum omni devotíone sanctóque voto, ac veneratíone beatíssimæ Vírginis Maríæ (*vel* Sancti (*vel* Sanctæ.) fámulus tuus (fámula tua) super se susceptúrus (-a) est: infúnde in eum (eam) quæsumus, tuam sanctam bene ✕ dictíonem; ut, cum primum induérit hoc religlónis símile vestiméntum, intecédente beatíssima Vírgine María (*vel* Sancto N. *vel* Sancta N.) descéndat super eum (eam) grácia tua et prótegat eum (eam) ab omni malo mentis et córporis: Qui vivis et regnas in sǽcula sǽculórum.

R. Amen.

Et aspergatur aqua benedicta.

BENEDICTIO CINGULI  
in honorem Domini nostri Jesu Christi

V. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.

R. Qui fecit cælum et terram.

V. Dóminus vobíscum. R. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Oratio

Deus, qui, ut servum redimeres, Fílium tuum permnanus impiórum ligári voluísti: béne ✕ dic quæsumus, cíngulum istud; et præsta, ut fámulus tuus, qui (fámula tua, quæ) eo véluti sui córporis pœnitentiáli ligámine cingétur, vinculórum ejúsdem Dómini nostri Jesu Christi perpétuus exsístat amátor (perpétua exsístat amátrix), tuísque semper obséquiiis se alligátum (-am) esse cognóscat. Per eúmdem Dóminum. R. Amen.

Et aspergatur aqua benedicta.

52

BENEDICTIO CINGULI  
in honorem Beatae Mariæ Virginia  
vel alicujus Sancti canonizati.

V. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.

R. Qui fecit cælum et terram.

V. Dóminus vobíscum. R. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Oratio

Dómine Jesu Christe, bene ✕ dic, quæsumus, hoc cíngulum, et præsta, ut, qui (quæ) illud gestáverit, beatíssimæ Vírginis Maríæ Matris tua (vel Sancti N., vel Sanctæ N.) protectíone munítus (-a) ab ómnibus periculis deféndi, atque ánimæ et córporis sanitátem percípere mereártur: Qui vivis et regnas in sǽcula sǽculórum. R. Amen.

Et aspergatur aqua, benedicta.

53

BENEDICTIO LINTEAMINUM  
PRO INFIRMIS

V. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.

R. Qui fecit cælum et terram.

V. Dóminus vobíscum. R. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Oratio

Dómine Jesu Christe, qui per tactum fímbrium vestimentórum tuórum mulíerem fluxu sanguinis laborántem, aliósque passim infírmos sanáre dignátus es, et per sudária, et semicíncitia Apóstoli tui Pauli languóres et spíritus nequam ab infirmis eádem virtúte fugásti: præsta. quæsumus; ut qui his vestíméntis, velis, et linteamínibus, quæ in tuo nómine bene ✕ dícimus, indúti vel opérти fúerint, sanitátem mentis et córporis percípere mereántur: Qui vivis et regnas in sǽcula sǽculórum.

R. Amen.

Et aspergantur aqua benedicta.

## BENEDICTIO LECTICÆ PRO INFIRMIS

V. Adjutórium nostrum in nōmine Dómini.

R. Qui fecit cælum et terram.

V. Dóminus vobíscum. R. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Oratio

**D**ómine Jesu Christe, Fílii Dei vivi, dum peregrinabáris in terris, pertransíbas benefaciéndo, et sanándo omnem languórem et omnem infirmitátem in pópolis, quique hóminem paralyticum, jacéntem in lecto, ad salútem mentis et corpóris restituísti; respice, quásumus, ad fidem et ad sensus commiseratiónis servórum tuórum, qui animáti spíritu veræ caritátis, qua tu eis exémplo præivísti, et quam in præcéptum traduxísti, vehículum hoc, ad instar léctuli artificióse éxstrui voluerunt eo fine, ut ad locum curatiónis vel aptíssime deférri possint quicúmque, aut vulnéribus sint affécti, aut quavis infirmitáte detineántur. Aegrótis ígitur, qui hoc componúntur vehículo, quod nunc in tui nóminis virtúte bene ✕ dícimus, esto, mitíssime Jesu, in itínere solátium, in periculis tutámen, in dolóribus refrigérium. Præsta, ut iidem, tuis Angelis comítantibus, ad curatiónis sedem tranquillo cursu pervéniant, ibique prístinam sanitátem recúperent, eáque, te miseránte, per intercessiónem sanctíssimæ tuæ Matris Maríæ, percépta, abeúntes in domos suas, honoríficent te Deum verum: Qui cum Patre et Spíritu Sancto vivis et regnas in sǽcula sǽculórum. R. Amen.

Et aspergatur aqua benedicta

## BENEDICTIO VINI PRO INFIRMIS

V. Adjutórium nostrum in nōmine Dómini.

R. Qui fecit cælum et terram.

V. Dóminus vobíscum. R. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Oratio

**D**ómine Jesu Christe, Fílii Dei vivi, qui in Cana Galilææ ex aqua vinum fecísti: bene ✕ dícere et sancti ✕ ficáre dignéris hanc creatúram vini, quam ad sustentatióne servórum tuórum tribuísti; ut ubicúmque fusum fúerit, vel a quólibet potátum, divína opuléntiæ tuæ bene ✕ dictiōne repleátur.

**O**mniópotens sempitérne Deus, salus ætérrna credéntium, exáudi nos pro fámulo tuo infírmῳ (fámula tua infírma, seu fámulis tuis infírmis) pro quo (qua seu quibus) misericórdiæ tuæ implorámus auxílium: ut, réddita sibi sanitáte, gratiárium tibi in Ecclésia tua referat (-ant) actiōnes. Per Christum Dóminum nostrum. R. Amen.

Et aspergatur vinum aqua benedicta.

56

## BENEDICTIO CUJUSCUMQUE MEDICINÆ

℣. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.

℟. Qui fecit cælum et terram.

℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Oratio

**D**eus, qui mirabíliter hóminem creásti, et mirabílius reformásti, qui váriis infirmitátibus, quibus detinéatur humána mortálitas, multíplici remédio succúrrere dignátus es: propítius esto invocatiónibus nostris, et sanctam tuam de cælis bene ✕ dictióнем super hanc medicínam infúnde, ut ille, qui eam súmpserit (illi, qui earn súmpserint), sanitátem mentis et cóporis percípere mereátur (-ántur). Per Christum Dóminum nostrum. ℟ Amen.

Et aspergatur aqua benedicta.

57

## BENEDICTIO PANIS ET PLACENTARUM

℣. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.

℟. Qui fecit cælum et terram.

℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Oratio

**D**ómine Iesu Christe, panis Angelórum, panis vivus, et ætérnæ vitæ: bene ✕ dícere dignáre panem istum, sicut benedixísti quinque panes in desérto: ut omnes ex eo digne gustántes, inde cóporis et animæ desiderábilem percípiant sanitátem: Qui vivis et regnas in sæcula sæculórum.

℟ Amen.

Et aspergatur aqua benedicta.

58

## BENEDICTIO CEREVISIÆ

℣. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.

℟. Qui fecit cælum et terram.

℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Oratio

**B**éne ✕ dic, Dómine, creatúram istam cerevísiae, quam ex ádipe fruménti prodúcere dignátus es: ut sit remédium salutáre humáno géneri; et præsta per invocatónem nóminalis tui sancti, ut, quicúmque ex ea biberint, sanitátem cóporis, et ánime tutélam percípiant. Per Christum Dóminum nostrum.

℟ Amen.

Et aspergatur aqua benedicta.

## BENEDICTIO CASEI VEL BUTYRI

℣. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.

℟. Qui fecit cælum et terram.

℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Oratio

**D**ignáre, Dómine Deus omnípotens, bene ✕ dícere, et sancti ✕ ficáre hanc creatúram cásei (*vel* butýri), quam ex ádipe animálium prodúcere dignátus es: ut, quicúmque ex pópolis tuis fidélibus de eo coméderint, omni benedictióne cælesti, et grátia tua saturáti, repleántur in bonis. Per Christum Dóminum nostrum. ℟ Amen.

Et aspergatur aqua benedicta.

## BENEDICTIO LARIDI

℣. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.

℟. Qui fecit cælum et terram.

℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Oratio

**B**éne ✕ dic, Dómine, creatúram istam láridi, ut sit remédium salutáre géneri humáno: et præsta per invocatiónem tui sancti nómínis; ut, quicúmque ex eo súmpserint, cóporis sanitátem et ánimæ tutélam percípiant. Per Christum Dóminum nostrum.

℟ Amen.

Et aspergatur aqua benedicta,

## BENEDICTIO VOLUCRUM

℣. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.

℟. Qui fecit cælum et terram.

℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Oratio

**D**eus, univérsæ cónditor natúræ, qui inter céteras diversárum creatúram spécies, pro humáni géneris usu étiam volatílium genus ex aqua prodúcere dignátus es; de quibus Noe ex arca egrédiens holocáustum tibi plácitum óbtulit; et qui pópolo tuo ex Ægýpto edúcto per Móysen servum tuum, munda ab immúndis ségregans, ut de iis éderent, præcéptum dedísti: te súpplices rogámus, ut has mundárum ávium carnes bene ✕ dícere et sancti ✕ ficáre dignérис; ut, quicúmque ex iis coméderint, benedictiónis tuæ abundántia repleántur, et ad ætérnæ vitæ pascua perveníre mereántur. Per Christum Dóminum nostrum. ℟ Amen.

Et aspergantur aqua benedicta.

62

## BENEDICTIO APUM

℣. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.

℟. Qui fecit cælum et terram.

℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Oratio

**D**ómine Deus omnípotens, qui creásti cælum et terram, et ómnia animália super ea et in eis exsisténtia, ut eis uteréntur hómines; quique jussísti per minístros sacrosánctæ Ecclésiæ céreos ex opéribus apum edúctos m templo, dum sacrum peragitur ministérium, in quo conficitur et súmitur sacrosánctum Corpus et Sanguis Jesu Christi Fílii tui, accéndi; descéndat tua sancta bene ✕ díctio super has apes et haec alvearia; ut multiplicent, fructíficent et conservéntur ab ómnibus malis, ita ut fructus ex eis proveniéntes ad laudem tuam, Fílii et Spíritus Sancti, beatissimæque Vírginis Maríæ dispenséntur. Per eúmdem Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Et aspergantur aqua benedicta.

63

## BENEDICTIO BOMBYCUM

℣. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.

℟. Qui fecit cælum et terram.

℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Oratio

**D**eus, ómnium creator et rector, qui in animalium creatione similis suæ speciei propagandæ virtutem contuiisti, quæsumus, ut hæc bombycum semina bene ✕ dicere, fovere ac multiplicare tua pietate digneris, ut sancta altaria tua, eorum operibus adornata, et fideles tui eisdem fulgentes, te, uti bonórum ómnium largitorem, toto corde glorificant: Qui cum Unigenito tuo et Spíritu Sancto vivis et regnas in sǽcula sǽculórum. ℟. Amen.

Et aspergantur aqua benedicta.

64

## BENEDICTIO PECORUM ET ARMENTORUM

℣. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.

℟. Qui fecit cælum et terram.

℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Oratio

**D**ómine Deus, rex cæli et terræ, Verbum Patris per quod ómnia facta sustentatióni nostræ trádita sunt, respice, quæsumus, humilitátem nostram: et sicut nostris labóribus et necessitatibus subventióne tribuisti, ita tua benigníssima miseratióne, ac cælesti benedictióne, hæc pécora et arménta (hoc pecus et arméntum) bene ✕ dicere, tuéri, et custodire, ac fámulis tuis cum temporáli provéntu grátiam perpétuam largíri dignérис; ut cum gratiárum actiōne nomen sanctum tuum laudéatur et glorificéatur: Qui vivis et regnas cum Deo Patre in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sǽcula sǽculórum. ℟. Amen.

## Appendix

In nōmine Patris, et Fīlli, **✚** et Spíritus Sancti.

**R**. Amen.

Et aspergantur aqua benedicta.

65

### BENEDICTIO EQUORUM ALIORUMVE ANIMALIUM

**V**. Adjutórium nostrum in nōmine Dómini.

**R**. Qui fecit cælum et terram

**V**. Dóminus vobiscum. **R**. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Oratio

**D**eus, refúgium nostrum, et virtus: adésto piis Ecclésiae tuæ précibus, auctor ipse pietatis, et præsta; ut, quod fidéliter pétimus, efficáciter consequámur. Per Christum Dóminum nostrum.  
**R**. Amen.

Orémus.

Oratio

**O**mnipotens sempitérne Deus, qui gloriósum beátum Antónium, váriis tentatióibus probátum, inter mundi hujus túrbines illáesum abíre fécisti: concéde fámulis tuis; ut et præcláro ipsius proficiámus exémplo, et a præséntis vitæ periculis ejus méritis intercessióne liberémur. Per Christum Dóminum nostrum. **R**. Amen.

Orémus.

Oratio

**B**ene **✚** dictionem tuam, Dómine, hæc animália accípiant: qua córpore salvéntur, et ab omni malo per intercessiónem beáti Antónii liberéntur. Per Christum Dóminum nostrum. **R**. Amen.  
Et aspergantur aqua benedicta.

66

### BENEDICTIO ANIMALIUM gravi infirmitate laborantium

Sacerdos superpelliceo et stola violacea indutus, dicit:

**V**. Adjutórium nostrum in nōmine Dómini.

**R**. Qui fecit cælum et terram.

**V**. Dómine, non secúndum peccáta nostra fáciás nobis.

**R**. Neque secúndum iniquítátes nostras retríbuas nobis.

**V**. Hómines et juménta salvábis, Dómine.

**R**. Quemádmodum multiplicásti misericórdiam tuam., Deus.

**V**. Aperis tu manum tuam.

**R**. Et imples omne ánimál benedictióne.

**V**. Dómine, exáudi oratióne meam.

**R**. Et clamor meus ad te véniat.

**V**. Dóminus vobiscum. **R**. Et cum spíritu tuo.

### Alia benedictio animalium

Orémus.

Oratio

**D**eus, qui labóribus hóminum etiam de mutis animálibus solátia subrogásti: súpplices te rogámus ut, sine quibus non álitur húmana condítio, nostris fáciás úsibus non períre. Per Christum, Dóminum nostrum. **R**. Amen.

Orémus.

Oratio

**M**isericórdiam tuam, Dómine, súpplices exorámus, ut hæc animália, quæ gravi infirmitáte vexántur, in nómíne tuo atque tuæ bene **¶** dictiónis virtúte sanentur. Extinguátor in eis omnis diabólica potéstas; et ne ultérius ægrótent, tu eis, Dómine, sis defénsio vitæ et remédium sanitátis. Per Dómininum Jesum Christum, Fílium tuum: Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sǽcula sǽculórum. **R**. Amen.

Orémus.

Oratio

**A**verte, quáeumus, Dómine a fidélibus tuis cuncta propítius flagélla, et morbórum in animália sæviéntium depélle pernícier. ut quos mérito plectis dévios fóveas tua miseratióne corréctos. Per Christum, Dóminum nostrum. **R**. Amen.

Et aspergantur aqua benedicta.

67

### ALIA BENEDICTIO ANIMALIUM gravi infirmitate laborantium

**V**. Adjutórium nostrum in nómíne Dómini.

**R**. Qui fecit cælum et terram.

**V**. Dóminus vobíscum. **R**. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Oratio

**M**isericórdiam tuam, Dómine, supplices exorámus: ut hæc animália, Quae gravi infirmitáte vexántur, in nómíne tuo, atque tuæ bene **¶** dictiónis virtúte sanéntur. Exstinguátor in eis omnis diabólica potéstas; et ne ultérius ægrótent, tu eis, Dómine. sis defénsio vitæ, et remédium sanitátis. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum:

Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sǽcula sǽculórum. **R**. Amen.

Et aspergantur aqua benedicta.

68

### BENEDICTIO SALIS VEL AVENÆ pro animalibus

**V**. Adjutórium nostrum in nómíne Dómini.

**R**. Qui fecit cælum et terram.

**V**. Dóminus vobíscum. **R**. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Oratio

**D**ómine Deus, ómnium cónditor et conservátor, cujus in manu est ánima ómnis vivéntis, et spíritus univérsæ carnis: exáudi, quæsumus, tuórum fidélium preces et hanc creatúram salis (*vel avenæ*) tua bene ✕ dictióne, tuæque invísibilis operatiónis virtúte perfunde; ut animália, quæ necessitáibus humánis tribúere dignátus es, cum ex eo (*ea*) gustáverint, ab omni morbo illæsa reddántur, et a malígni spíritus incúrsu, te protegénte, custodiántur. Per Chrtstum Dóminum nostrum. **R**. Amen.

**E**t aspergatur aqua benedicta.

69

**BENEDICTIO STABULI**  
**equonim, boiim aliorumve armentorum**

**V**. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.

**R**. Qui fecit cælum et terram.

**V**. Dóminus vobíscum. **R**. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Oratio

**D**ómine Deus omnípotens, qui Fílium tuum unigénitum, Redemptórem nostrum, in stábulo nasci, et inter duo animália in præsépio reclinári voluísti: béne ✕ dic, quæsumus, hoc stáabulum, et defénde illud ab omni nequítia vel versútia diabólicae fraudis; ut juméntis, pecóribus, ceterísque animántibus efficiátur locus sanus, et ab omni impugnatióne secúrus. Et quóniam cognóvit bos possessórem suum, et ásinus præsépe dómini sui: misericórditer tríbue fámulis tuis, quos ad imáginem tuam creásti, paulo minus ab Angelis minuísti, et sub quorum pédibus subjecísti oves et boves univérsas, insuper et pécora campi; ne comparéntur juméntis insipiéntibus, et ne fiant sicut equus et mulus, quibus non est intelléctus; sed te solum Deum auctórem bonórum ómnium agnóscant, et in servitio tuo fidéles persevérant, quátenus de percéptis munéribus tibi grátias exhibéentes, beneficia potiéra percípere mereántur. Per eúmdem Christum Dóminum nostrum.

**R**. Amen.

**D**einde, si tunc in stabulo congregata sint animalia, addere potest Sacerdos squentes Orationes: Omnípotens sempitérne Deus, qui gloriósum, etc., et Benedictiōnem tuam, etc., uti supra in Benedictione equorum aliorumve animalium pag. 362

**P**ostea aspergat aqua benedicta stabulum et animalia.

70

**BENEDICTIO INSTRUMENTORUM**  
**AD MONTES CONCENDENDOS**

(Approbata a S. R. C. die 14 Octobris 1931)

**V**. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.

**R**. Qui fecit cælum et terram.

**V**. Dóminus vobíscum. **R**. Et cum spíritu tuo.

### Benedictio nosocomiorum

Orémus.

Oratio

**B**éne ✕ dic, quæsumus, Dómine, hos funes, báculos, rastros, aliáque hic præsentia instruménta; ut, quicúmque iis usi fúerint, inter árdua et montis abrúpta, inter glácies, nives et tempestátes ab omni casu et perículo præservéntur, ad cùlmina felíciter ascéndant, et ad suos incólumes reverténtur. Per Christum Dóminum nostrum. **R.** Amen.

Orémus.

Oratio

**P**rótege, Dómine, intercedénte beáto Bernárdo quem Alpium ícolis et viatóribus patrórum dedísti, hos fámulos tuos; ipsíisque concéde, ut, dum hæc concéndunt cùlmina, ad montem, qui Christus est, valeánt pervenire. Per eúmdem Christum Dóminum nostrum. **R.** Amen.  
**Et aspergantur aqua benedicta.**

71

## BENEDICTIO NOSOCOMIORUM ALIARUMQUE DOMORUM ÆGROTTIS CURANDIS

(Approbata a S.R.C. Die 18 Julii 1939)

**Antiphona:** Omnes male habéntes Christus curávit: ipse infirmitátes nostras accépit, et ægrotationes nostras portávit (**Matt. 8:17**)

### Psalmus 6

**D**ÓMINE, ne in furóre tuo árguas me, \*  
neque in ira tua corrípias me.

Miseré mei, Dómine: quóniam infirmus sum:  
\* sana me, Dómine, quóniam conturbáta sunt ossa mea.

Et ánima mea turbáta est valde: \* sed tu,  
Dómine, úsquequo?

Convrétere, Dómine, et eripe ániam meam: \*  
salvum me fac propter misericórdiam tuam.

Quóniam non est in morte qui memor sit tui: \*  
in inférno autem quis confitébitur tibi?

### Repetita Antiphona

**V.** Adjutórium nostrum in nómine Dómini.

**R.** Qui fecit cælum et terram.

**V.** Dóminus vobiscum. **R.** Et cum spiritu tuo.

Orémus.

Oratio

**D**eus qui mirabílitur hóminum creásti, et mirabílius reformásti, atque váriis infirmitatibus, quibus humána fragilitas detinétur, multíplici remédio succúrrere dignátus es; tuam sanctam

## Appendix

bene ✕ dictiōnem super hanc domum benignus infūnde , ut ægrorum, huc adveniētum, cōpori et ánimæ ipse mediáris, tua eos paténa pietatē custódias, ac post vitæ cursum ad gáudia tránsferas sempitérana. Per Christum Dóminum nostrum. Rx. Amen.

Orémus.

Oratio

**D**ómine Jesu Christ, infirmitatis nostræ solámen et salus qui Petri sorcum et Réguli filium a magnis fēribus liberásti, paralýticum roborásti, leprósos mundásti, Centuriónis sanásti, mulierem a fluxu sanguinis salvásti, ad piscinam jacéntem lánguidum erexísti, civitátes et castélla circúmiens omnem languórem et infirmitatēm curásti: bénē ✕ dic, quāsumus, et sancti ✕ fica domum istam; ut omnes infirmi hic moratúri, ab omni ægritudine leváti, mentis et cōporis sanitátē donáti, poténtiam tuam perpétuo váleant collaudáre. Qui vivis et regnas in sácula sáculórum. Rx. Amen.

Deinde aspergit praecipua nosocomii loca aqua benedicta et subjungit

V. Osténde nobis, Dómine, misericordiam tuam .

Rx. Et salutare tuum da nobis.

V. Dómine, exaudi oratiōnem meam.

Rx. Et clamor meus ad te véniat.

V. Dóminus vobíscum. Rx. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Oratio

**O**mnipotens sempitérne Deus, qui ægritudines animárum depéllis et cōporum, auxílli tui super infirmos osténde virtútem, ut ope misericordiæ tuæ ad omnia pietatis tuæ reparéntur officia

**C**oncéde nos fámulos tuos, quāsumus, Dómine Deus , perpétua mentis et cōporis sanitáte gaudére, et, gloriósa beatæ Maríæ semper Virginis intercessióne, a præsenti liberári tristitia et aeterna pérfrui lætitia.

**D**eus, qui nos miro Angelórum ministério custódis et gubérnas, huic quoque dómui Angelum tuum députa custódem, qui ab ea omnes repéllat potestátes; ut ægróti in ea jacéntes ab omni formídine et peturbatiōne protécti, prístinæ reddántur sanitati.

**D**eus, qui ineffábili providéntia beatum Joseph sanctissimæ Genetrícis tuæ Sponsum elígere dignátus es; præsta, quāsumus; ut quem protectórem venerámur in terris, intercessórem habére mereámur in cælis.

**D**eus, misericordiárum Pater, per mérita et intercessiónem Sanctórum Camílli et Joánnis de Deo, quos víscera misericordiæ indútus, infirmórum adjutóres et consolatóres effecísti: ægrótis in hac domo curándis propítius adésse dignérис; ut a cōporis languóribus erépti, áimi mœróribus subleváti , ad prístinam rédeant sanitatē et débitas misericordiæ tuæ gratiarum júgiter referánt actiones. Per Christum Dóminum nostrum. Rx. Amen.

## BENEDICTIO AD OMNIA

Hæc benedictionis formula adhiberi potest a quovis Sacerdote pro omnibus rebus, quarum specialis benedictio in Rituali Romano non habeatur.

℣. Adjutórium nostrum in nōmine Dómini.

℟. Qui fecit cælum et terram.

℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Oratio

**D**eus, cuius verbo sanctificántur omnia, bene ✠ dictiónem tuam effúnde super creatúram istam (creatúras istas): et præsta, ut quisquis ea (eis) secúndum legem et voluntátem tuam cum gratiárum actióne usus fuerit, per invocátionem sanctíssimi nóminis tui, córporis sanitátem et ánimæ tutélam, te auctóre, percípiat. Per Christum Dóminum nostrum.

℟. Amen.

Et aspergatur (vel aspergantur) aqua benedicta.

# BENEDICTIONES RESERVATÆ

## I: BENEDICTIONES FACIENDÆ AB ORDINARIO VEL AB EJUS DELEGATO

1

### BENEDICTIO AQUÆ

in Vigilia Epiphaniæ Domini

(Approbata a S.R.C. die 6 Dec. 1890)

Statuta hora Sacerdos celebrans (tenens mitram, si sit Episcopus, quam ad Preces deponit) cum Diacono et Subdiacono, ille pluviali, isti dalmatica et tunicella induiti albi coloris, praecedentibus Acolythis cum cereis accensis et Cruce (quae ponuntur ad loca sua) allisque de Clero, veniunt ad locum prope altare majus, ubi paratum est vas cum sale, et alveolus cum aqua.


Primum, omnibus genuflectentibus, dicuntur cum cantu Litaniæ Sanctorum.

ý-ri-e, e-lé-i-son. Chris-te, e-lé-i-son.


Ký-ri-e, e-lé-i-son. Chris-te, au-di nos.

Chris-te, ex-áu-di nos.

Appendix




**Pa - ter de cæ - lis,              De-us, mi-se-ré-re nobis.  
Fi - li, Red-émptor mundi, De-us, mi-se-ré-re nobis.  
Spí - ri - tus Sanc-te,              De-us, mi-se-ré-re nobis.  
Sanc-ta Trí - ni - tas, unus De-us, mi-se-ré-re nobis.**



**Sanc-ta Ma - ri - a,              o-ra pro no-bis.**


Sancta Dei Génetrix ,	ora.	Sancte Laurénti, ora.
Sancta Vírgo vírginum,	ora.	Sancte Vincénti, ora.
Sancte Michaël,	ora.	Sancti Fabiáne et Sebastiáne, oráte.
Sancte Gábriel,	ora.	Sancti Joánnes et Paule, oráte.
Sancte Ráphaél,	ora.	Sancti Cosma et Damiáne, oráte.
Omnes sancti Angeli et Archángeli, orate.		Sancti Gervásí et Protási, oráte.
Omnes sancti beatórum Spírituum órdines, orate.		Omnes sancti Mártires, oráte.
Sancte Joánnes Baptísta,	ora.	Sancte Silvéster, ora.
Sancte Joseph,	ora.	Sancte Gregóri, ora.
Omnes sancti Patriárchæ et Prophétæ, orate.		Sancte Ambrósí, ora.
Sancte Petre,	ora.	Sancte Augustíne, ora.
Sancte Paule,	ora.	Sancte Hierónyme, ora.
Sancte Andréa,	ora.	Sancte Martíne, ora.
Sancte Jacóbe,	ora.	Sancte Nicolæ, ora.
Sancte Joánnes,	ora.	Omnes sancti Pontífices et Confessóres, oráte.
Sancte Thoma,	ora.	Omnes sancti Doctóres, oráte.
Sancte Jacóbe,	ora.	Sancte Antóni, ora.
Sancte Philíppe,	ora.	Sancte Benedicte, ora.
Sancte Bartholomæe,	ora.	Sancte Bernárde, ora.
Sancte Matthæe,	ora.	Sancte Dominíce, ora.
Sancte Simon,	ora.	Sancte Francísce, ora.
Sancte Thaddæe,	ora.	Omnes sancti Sacerdótes et Levítæ, oráte.
Sancte Matthiá,	ora.	Omnes sancti Mónachi et Eremítæ, oráte.
Sancte Bárnaba,	ora.	Sancta María Magdaléna, ora.
Sancte Luca,	ora.	Sancta Agatha, ora.
Sancte Marce,	ora.	Sancta Lúcia, ora.
Omnes sancti Apóstoli et Evangelístæ,	oráte.	Sancta Agnes, ora.
Omnes sancti Discípuli Dómini,	oráte.	Sancta Cæcília, ora.
Omnes sancti Innocéntes,	oráte.	Sancta Catharína, ora.
Sancte Stéphane,	ora.	Sancta Anastásia, ora.
		Omnes sanctæ Vírgenes et Víduæ, oráte.
		Omnes Sancti et Sanctæ Dei, intercédite pro nobis.

Benedictio aquæ in Vigilia Epiphaniæ



**Pro-pí - ti - us es-to, par-ce no-bis, Dó-mi - ne.  
Pro-pí - ti - us es-to, ex - áu-di nos, Dó-mi - ne.  
Ab om-ni ma-lo, lí - be - ra nos, Dó-mi - ne.**

Ab omni peccáto,	líbera.	Per Advéntum tuum, líbera.
Ab ira tua,	líbera.	Per Nativitátem tuam, líbera.
A subítanea et improvísá morte,	líbera.	Per Baptísmum et sanctum Jejúnium tuum.
Ab insídiis diáboli,	líbera.	líbera.
Ab ira, et ódio, et omni mala voluntáte,	líbera.	Per Crucem et Passióinem tuam, líbera.
A spíritu fornicatiónis,	líbera.	Per Mortem et Sepultúram tuam, líbera.
A fúlgure et tempestáte,	líbera.	Per sanctam Resurrectiómem tuam, líbera.
A flagéllo terræmotus,	líbera.	Per admirábilem Ascensiómem tuam, líbera.
A peste, fame et bello,	líbera.	Per advéntum Spíritus Sancti Parácliti, líbera.
A morte perpétua,	líbera.	In die judicii, líbera.
Per mystérium sanctæ Incarnatiónis tuæ,	líbera.	



**Pec- ca-tó-res, te ro-gá-mus, audi nos.**

Ut nobis parcas, Te rogámus, audi nos.  
Ut nobis indúlgeas, te rogámus  
Ut ad veram pœniténtiam nos perdúcere dignérис, te rogámus  
Ut Ecclésiam tuam sanctam régere et conserváre dignérис, te rogámus  
Ut Domnum Apostólicum et omnes ecclesiásticos órdines in sancta religióne conserváre dignérис, te rogámus  
Ut inimícos sanctas Ecclésiæ humiliare dignérис, te rogámus  
Ut régibus et princípibus christiánis pacem et veram concórdiam donáre dignérис, te rogamus  
Ut cuncto pópulo christiáno pacem et unitátem largíri dignérис, te rogámus

Nunc Celebrans surgit, et gradatim elevando vocem, cantit:

Ut hanc aquam bene ✕ dicere dignérис, te rogámus.

Ut omnes errántes ad unitátem Ecclésiæ revocáre, et infidéles univérses ad Evangelíolum perdúcere dignérис, te rogámus  
Ut nosmetípos in tuo sancto servítio confortáre et conserváre dignérис, te rogamus  
Ut mentes nostras ad cælestia desidéria érigas, te rogámus  
Ut ómnibus benefactóribus nostris sempitérna bona retríbuas, te rogámus  
Ut ánimas nostras, fratrum, propinquórum et benefactórum nostrórum ab ætérrna damnatióne erípias, te rogámus  
Ut fructus terræ dare et conserváre dignérис, te rogamus  
Ut omnibus fidélibus defunctis réquiem ætérrnam donáre dignérис, te rogámus

Ut hanc aquam bene ✕ dicere et sancti ✕ ficare dignérис, te rogámus

Appendix

Cantores prosequuntur:

Ut nos exaudire digneris, te rogamus

Fili Dei, te rogamus.

**Ag-nus De-i, qui tol-lis pec-cá-ta mun-di,**  
**par-ce no-bis, Dó-mi-ne. Ag-nus De - i, qui**  
**tol-lis pec-cá-ta mundi, ex-áudi nos, Dó-mi-ne,**  
**Ag-nus De-i, qui tol-lis pec - cá - ta mun-di,**  
**mi-se-ré-re no-bis. Chris-te, au-di nos. Chris-te,**  
**ex-áu-di nos. Ký-ri-e, e-lé-i-son. Chris-te,**  
**e-lé-i-son. Ký-ri-e, e-lé-i-son.**

Celebrans canendo dicit: Pater noster, quod secreto prosequitur usque ad

℣. Et ne nos inducas in tentaciónem.

℟. Sed líbera nos a malo.

Deinde cantantur sequentes Psalmi.

Benedictio aquæ in Vigilia Epiphaniæ

**Psalmus 28**

VI

**Afférte Dó-mi-no, fí - li - i De - i: \* af-fér-te**

**Dó-mi-no fí - li - os a - rí - e-tum.**

Afférte Dómino glóriam et honórem, afférte  
Dómino glóriam nómini ejus: \* adoráte  
Dóminum in átrio sancto ejus.

Vox Dómini super aquas, Deus majestátis  
intónuit: \* Dóminus super aquas multas.

Vox Dómini in virtúte: \* vox Dómini in  
magnificéntia.

Vox Dómini confringéntis cedros: \* et  
confrínget Dóminus cedros Líbani. Et  
commínuet eas tamquam vítulum Líbani: \* et  
diléctus quemádmodum filius unicórnum.

Vox Dómini intercidéntis flammam ignis: \*  
vox Dómini concutiéntis désertum Cades.

Vox Dómini præparántis cervos, et revelábit  
condénsa: \* et in templo ejus omnes dicent  
glóriam.

Dóminus dilúvium inhabitáre facit: \* et sedébit  
Dóminus rex in æténum.

Dóminus virtútem pôpulo suo dabit: \*  
Dóminus benedícte pôpulo suo in pace.

Glória Patri.

Sicut erat.

**Psalmus 45**

**D**eus noster refúgium et virtus: \* adjútor in  
tribulatióibus quæ invenérunt nos nimis.

Proptérea non timébimus dum turbábitur terra: \*  
et transferéntur montes in cor maris.

Sonuérunt et turbátæ sunt aquæ eórum: \*  
conturbáti sunt montes in fortitudine ejus.

Flúminis ímpetus lætíficat civitátem Dei: \*  
sanctificávit tabernáculum suum Altíssimus.

Deus in médio ejus non commovébitur: \*  
adjuvábit eam Deus mane dilúculo.

Conturbátæ sunt Gentes, inclináta sunt regna: \*  
dedit vocem suam mota est terra.

Dóminus virtútum nobíscum: \* suscéptor noster  
Deus Jacob.

Veníte et vidéte ópera Dómini, quæ pósuit  
prodígia super terram: \* áuferens bella usque ad  
finem terræ.

Arcum cónteret et confrínget arma: \* et scuta  
combúret igni.

Vacáte et vidéte quóniam ego sum Deus: \*  
exaltábor in Géntibus, et exaltábor in terra.

Dóminus virtútum nobíscum: \* suscéptor noster  
Deus Jacob.

Glória Patri.

**Psalmus 146**

**L**audate Dóminum quóniam bonus est  
psalmus: \* Deo nostro sit júcunda decóraque;  
laudálio

Ædíficans Jerúsalem Dóminus: \* dispersiónes  
Israélis congregábit

Qui sanat contrítos corde: \* et álligat  
contritiónes eórum.

## Appendix

Qui númerat multitudinem stellárum :\* et ómnibus eis nómina vocat.  
Magnus Dóminus noster, et magna virtus ejus:\*

et sapiéntiæ ejus non est númerus.  
Suscípiens mansuétos Dóminus:\*

humilíans autem peccatóres usque ad terram.  
Præcínite Dómino in confessióne:\*

psállite Deo nostro in cíthara.  
Qui óperit cælum núbibus:\*

et parat terræ pluviam.

Qui prodúcit in móntibus fœnum:\*

et herbam servítuti hóminum.  
Qui dat Juméntis escam ipsórum:\*

et pullis corvórum invocántibus eum.  
Non in fortitudine equi voluntátem habébit:\*

nec in tíbiis viri beneplácitum erit ei.  
Beneplácitum est Dómino super timéntes eum:\*

et in eis qui sperant super misericórdia ejus.  
Glória Patri  
Sicut erat.

Deinde Celebrans canendo dicit:

### **Exorcismus**

**contra satanam et angelos apostaticos**

**E**xorcizámus te, omnis immúnde spíritus, omnis sátanica potéstas, omnis incúrsio infernális adversárii, omnis légio, omnis congregátio et secta diabólica, in nómine et virtúte Dómini nostri Jesu Christi, eradicáre et effugáre a Dei Ecclésia, ab ómnibus ad imáginem Dei cónditis ac pretiósó divíni Agni sanguíne redémptis . Non ultra áudeas, serpens callidíssime, decípere humánum genus, Dei Ecclésiam pérsequi, ac Dei eléctos excútere et cribráre sicut tríticum . Imperat tibi Deus altíssimus , cui in magna tua supérbia te símilem habéri adhuc præsúmis; qui omnes hómines vult salvos fieri, et ad agnitióne veritatis veníre. Imperat tibi Deus Pater . Imperat tibi Deus Fílius . Imperat tibi Deus Spíritus Sanctus . Imperat tibi majéstas Christi, æténum Dei Verbum caro factum , qui pro salúte géneris nostri tua invídia pérdati, humiliávit semetípsum factus obédiens usque ad mortem; qui Ecclésiam suam ædificávit supra firmam petram, et portas ínferi advérsus eam numquam esse prævalitúras edíxit et cum ea ipse permansúrus ómnibus diébus usque ad consummatiōnem sǽculi.

Imperat tibi sacraméntum Crucis , omniúmque christianæ fidei Mysteriów virtus . Imperat tibi excélsa Dei Génitrix Vírgo María , quæ superbíssimum caput tuum a primo instánti immaculátæ suæ conceptionis in sua humilitáte contrívit. Imperat tibi fides Sanctórum Apostolórum Petri et Pauli, et ceterórum Apostolórum . Imperat tibi Mártirum sanguis, ac pia Sanctórum et Sanctárum ómnium intercéssio .

Ergo, draco maledícte et omnis légio diabólica, adjurámus te per Deum vivum, per Deum verum, per Deum sanctum, per Deum, qui sic diléxit mundum, ut Fílium suum unigénitum daret, ut omnis qui credit in eum non pereat, sed hábeat vitam æternam; cessa decípere humánas creatúras, eisque æternæ perditionis venénum propináre: désine Ecclésiæ nocére, et ejus libertati láqueos injícere.

Vade, sátana, invéntor et magíster omnis fallaciæ, hostis humánæ salútis. Da locum Christo, in quo nihil invenísti de opéribus tuis; da locum Ecclésiæ, uni, sanctæ, cathólicæ, et apostólicæ, quam Christus ipse acquisívit sanguíne suo. Humiliáre sub poténti manu Dei; contremísce et éffuge, invocá a nobis sancto et terríbili nómíne Jesu, quem inferi tremunt, cui Virtútes et Potestátes et Dominationes subjécta sunt; quem Chérubim et Séraphim indeféssis vócibus laudant, dicéntes: Sanctus, Sanctus, Sanctus Dóminus Deus Sábaoth.

Postea a Cantoribus canitur:

Benedictio aquæ in Vigilia Epiphaniæ

Antiphona

VIII

Hô - di - e \* cæ - lés - ti spon - so junc - ta est  
Ecclé - si - a, quó - ni - am in Jor - dá - ne la - vit  
Chris - tus e - jus crí - mi - na: cur - runt cum mu - né -  
ri - bus Ma - gi ad re - gá - les núp - ti - as, et ex  
aqua facto vi - no læ - tántur con - ví - væ, al - le - lú - ja.

Canticum Zachariæ Luc. 1, 68-79

Be - ne - díc - tus Dó - mi - nus, De - us Is - ra - el, \* qui - a  
vi - si - tá - vit, et fe - cit redempti - ó - nem ple - bis su - æ:

Appendix

The musical notation consists of two staves of square neumes on four-line red staves. The first staff begins with a large square note, followed by a series of smaller notes. The second staff begins with a small note, followed by a series of notes. The lyrics are written below each staff.

**Et e-ré-xit cor-nu sa - lú - tis no - bis: \* in do-mo**  
**Da - vid, pú - e - ri su - i.**

Sicut locútus est per os sanctórum, \* qui a  
sáculo sunt, prophetárum ejus,  
Salútem ex inimícis nostris, \* et de manu  
ómnia qui odérunt nos.  
Ad faciéndam misericórdiam cum pátribus  
nostris; \* et memorári testaménti sui sancti.  
Jusjurándum quod jurávit ad Abraham patrem  
nostrum; \* datúrum se nobis,  
Ut sine timóre de manu inimicórum nostrórum  
liberáti; \* serviámus illi,  
In sanctítate, et justítia coram ipso; \* ómnibus  
diébus nostris.

Et tu, puer, Prophéta Altíssimi vocáberis; \*  
præibis enim ante fáciem Dómini, paráre vias  
ejus.  
Ad dandam sciéntiam salútis plebi ejus; \* in  
remissiónem peccatórum eórum.  
Per víscera misericórdiæ Dei nostri; \* in  
quibus visitávit nos óriens ex alto.  
Illumináre his, qui in tenébris et in umbra  
mortis sedent; \* ad dirigéndos pedes nostros in  
viam pacis.  
Glória Patri.

**Vel Canticum B. Mariæ Virg. Luc 1, 46-55**

The musical notation consists of three staves of square neumes on four-line red staves. The first staff begins with a large square note, followed by a series of smaller notes. The second staff begins with a small note, followed by a series of notes. The third staff begins with a small note, followed by a series of notes. The lyrics are written below each staff.

**Mag - ní - fi - cat \* á - ni - ma me - a Dó - mi - num:**  
**Et ex - sul - tá - vit spí - ri - tus me - us \* in De - o,**  
**sa - lu - tá - ri me - o.**

Quia respéxit humilitátem ancíllæ suæ: \* ecce  
enim ex hoc béatam me dicent omnes  
generatiónes.

Quia fecit mihi magna, qui potens est: \* et  
sanctum nomen ejus.

Et misericórdia ejus, a progénie in progénies: \*  
timéntibus eum.

Fecit poténtiam in bráchio suo: \* dispérsit  
supérbos mente cordis sui.

Depósuit poténtes de sede: \* et exaltávit  
húmiles.

Esuriéntes implévit bonis: \* et dívites dimísit  
inánes.

### Benedictio aquæ in Vigilia Epiphaniæ

Suscépit Israël puerum suum: \* recordátus misericórdiæ suæ. Glória Patri, et Fílio, \* et Spirítui Sancto. Sicut erat in princípio, et nunc, et semper, \* et in sæcula sæculórum. Amen.

Sicut locútus est ad patres nostros: \* Abraham, et sémini ejus in sæcula.

Et repetitur Antiphona.

Deinde Celebrans canit ut sequitur:

℣. Dóminus vobíscum. ℥. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Oratio

**D**eus, qui hodiérna die Unigénitum. tuum Géntibus stella duce revelásti: concéde propítius; ut, qui jam te ex fide cognóvimus, usque ad contemplándam spéciem tuæ celsitúdinis perducámur. Per eúmdem Dómnum. ℥. Amen.

Postea benedit aquam:

℣. Adjutórium nostrum in nōmine Dómini.

℟. Qui fecit cælum et terram.

### **Exorcismus salis**

**E**xorcízo te, creatúra salis, per Deum ✕ vivum, per Deum ✕ verum, per Deum ✕ sanctum, per Deum qui te per Deum prophétam in aquam mitti jussit, ut sanarétur sterilitas aquæ: ut efficiáris sal exorcizátum in salútem credéntium; et sis ómnibus suméntibus te sánitas ánimæ et córporis; et effúgiat, atque discédat a loco, in quo aspérsus fúeris, omnis phantásia, et nequítia, vel versútia diabólicæ fraudis, omnísque spíritus immundus, adjurátus per eum, qui ventúrus est judicáre vivos et mórtuos et sǽculum per ignem. ℥. Amen.

Orémus.

Oratio

**I**mménsam cleméntiam tuam, omnípotens ætére Deus, humíliter implorámus, ut hanc creatúram salis, quam in usum géneris humáni tribuísti, bene ✕ dícere, et sancti ✕ ficáre tua pietáte dignéris: ut sit ómnibus suméntibus salus mentis et córporis; et quidquid ex eo tactum vel respérsus fúerit, cáreat omni immunditia, omníque impugnatióne spiritális nequítiae. Per Dóminum. ℥. Amen.

### **Exorcismus aquae**

**E**xorcízo te, creatúra aqua, in nōmine Dei ✕ Patris omnipoténtis, et in nōmine Jesu ✕ Christi Fílli ejus Dómmi nostri, et in virtúte Spíritus ✕ Sancti: ut fias aqua exorcizáta ad effugándam omnem potestátem inimíci, et ipsum inimícum eradicáre et explantáre váleas cum ángelis suis apostáticis, per virtútem ejúsdem Dómmi nostri Jesu Christi: qui ventúrus est judicáre vivos et mórtuos et sǽculum per ignem. ℥. Amen.

Orémus.

Oratio

**D**eus, qui ad salútem humáni géneris, máxima quæque sacraménta in aquárum substántia condidísti: adésto propítius invocatióibus nostris, et eleménto huic multímodis purificatióibus præparáto, virtútem tuæ bene ✕ dictiónis infúnde; ut creatúra tua mystériis tuis sérviens, ad

## Appendix

abigéndos dæmones, morbósque pelléndos, divinæ gratiæ sumat effectum; ut, quidquid in domibus vel in locis fidélium hæc unda respérserit, créat omni immunditia, liberétur a noxa: non illic résidet spíritus pestilens, non aura corrúmpens: discédat omnes insidiæ laténtis inimici: et si quid est, quod aut incolumitati habitantium invidet aut quiéti, aspersióne hujus aquæ effúgiat; ut salubritas per invocatióne sancti tui nōminis expetita ab omnibus sit impugnatióibus defénsa. Per Dóminum. Rx. Amen.

Hic ter mittit sal in aquam in modum crucis, dicendo semel sine cantu:

Commíxtio salis et aquæ páriter fiat. In nōmine Pa ✕ tris, et Fí ✕ lii, et Spíritus ✕ Sancti. Rx. Amen.

Deinde canit:

V. Dóminus vobíscum.

Rx. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Oratio

**D**eus, invictæ virtutis auctor, et insuperabiles imperii rex, ac semper magnificus triumphator: qui adversæ dominatiōnis vires réprimis: qui inimici rugientis sœvitiam superas: qui hostiles nequitias potenter expūgnas: te Dómine, trementes et súpplices deprecámur ac pétimus: ut hanc creatúram salis et aquæ dignanter aspicias, benignus illústres, pietatis tuæ rore sanctifices; ut, ubicumque fuerit aspersa, per invocatióne sancti nōminis tui, omnis infestatio immundi spíritus abigáatur, terrorque venenosi serpētis procul pellatur: et præsentia Sancti Spíritus nobis, misericordiam tuam poscentibus, ubique adesse dignetur. Per Dóminum ... in unitate ejusdem Spíritus. Rx Amen.


Expleta benedictione, per Celebrantem aspergitur populus aqua benedicta.

Tandem solemniter canitur Hymnus:


The musical notation consists of four horizontal lines representing a staff. The notes are represented by black squares. The lyrics are written below the staff in a bold, serif font. The lyrics are as follows:

Te De-um lau-dá - mus: \* te Dó - mi - num con - fi -  
té - mur. Te æ - té - num Pa - trem om - nis terra  
ve - ne - rá - tur. Ti - bi om - nes An - ge - li, ti - bi  
Cæ - li, et u - ni - vér - sæ Po - tes - tás - tes: Ti - bi  
Ché - ru - bim et Sé - ra - phim in - ces - sá - bi - li vo - ce

Benedictio aquæ in Vigilia Epiphaniæ



pro - clá - mant: Sanc-tus: Sanctus: Sanctus




Dó-mi-nus, De - us Sá - ba - oth. Ple - ni sunt cæ - li




et ter-ra ma - jes - tá - tis gló - ri - æ tu - æ.




Te glo - ri - ó - sus A-po - sto - ló - rum cho - rus,




Te Pro-phe - tár - um lau - dá - bi - lis nú - me - rus,



Te Már - ty - rum can - di - dá - tus laudat ex - ér - ci - tus.



Te per or - bem ter - rá - rum sanc - ta con - fi - té - tur



Ec - clé - si - a, Pa - trem immén - sæ ma - jes - tá - tis;

Vene-randum tu-um ve-rum et ú-ni-cum Fi-li-um;  
Sanctum quo-que Pa-rá-cli-tum Spí-ri-tum. Tu  
Rex gló-ri-æ, Chris-te. Tu Pa-tris sem-pi-tér-nus  
es Fi-li-us. Tu ad li-be-rán-dum sus-cep-tú-rus  
hó-mi-nem, non hor-ru-is-ti Vír-gi-nis ú-te-rum.  
Tu, de-vic-to mor-tis a-cú-le-o, a-pe-ru-is-ti  
cre-dén-ti-bus reg-na cæ-ló-rum. Tu ad déx-te-ram  
De-i se-des, in gló-ri-a Pa-tris. Ju-dex

Benedictio aquæ in Vigilia Epiphaniæ

cré-de - ris es-se ven-tú-rus. Te er-go quá-su-mus,  
tu - is fá-mu - lis súb-ve - ni, quos pre - ti - ó-so  
sán-gui - ne red-e-mís - ti. AE - té - na fac cùm  
Sanc-tis tu - is in gló - ri - a nu-me - rá - ri. Sal-vum  
fac pò - pu - lum tu - um, Dó - mi - ne, et bé - ne - dic  
he - re - di - tá - ti tu - æ. Et re - ge e - os, et  
ex - tól - le il - los us - que in æ - té - r - num. Per  
sín - gu - los di - es be - ne - dí - ci - mus te. Et

Appendix

laudá-mus no-men tu - um in sáe - cu - lum, et in  
sáe - cu - lum sáe - cu - li. Digná - re, Dó-mi-ne, di - e  
is-to si-ne peccá-to nos cus-to-dí-re. Mi-se-ré-re  
nostrí, Dó-mi - ne, mi-se-ré-re nostri. Fi - at mi-se-  
ri - cór - di - a tu - a, Dó-mi - ne, su-per nos, quemád-  
mo-dum spe-rá - vi-mus in te. In te, Dó - mi-ne,  
spe-rá - vi: non con-fún-dar in æ - térf - num.

℣. Dominus vobiscum. ℥. Et cum spiritu tuo.

Orémus.

Oratio

**D**eus, cuius misericórdiae non est númerus, et bonitatis infinítus est theasáurus: piísime Majestati tuæ pro collátis donis grátiás ágimus, tuam semper cleméntiam exorántes; ut, qui peténtibus postuláta concédis, eósdem non déserens, ad prémia futura dispónas. Per Christum Dóminum nostrum. ℥. Amen.

Tandum a Celebrante, si sit Episcopus, impertitur populo Benedictio: qua completa, omnes revertuntur, uti venerunt.

Aqua benedicta, ut supra, dispensatur fidelibus, ut ea devote utantur in eorum cubiculis, et etiam pro infirmis

## BENEDICTIO SOLEMNIOR CRUCIS

Paratis thure thuribuloque cum igne, et aqua benedicta, Sacerdos delegatus, super pelliceo, stola et pluviali rubri coloris indutus, stans dicit:

℣. Adjutórium nostrum in nōmine Dómini.

℟. Qui fecit cælum et terram.

℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Oratio

**B**éne ✕ dic, Dómine Jesu Christe, hanc Crucem, per quam eripuísti mundum a potestáte dæmonum, et superásti passióne tua suggestórem peccáti, qui gaudébat in prævaricatióne primi hóminis per ligni vétiti sumptiónem: Qui cum Deo Patre et Spíritu Sancto vivis et regnas in sæcula sæculórum. ℟. Amen.

Orémus.

Oratio

**R**ogámus te, Dómine sancte, Pater omnípotens, sempiterne Deus: ut dignérис bene ✕ dicere hoc signum Crucis, ut sit remédium salutare genéri humáno: sit soliditas fidei, profectus ac tutela contra saeva jácula inimicórum. Per Dóminum nostrum Iesum Christum, Fílium tuum: Qui tecum vivit et regnat in unitate Spíritus Sancti Deus.

Deinde dicit voce mediocri, extensis manibus ante pectus, præfationem.

℣. Per ómnia sæcula sæculórum.

℟. Amen.

℣. Dóminus vobíscum.

℟. Et cum spíritu tuo.

℣. Sursum corda.

℟. Habémus ad Dóminum.

℣. Grátias ágamus Dómino, Deo nostro.

℟. Dignum et justum est.

**V**ere dignum et justum est, æquum et salutare, nos tibi semper et ubique grátias ágere, Dómine sancte, Pater omnípotens, aetérne Deus: cuius sanctum ac terribile Nomen, inter céteras visíbiles creatúras, ligna quoque fructífera laudare ac benedícere non cessant: qui in figúram unigénitæ Sapiéntiæ tuae ligno vitæ a princípio paradísum voluptatis ornásti, ut ejúsdem fructu, sacro misterio, Protoparéntes nostri géneris mortem cavére, et vitam admonéres obtinére perpétuam: quique nos vétitæ arbóris attáctu justæ morti addíctos, ejúsdem coætérnæ tibi Sapiéntiæ, Dei et Dómini nostri Jesu Christi, innóxia morte ad vitam misericorditer revocare dignátus es: Te súpplices exorámus, ut hoc singulare signum, quod ad exemplum primi illius sacratissimi vexilli, quo pretiósio Fílii tui sanguine triumphásti, fidélium tuórum devotióne compáctum, erectúmque est, cælesti tua bene ✕ dictiōne sanctificare dignérис; ut ómnibus hic génum flecténtibus, ac tuae Majestati supplicántibus, lárgior et cordis compúnctio, et admissórum indulgentia concedátur, atque intercedénte ipsa victoriosissima unigéniti Fílii tui passióne, et tibi plácita postulare, et cítius váleant postuláta percípere. Da, quæsumus, clementissime Pater, in quo vivimus, movémur et sumus; ut, quóties triúmpham divinæ humilitatis, quæ supérbiam nostri hostis dejécit, óculis intuémur quotiesque mente recólimus, et contra hostem ipsum fidúciam fortitúdinis, et majórem

## Appendix

tibi devótæ humilitatis grátiam consequámur: quátenus in illo treméndo tuæ Majestatis exámine, cum pavéntibus eleméntis, cælorúmque commótis virtútibus, signum istud gloríficum redemptiónis nostræ apparúerit in cælo, ipsi de morte ad vitam transíre, ac perpétua beatæ resurrectiōnis vidére gáudia mereámur. **Quod sequitur, dicitur submissa voce legendo, it tamen, ut a circumstantibus audiri possit:** Per eúndem Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum: Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sácula sáculórum. **R.** Amen.

Orémus.

Oratio

**D**eus, qui beatæ Crucis patíbulum, quod prius erat sceléstis ad pœnam, convertísti redémpsis ad vitam: concéde plebi tuæ, ejus vallári præsídio, cuius est armáta vexíllo. Sit ei Crux fidei fundaméntum, spei suffrágium, in advérsis defénsio, in prósperis adjuvámen: sit ei in hostes victória, in civitáte custódia, in campis protéctio, in domo fultúra: ut per eam Pastor in futúro gregem consérvet incólumem, quæ nobis, Agno **†** vincénte, convérsa est in salútem. Per eúndem Dóminum nostrum Jesusm Christum, Fílium tuum: Qui cum Deo Patre vivis et regnas in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sácula sáculórum. **R.** Amen.

Orémus.

Oratio

**S**ancti **†** fica, Dómine Jesu Christe, signáculum istud passiōnis tuæ: ut sit inimícis tuis obstáculum, et credéntibus in te perpétuum efficiátur victoriæ vexíllo: Qui cum Deo Patre vivis et regnas in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sácula sáculórum. **R.** Amen.

Orémus.

Oratio

**D**ómine Deus omípotens, cui assístit exércitus Angelórum tremóre, quorum servítium spirituále, et ígneum esse cognóscitur: dignáre respicére, bene **†** dícere, et sancti **†** ficáre hanc creatúram incénsi, ut omnes languóres, omnésque infirmitátes, atque insídiæ inimíci, odórem ejus sentiéntes, effúgiant, et separéntur a plásmate tuo; ut numquam lædátur a morsu antíqui serpéntis, quod pretiósio Fílii tui ságuine redemísti. Per eúndem Christum Dóminum nostrum. **R.** Amen.

Quo facto, Sacerdos imponit thus in thuribulum. Deinde aspergit Crucem aqua benedicta, et mox eam incensat. Tunc dicit adhuc stans:

1. Si Crux sit ex ligno:

**S**anctificétur lignum istud in nómine Pa**†** tris, et Fí**†** lii, et Spíritus **†** Sancti: et benedictio illius ligni, in quo membra sancta Salvatóris suspénsa sunt, sit in isto ligno; ut orántes inclinantésque se propter Deum ante istam Crucem, invéniant córporis et ánimæ sanitátem. Per eúndem Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum: Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sácula sáculórum. **R.** Amen.

Tum Sacerdos, flexis ante Crucem genibus, ipsam devote adorat, et osculatur. Idem faciunt quicunque voluerint.

2. Si vero Crux sit ex metallo vel lapide:

**D**eus glóriæ, Deus excélse Sábaoth, fortíssime Emmánuel, Deus Pater veritátis, Pater sapiéntiæ, Pater beatitúdinis, Pater illuminatiōnis ac vigilatiōnis nostræ; qui mundum regis, qui cuncta regna dispónis, qui es bonórum collátor múnérum, et bonórum ómnium attribútor; cui omnes

### Benedictio tabernaculi

gentes, pópuli, tribus et linguæ sérviant; cui assístit ómnis Angelórum légio; qui largíris fámulis tuis fidem et laudem tui nóminalis, ut débita tibi obláa persolvant: cui prius fides offeréntium cómplacet, deinde sacrificátur oblátio: quæsumus exorábilem misericórdiæ tuæ pietátem, ut sanctí ✕ fices tibi hoc signum Crucis, et cónse ✕ cres, quod tota mentis devotióne famulórum tuórum religiosa fides constrúxit, trophæum scilicet victoriæ tuæ ac redemptiōnis nostræ, quod in amórem Christi triumphális glória consecrávit. Aspice hoc signum Crucis insuperáibile, per quod diábole exinanita est potéstas, mortálium restituta libertas: quæ licet fúerit aliquándo in pœnam, sed nunc versa est in honórem per grátiam, et quæ reos quondam puniébat supplício, nunc et nónios absolvit a débito. Et tibi quid per hoc placére pótuit, nisi id, per quod tibi plácuit nos redímere? Et nullum tibi débitum amplius munus est, quam quod tibi tunc cörperis dedicávit affixio: nec tibi est magis familiáris oblátio, quam quæ familiári mánuum tuárum extensiōne sacráta est. Illis ergo máníbus hanc crucem áccipe, quibus illam ampléxus es, et da sanctitáte illius hanc sanctí ✕ fica: et siicuti per illam mundus expiátus est a réatu, ita offeréntium famulórum tuórum ánimæ, devotissimæ hujus crucis mérito, omni cárēt perpertrato peccáto, et tuæ veræ Crucis obtéctu enitéscant succéssibus assíduis triumphatòres. Rádet hic únigeniti Fílii tui, Dómini nostri, splendor divinitatis in auro, émicet glória passiōnis ejus in ligno: in Cruce rútilet nostræ mortis redémptio; in crystálli splendóre vitæ nostræ purificatio. Sit suórum protéctio, spei certa fidúcia; eos simul cum gente et plebe fide confirmet, spei et pace consóciet: áugeat triúmphis, amplificet in secúndis, proficiat eis ad perpertuitátem témporis, ad vitam æternitatis, ut eos temporáli floréntes glória muniāt, et ad perpétuam redémptos corónam, ad regna cælestia poténti virtúte perdúcatur. Præsta per propitatiōnem sanguinis ejus, per ipsum datórem qui seípsum dedit redemptiōnem pro multis, qui se hóstiam pro delíctis offére dignátus est, qui exaltátus in ligno Crucis suæ principátus et potestátes humiliávit, qui tecum sidereo cónsiderat throno, indissolubili connexione Spíritus Sancti, per infinítā sæculórum sǽcula. Rx. Amen.

Tum Sacerdos flexis ante Crucem genibus ipsam devote adorat, et osculator. Idem faciunt quicumque voluerint.

3

## BENEDICTIO TABERNACULI SEU OSTENSORII

Pro Sanctissimo Sacramento  
Fidelium Venerationi Exponendo

V. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.

Rx. Qui fecit cælum et terram.

V. Dóminus vobíscum. Rx. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Oratio

Omnipotens sempiterne Deus, vásulum istud, pro Fílii tui Dómini nostri Jesu Christi Cörpore fidélium veneratiōni exponéndo fabrefactum, bene ✕ dicere et sancti ✕ ficare dignare: ut omnes, qui eúndem Unigénitum in hoc sáculo pio afféctu venerántur, et in futúro perpétuam pietatis suæ mercédem accípiant. Per eúndem Christum Dóminum nostrum. Rx. Amen.  
Et aspergatur aqua benedicta.

Appendix

4

BENEDICTIO CAPSARUM  
pro Reliquiis Sanctorum includendis

V. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.

R. Qui fecit cælum et terram.

V. Dóminus vobíscum. R. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Oratio

**B**éne ✕ dic, Dómine, cápsulam hanc Sanctórum tuórum Relíquiis condéndis præparátam; et præsta; ut, quicúmque eas pro mentis afféctu veneráti fúerint, ipsis Sanctis tuis intercedéntibus, ómnium suórum véniam obtíneat, et contra omnes adversítates tuo semper muniántur auxílio. Per Christum Dóminum nostrum. R. Amen.

5

BENEDICTIO VASORUM  
pro sacris Oleis includendis

V. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.

R. Qui fecit cælum et terram.

V. Dóminus vobíscum. R. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Oratio

**E**xáudi, Dómine, Pater clementíssime, preces nostras: et hæc purificánda vasa, Ecclésiæ tuæ sacri ministérii usui præparáta, bene ✕ dícere, et sancti ✕ cáre dignérис. Per Christum Dóminum nostrum. R. Amen.

Orémus.

Oratio

**O**mnipotens sempiterne Deus, a quo ómnia immunda purgántur, et in quo ómnia purgáta claréscunt: súpplices omnipoténtiam tuam invocámus; ut ab his vasis, quæ tibi offerunt fábuli tui, omnis spíritus immundus confúsus longe discédat, et per tuam bene ✕ dictiónem ad usum et ministérium Ecclésiæ tuæ sanctificáta permáneant. Per Christum Dóminum nostrum . R. Amen.

Et aspergantur aqua benedicta.

6

BENEDICTIO SACRORUM VASORUM  
aliorumque ornamentorum in genere

V. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.

R. Qui fecit cælum et terram.

V. Dóminus vobíscum. R. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Oratio.

**E**xáudi, Dómine, Pater clementissime, preces nostras: et hæc purificanda vasa et ornamenta sacri Altaris, atque Ecclésiae tuæ sacri ministérii úsui præparata, bene ✕ dícere, et sancti ✕ ficare dignérис. Per Christum Dóminum nostrum. **R.** Amen.

Orémus

Oratio

**O**mnipotens sempiterne Deus, a quo ómnia immunda purgántur, et in quo ómnia purgátur claréscunt: súpplices omnipoténtiam tuam invocámus; ut ab his vasis et ornaméntis, quæ tibi ófferunt fámuli tui, omnis spíritus immundus confúsus longe discédat, et per tuam bene ✕ dictiónem ad usum et ministérium sancti Altaris et Ecclésiae tuæ sanctificáta permáneant. Per Christum Dóminum nostrum. **R.** Amen.

Et aspergantur aqua benedicta.

7

## BENEDICTIO CAMPANÆ

quæ ad usum ecclesiæ benedictæ vel  
oratorii inserviat

(Approbata a S.R.C. die 22 Jan. 1908)

**V.** Adjutórium nostrum in nómine Dómini.

**R.** Qui fecit cælum et terram.

### Psalmus 50

**M**iserére mei, Deus, \* secúndum magnam misericordiam tuam.  
Et secúndum multitúdinem miseratiónum tuárum, \* dele iniquitátem meam.  
Amplius lava me ab iniquitáte mea: \* et a peccáto meo munda me.  
Quóniam iniquitátem meam ego cognósco: \* et peccátum meum contra me est semper.  
Tibi soli peccávi, et malum coram te feci: ut justificeris in sermónibus tuis, et vincas cum judicáris.  
Ecce enim in iniquitatibus concéptus sum: \* et in pecátis concépit me mater mea.  
Ecce enim veritátem dilexísti: \* incépta et occulta sapiéntiæ tuæ manifestásti mihi.  
Aspérges me hysópo, et mundábor: lavábis me, et super nivem dealbábor.  
Audítui meo dabis gáudiam et lætitiam: \* et exsultábunt ossa humilitáta.  
Avérte fáciam tuam a peccátis meis: \* et omnes iniquitátes meas dele.

Cor mundum crea in me, Deus: \* et spíritum rectum ínova in viscéribus meis.  
Ne projícias me a fácie tua: \* et spíritum sanctum tuum ne áuferas a me.  
Redde mihi lætitiam salutáris tui: \* et spíritu principáli confirma me.  
Docébo iníquos vias tuas: \* et ímpii ad te converténtur.  
Líbera me de sanguínibus, Deus, Deus salútis meæ: \* et exsultábit lingua mea justitiá tuam.  
Dómine, lábia mea apéries: \* et os meum annuntiábit laudem tuam.  
Quóniam si voluísse sacrificium, dedísssem útique: \* holocáustis non delectáberis.  
Sacrificium Deo spíritus contribulátus: cor contrítum, et humiliátum, Deus non despicies.  
Benígne fac, Dómine, in bona voluntáte tua Sion: \* ut ædificéntur muri Jerúsalem.  
Tunc acceptábis sacrificium justitiæ, oblatiōnes, et holocáusta: \* tunc impónent super altáre tuum vítulos.  
Glória Patri.

## Appendix

### Psalmus 53

**D**eus, in nōmine tuo salvum me fac: \* et in virtute tua júdica me.  
 Deus, exáudi orationem meam: \* áuribus pérçipe verba oris mei.  
 Quóniam aliéni insurrexérunt adversum me, et fortes quæsiérunt ánimam meam: \* et non proposuérunt Deum ante conspéctum suum.

Ecce enim Deus áduvat me: \* et Déminus suscéptor est ánimæ meæ.  
 Avérte mala inimícis meis: \* et in veritáte tua dispérde illos.  
 Voluntárie sacrificábo tibi, \* et confitébor nómini tuo, Dómine: quóniam bonum est:  
 Quóniam ex omni tribulatióne eripuísti me: \* et super inimícos meos dispéxit oculis meus.  
 Glória Patri.

### Psalmus 56

**M**iserére mei, Deus, miserére mei: \* quóniam in te confidit ánima mea.  
 Et in umbra alárum tuárum sperábo, \* donec tránseat iniquitas.  
 Clamábo ad Deum altíssimum: \* Deum qui benefécit mihi.  
 Misit de cælo, et liberávit me: \* dedit in opprórium conculcántes me.  
 Misit Deus misericórdiam suam, et veritátem suam, \* et eríput ánimam meam de médio catulórum leónum: dormívi conturbátus.  
 Fílii hóminum dentes eórum arma et saggítæ: \* et lingua eórum gládius acútus.  
 Exsaltáre super cælos, Deus: \* et in omnem terram glória tua.

Láqueum paravérunt péibus meis: \* et incuravérunt ánimam meam.  
 Fodérunt ante fáciem meam fóveam: \* et incídérunt in eum.  
 Parátum cor meum, Deus, parátum cor meum: \* cantábo, et psalmum dicam.  
 Exsúrge, glória mea, exsúrge, psaltérium et cíthara: \* exsúrgam dilúculo.  
 Confitébor tibi in pópolis, Dómine: \* et psalmum dicam tibi in géntibus:  
 Quóniam magnificáta est usque ad cælos misericórdia tua, \* et usque ad nubes véritas tua.  
 Exsaltáre super cælos, Deus: \* et super omnem terram glória tua.  
 Glória Patri.

### Psalmus 66

**D**eus misereátur nostri, et benedícat nobis: \* illúminet vultum suum super nos, et misereátur nostri.  
 Ut cognoscámus in terra viam tuam: \* in ómnibus géntibus salutáre tuum.  
 Confiteántur tibi pópuli, Deus: \* confiteántur tibi pópuli omnes.

Læténtrur et exsúltent gentes: \* quóniam júdicas pópulos in æquitáte, et gentes in terra dírigis.  
 Confiteántur tibi pópuli, Deus, confiteántur tibi pópuli omnes: \* terra dedit fructum suum.  
 Benedícat nos Deus, Deus noster, benedícat nos Deus: \* et métuant eum omnes fines terræ.  
 Glória Patri.

### Psalmus 69

**D**eus, in adjutórium meum inténde: \* Dómine: ad adjuvandum me festina.  
 Confundántur et revereántur, \* qui quærunt ánimam meam.

Avertántur retrórsum, et erubéscant, \* qui volunt mihi mala.  
 Avertántur statim erubscéntes, \* qui dicunt mihi: Euge, euge.

### Benedictio campanæ pro ecclesia

Exsultent et lætentur in te omnes qui querunt te,  
\* et dicant semper: Magnificetur Dóminus: qui  
diligunt salutare tuum.

Ego vero egénus, et pauper sum: \* Deus adjuva  
me.

Adjutor meus, et liberator meus es tu: \*  
Dómine, ne moreris.  
Glória Patri.

### **Psalmus 85**

**I**nclína, Dómine, auram tuam, et exaudi me: \*  
quóniam inops, et pauper sum ego.

Custodi ánimam meam, quóniam sanctus sum: \*  
salvum fac servum tuum, Deus meus sperántem  
in te.

Miserére mei, Dómine, quóniam ad te clamávi  
tota die: \* lætifica ánimam servi tui, quóniam ad  
te, Dómine, ánimam meam levávi.

Quóniam tu, Dómine, suávis, et mitis: \* et  
multæ misericordiæ ómnibus invocántibus te.

Auribus pércepe, Dómine, oratióne meam: \* et  
intende voci deprecationis meæ.

In die tribulatiónebus mei clamávi ad te: \* quia  
exaudisti me.

Non est símilis tui in diis, Dómine: \* et non est  
secúndum ópera tua.

Omnes gentes quascumque fecísti, vénient et  
adorábunt coram te, Dómine: \* et glorificabunt  
nomen tuum.

Quóniam magnus es tu, et fáciens mirabília: \* tu  
es Deus solus.

Deduc me, Dómine, in via tua, et ingrédiar in  
veritatem tua: \* lætetur cor meum ut tímear  
nomen tuum.

Confitébor tibi, Dómine, Deus meus, in toto  
corde meo, \* et glorificabo nomen tuum in  
æternum:

Quia misericordia tua magna est super me: \* et  
eru-isti ánimam meam ex inférno inferiori.

Deus, iniqui insurrexerunt super me, et  
synagoga poténtium quæsiérunt ánimam  
meam: \* et non proposuérunt te in conspectu  
tuo.

Et tu, Dómine, Deus miserátor et misericors, \*  
pátiens, et multæ misericordiæ, et verax.

Réspice in me, et miserére mei, \* da impérium  
tuum púero tuo: et salvum fac filium ancillæ  
tuæ.

Fac mecum signum in bonum, ut vídeant qui  
odérunt me, et confundantur: \* quóniam tu,  
Domine, adjuvisti me, et consolátus es me.

Glória Patri.

### **Psalmus 129**

**D**e Profundis clamávi ad te, Dómine: \*  
Dómine, exaudi vocem meam:

Fiant aures tuæ intendentes, \* in vocem  
deprecationis meæ.

Si iniquitatis observáveris, Dómine: \* Dómine,  
quis sustinébit?

Quia apud te propitatio est: \* et propter legem  
tuam sustinui te, Dómine.

Sustinuit ánima mea in verbo ejus: \* speravit  
ánima mea in Dómino.

A custódia matutina usque ad noctem: \* speret  
Israél in Dómino.

Quia apud Dóminum misericordia: \* et copiosa  
apud eum redemptio.

Et ipse redemit Israél, ex ómnibus iniquitatibus  
eius.

Glória Patri.

Kýrie, eléison.

Christe, eléison.

Kýrie, eléison.

Pater noster secreto usque ad

**V.** Et ne nos indúcas in tentatióne.

**R.** Sed libera nos a malo.

**V.** Sit nomen Dómini benedictum.

**R.** Ex hoc nunc et usque in sǽculum.

## Appendix

V. Dómine, exáudi oratióne meam.

R. Et clamor meus ad te véniat.

V. Dóminus vobíscum.

R. Et cum spíritu tuo

Orémus

Oratio

**D**eus, qui per beátum Móysen, legíferum fámulum tuum, tubas argéntreas fieri præcepísti, quibus, dum sacerdótes tempore sacrificii clangerent, sónitu dulcédinis pópulus móntus ad te adorándum fieret præparátus, et ad celebrándum conveníret: præsta, quássumus; ut hoc vásculum sanctæ tuæ Ecclésiæ præparátum, a Spíritu Sancto per nostræ humilitatis obséquium sancti ✠ ficétur, ut per illíus tactum et sónitum fidéles inviténtur ad sanctam Ecclésiam et ad præmíum supérnum. Et cum melódia illíus áuribus insonúerit populórum, crescat in eis devótio fidei, procul pellántur omnes insídiæ inimíci, fragor grándium, impetus tempestátus, temperéntur infésta tonítrua, prostérrat áreas potestátes déxtera tuæ virtútis: ut hoc audiéntes tintinnábulum contremíscant et fúgiant ante sanctæ Crucis vexíllum in eo depíctum. Quod ipse Dóminus noster præstáre dignétur, qui absórpta morte per patíbulum Crucis regnat in glória Dei Patris cum eódem Patre et Spíritu Sancto, per ómnia sǽcula sǽculórum. R. Amen..

Nunc officians ponit incensum in thuribulum et benedicit: et primum aqua de more (pag. 188) antea benedicta aspergit circumdendo campanam, choro dicente:

Aspérges me, Dómine hyssópo, et mundábor: lavábis me, et super nivem dealbábor.

Deinde incensat circumdando campanam, choro dicente:

Dirigiátur, Dómine, oráto mea: sicut incénsu in conspéctu tuo.

Officiens prosequitur:

Orémus.

Oratio

**O**mnipotens Dominátor, Christe, quo secúndum carnis assumptióne dormiénte in navi, dum obórtā tempéstas mare conturbáset, te prótinus excitáto et imperánte dissíluit: tu necessitatibus pópuli tui benígnus succúrre: tu hoc tintinnábulum Sancti Spíritus rore perfúnde: ut ante sónitum illíus semper fúgiat bonórum inimícus, inviténtur ad fidem pópulus christiánus, hostílis terreáturn exércitus, confortétur in Dómino per illud pópulus tuus convocátus, ac sicut Davídica cíthara delectátus désuper descéndat Spíritus Sanctus; atque ut Samuéle agnum lacténtem mactántem in holocáustum regis ætérnii impérii, fragor aurárum turbam répulit adversántium: ita, dum hujus vásculi sónitus transit per núbila, Ecclésiæ tuæ convéntum manus consérvet angélica, fruges credéntium, mentes et córpora salvet protéctio sempitérna. Per te, Christe Jesu, qui cum Deo Patre vivis et regnas in unitáte ejúsdem Spíritus Sancti Deus, per ómnia sǽcula sǽculórum. R. Amen. In honórem Sancti N. R. Amen.

Tum Officians producit super campanum benedictum signum crucis, et discedit cum Ministris.

Quod autem attinet ad ecclesiás consecratás, in benedictione signi vel campanæ curandum omnino est ut ab Episcopo vel a Sacerdote Apostolicum indultum habente servetur ritus Pontificalis Romani.

## BENEDICTIO CAMPANÆ

quæ tamen ad usum ecclesiæ vel oratorii  
non inserviat

V. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.

R. Qui fecit cælum et terram.

Septem Psalmi Miserére, etc., ut supra, (pag. 386)

Kýrie, eléison. Christe, eléison. Kýrie, eléison.

Pater noster **secreto usque ad**

V. Et ne nos inducas in tentatióne.

R. Sed líbera nos a malo,

V. Sit nómén Dómini benedictum.

R. Ex hoc nunc et usque in sǽculum.

V. Dómine, exáudi oratióne meam.

R. Et clamor meus ad te véniat.

V. Dóminus vobíscum. R. Et cum spíritu tuo.

Orémus..

Oratio

**O**mnípotens sempítérne Deus, qui rerum ómnium cursum in mundo ineffábili sapiéntia disposuísti: præsta, quæsumus; ut hoc vásculum ad actiόnum sériem indicándam destinátum, tuæ bene ✕ dictiόnis rore perfúndas, quo cuncta juxta órdinem fiant, et quævis inde maligni spíritus per turbatió arceátur. Per Dóminum. R. Amen.

Nunc Officians ponit incensum In thuribulum et benedicit: et primum aqua de more (pag. 188) antea benedicta aspergit circumeundo campanam, choro dicente:

Aspérges me, Dómine, hyssópo, et mundábor: lavábis me, et super nivem dealbábor.

Deinde incensat circumeundo campanam, choro dicente:

Dirigatur, Dómine, orátiō mea; sicut incénsu in conspéctu tuo.

Tum Officians producto super campanam signo crucis, discedit cum Ministris.

## BENEDICTIO TELEGRAPHI

Clerus, vel a proximiori ecclesia, vel ab aliquo allo loco ad hoc parato, procedit usque ad statlonem telegraphi, canendo vel reclando:

**Canticum Zachariæ**

Luc.i,68-79

**B**enedictus ✕ Dóminus Deus Israël, \* quia visitávit, et fecit redemptiόnem plebis suæ. Et eréxit cornu salútis nobis; \* in domo David púeri sui.

Sicut locútus est per os sanctórum, \* qui a sǽculo sunt, prophetárum ejus, Salútem ex inimícis nostris, \* et de manu ómnium qui odérunt nos.

## Appendix

Ad faciéndam misericórdiam cum pátribus nostris; \* et memorári testaménti sui sancti.  
 Jusjurándum quod jurávit ad Abraham patrem nostrum; \* datúrum se nobis,  
 Ut sine timóre de manu inimicórum nostrórum liberáti; \* serviámus illi,  
 In sanctítate, et justítia coram ipso; \* ómnibus diébus nostris.  
 Et tu, puer, Prophéta Altíssimi vocáberis; \*

præóbis enim ante fáciem Dómini, paráre vias ejus.

Ad dandam sciéntiam salútis plebi ejus; \* in remissióne peccatórum eórum.

Per víscera misericórdiæ Dei nostri; \* in quibus visitávit nos óriens ex alto.

Illumináre his, qui in tenébris et in umbra mortis sedent; \* ad dirigéndos pedes nostros in viam pacis.

Glória Patri.

Ibi Sacerdos delegatus intonat:

**Ant. IV E**

**Be-ne-díc-tus es, Dó-mi-ne, \* qui po-nis  
 nu-bem a-scén-sum tu-um: qui ám-bu-las su-per  
 pen-nas ven-tó-rum, qui fa-cis An-ge-lo-s tu-os  
 spí-ri-tus, et mi-ní-stros tu-os ig-nem u-rén-tem.**

Postea dicatur:

### Psalmus 103

**Bé-ne-dic, á-ni-ma me-a, Dó-mi-no: \* Dó-mi-ne,  
 De-us me-us, mag-ni - fi - cá-tus es ve - he - mén - ter.**

Confessióнем, et decórem induísti: \* amíctus lúmine sicut vestiménto :  
 Exténdens cælum sicut pellem: \* qui tegis in aquis superiéra ejus.  
 Qui ponis nubem ascénsu tuum: \* qui ámbulas super pennas ventórum.  
 Qui facis Angelos tuos, spíritus: \* et minístros tuos ignem uréntem.

Qui fundásti terram super stabilitátem suam: \* non inclinábitur in sǽculum sǽculi.  
 Abýssus sicut vestiméntum, amíctus ejus: \* super montes stabunt aquæ.  
 Ab increpatiōne tua fúgient: \* a voce tonítrui tui formidábunt.  
 Ascéndunt montes: et descéndunt campi \* in locum, quem fundásti eis.

### Benedictio telegraphi

Términum posuísti, quem non transgrediéntur: \* neque converténtur operíre terram.  
Qui emítis fontes in convállibus: \* inter médium móntium pertransíbunt aquæ.  
Potábunt omnes béstiae agri: \* expectábunt ónagri in siti sua.  
Super ea vólucres cæli habitábunt: \* de médio petrárum dabunt voces.  
Rigans montes de superióribus suis: \* de fructu óperum tuórum satiábitur terra:  
Prodúcens fœnum juméntis, \* et herbam servitúti hóminum.  
Ut edúcas panem de terra: \* et vinum lætíficit cor hóminis.  
Ut exhilaret fáciem in óleo: \* et panis cor hóminis confirmet.  
Saturabúntur ligna campi, et cedri Líbani, quas plantávit: \* illic pásseres nidificábunt.  
Heródii domus dux est eórum: \* montes excélsi cervis: petra refúgium herináciis.  
Fecit lunam in témpora: \* sol cognóvit occásum suum.  
Posuísti ténebras, et facta est nox: \* in ipsa pertransíbunt omnes béstiae silvæ.  
Cátuli leónum rugiéntes, ut rápiant, \* et quærant a Deo escam sibi.  
Ortus est sol, et congregáti sunt: \* et in cubílibus suis collocabúntur.  
Exíbit homo ad opus suum: \* et ad operatióñem suam usque ad vésperum.

Quam magnificáta sunt ópera tua, Dómine! \* ómnia in sapiéntia fecísti: impléta est terra possessióne tua.  
Hoc mare magnum, et spatiósum mánibus: \* illic reptília, quorum non est númerus.  
Animália pusilla cum magnis: \* illic naves pertransíbunt.  
Draco iste, quem formásti ad inludéndum ei: \* ómnia a te expéctant ut des illis escam in témpore.  
Dante te illis, cólligent: \* aperiénte te manum tuam, ómnia implebúntur bonitáte.  
Averténte autem te fáciem, turbabúntur: \* áuferes spíritum eórum, et deficient, et in púlverem suum reverténtur.  
Emíttes spíritum tuum, et creabúntur: \* et renovábis fáciem terræ.  
Sit glória Dómini in sǽculum: \* lætábitur Dóminus in opéribus suis.  
Qui réspicit terram, et facit eam trémere: \* qui tangit montes, et fúmigant.  
Cantábo Dómino in vita mea: \* psallam Deo meo, quándiu sum.  
Jucúndum sit ei elóquium meum: \* ego vero delectábor in Dómino.  
Deficiant peccátores a terra, et iníqui ita ut non sint: \* bénedic, ánima mea, Dómino.  
Glória Patri.  
Sicut erat.

**Ant.**

**Be-ne-díc-tus es, Dó-mi-ne, qui po-nis nu-bem**

**a-scén-sum tu - um: qui ámbu-las su-per pennas**

**ven-tó-rum, qui fa-cis An-ge-los tu-os spí-ri-tus,**

**et mi-ní-stros tu-os ig-nem u-rén-tem.**

## Appendix

Dinde dicit:

- V. Adjutórium nostrum in nōmine Dómini.  
 R. Qui fecit cælum et terram.  
 V. Dóminus vobíscum. R. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Oratio

**C**oncéde fámulos tuos, quásumus, Dómine Deus, perpétua mentis et córporis sanitáte gáudere: et gloriósa beatæ Maríæ semper Vírginis intercessióne, a præsenti liberári tristítia, et ætérrna pérfrui lætitia. Per Christum Dóminum nostrum. R. Amen.

Orémus..

Oratio

**D**eus, qui ámbulas super pennas ventórum, et facis mirabília solus: concéde, ut, cum per vim huic metállo índitam fulmíneo ictu celérius huc abséntia, et hinc álio præséntia transmittis; ita nos invéntis novis edócti, tua grátia opitulánte, prómptius et facílius ad te veníre veleámus. Per Christum Dóminum nostrum. R. Amen.

Et aspergit telegraphum aqua benedicta.

10

## BENEDICTIO SOLEMNIOR VIÆ FERRÆ ET CURRUUM

Clerus, vel a proximiori ecclesia, vel ab aliquo alio loco ad hoc parato, procedit usque ad stationem viae ferreae, canendi vel recitando:

### Antiphona

In viam pacis et prosperitatis dírigat nos omnípotens et misericors Dóminus: et Angelus Ráphaél comitétur nobíscum in via, ut cum pace salúte, et gáudio revertámur ad própria.

Canticum Zachariæ, ut supra, pag. 390 .

Ibi Sacerdos delegatus, repetita Antiphona, dicit:

Kýrie, élison. Christe, élison. Kýrie, élison.

Pater noster *secreto usque ad*

V. Et ne nos indúcas in tentatióñem.

R. Sed líbera nos a malo.

V. Salvos fac servos tuos.

R. Deus meus, sperántes in te.

V. Mitte nobis, Dómine, auxílium de sancto.

R. Et de Sion tuére nos.

V. Esto nobis, Dómine, turris fortitúdinis.

R. A fácie inimíci.

V. Nihil proficiat inimícus in nobis.

R. Et filius iniquitatis non appónat nocére nobis.

V. Benedíctus Dóminus die quotidie.

R. Prósperum iter fáciat nobis Deus salutárium nostrórum.

### Benedictio machinæ electricæ

V. Vias tuas, Dómine, demónstra nobis.  
R. Et sémitas tuas edóce nos.  
V. Utinam dirigántur viæ nostræ.  
R. Ad custodiéndas justificatiōnes tuas.  
V. Erunt prava in dirécta.  
R. Et áspera in vias planas.  
V. Angelis suis Deus mandávit de te.  
R. Ut custódiant te in ómnibus viis tuis.  
V. Adjutórium nostrum in nómíne Dómini.  
R. Qui fecit cælum et terram.  
V. Dómine, exáudi oratiōnem meam.  
R. Et clamor meus ad te véniat.  
V. Dóminus vobíscum. R. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Oratio

**O**mnípotens, sempiterne Deus, qui ómnia eleménta ad tuam glóriam, utilitatémque hóminum condidísti: dignáre, quásumus, hanc viam férream, ejúsque instruménta bene ✕ dícere, et benígna semper tua providéntia tuéri; ut, dum fámuli tui velóciter próperant in via, in lege tua ambulántes, et viam mandatórum tuórum curréntes, ad cælestem pátriam felíciter pervenire valeánt. Per Christum Dóminum nostrum. R. Amen.

Orémus.

Oratio

**P**ropitiáre, Dómine Deus, supplicatiōnibus nostris, et béne ✕ dic currus istos déxtera tua sancta, adjúnge ad ipsos sanctos Angelos tuos, ut omnes, qui in eis vehéntur, líberent et custódiant semper a periculis univérsis; et Quemádmodum viro Æthíopi super currum suum sedénti, et sacra eloquia legénti, per Levítam tuum Philíppum fidem et grátiam contulísti: ita fámulis tuis viam salútis osténde, qui tua grátia adjúti, bonísque opéribus júgiter inténti, post omnes viæ et vitæ hujus varietátes æterna gáudia conséqui mereántur. Per Christum Dóminum nostrum. R. Amen.

Deinde aspergit viam et currus aqua benedicta.

Post utramque Benedictionem dicitur Te Deum, cum Oratione Deus, cuius misericórdiæ, etc., ut intra, pag. 413.

11

## BENEDICTIO MACHINÆ AD EXCITANDAM LUCEM ELECTRICAM

Clerus, a proximiori ecclesia vel ab aliquo alio loco ad hoc parato, procedit usque ad stationem machinæ benedicendæ, canendo vel recitando:

**Canticum Zachariæ**

Luc. 1,68-79

**B**enedictus ✕ Dóminus Deus Israel, \* quia visitávit, et fecit redemptiōnem plebis suæ. Et eréxit cornu salútis nobis; \* in domo David púeri sui.

Sicut locútus est per os sanctórum, \* qui a sáculo sunt, prophetárum ejus, Salútem ex inimícis nostris, \* et de manu ómnium qui odérunt nos. Ad faciéndam misericórdiam cum pátribus nostris; \* et memorári testaménti sui sancti.

## Appendix

Jusjurandum quod juravit ad Abraham patrem nostrum; \* datum se nobis,  
 Ut sine timore de manu inimicorum nostrorum liberati; \* serviamus illi,  
 In sanctitate, et justitia coram ipso; \* omnibus diebus nostris.  
 Et tu, puer, Propheta Altissimi vocaberis; \* praebis enim ante faciem Domini, parare vias ejus.

ibi Sacerdos delegatus intonat:

**Ant. VI F**

Lux or - ta est \* ju - sto: rec - tis cor - de  
lae - ti - ti - a.

## Psalmus 96

Dó - mi - nus reg - ná - vit, ex - súl - tet ter - ra: \* læ - tén - tur  
in - su - læ mul - tæ.

Nubes et caligo in circuitu ejus: \* justitia, et judicium correxit sedis ejus.  
 Ignis ante ipsum praecedit, \* et inflammabit in circuitu inimicos ejus.  
 Illuxerunt fulgura ejus orbi terrae: \* vidit, et commota est terra.  
 Montes, sicut cera fluxerunt a facie Domini: \* a facie Domini omnis terrae.  
 Annuntiaverunt caeli justitiam ejus: \* et viderunt omnes populi gloriam ejus.  
 Confundantur omnes, qui adorant sculptilia: \* qui gloriabantur in simulacris suis.  
 Adorate eum, omnes angeli ejus: \* audivit, et

Ad dandam scientiam salutis plebi ejus; \* in remissionem peccatorum eorum.  
 Per viscera misericordiae Dei nostri; \* in quibus visitavit nos oriens ex alto.  
 Illuminare his, qui in tenbris et in umbra mortis sedent; \* ad dirigendos pedes nostros in viam pacis.  
 Gloria Patri.  
 Sicut erat.

laetata est Sion.  
 Et exultaverunt filiae Iudee, \* propter iudicia tua, Domine:  
 Quoniam tu Dominus Altissimus super omnem terram: \* nimis super exaltatus es super omnes deos.  
 Qui diligitis Dominum, odite malum: \* custodit Dominus animas sanctorum suorum, de manu peccatoris liberabit eos.  
 Lux orta est justus, \* et rectis corde laetitia.  
 Laetamini justi, in Domino: \* et confitemini memoriae sanctificationis ejus.  
 Gloria Patri.

Benedictio machinæ electricæ / Benedictio deprecatoria

**Antiphona**



**Lux or-ta   est ju - sto: rec - tis cor - de læ-tí - ti - a.**

V. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.

R Qui fecit cælum et terram.

V. Dómine, exáudi oratióñem meam.

R. Et clamor meus ad te véniat.

V. Dóminus vobíscum. R. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

**Oratio**

**C**oncéde nos fámulos tuos, quæsumus, Dómine Deus, perpétua mentis et cónporis sanitáte gaudére: et gloriósa beátæ Maríæ semper Vírginis intercessióne, a præsénti liberári tristitia, et ætérrna pérfrui lætitia. Per Christum Dóminum nostrum.

R. Amen.

Orémus.

**Oratio**

**D**ómine Deus omnípotens, qui es cónditor ómnium lúminum, béne ✕ dic hanc machínam ad lumen excitándum nótiter cónditam: et præsta: ut ad te, qui es lux indeficiens, post hujus sǽculi calíginer pervenire valeámus. Per Christum Dóminum nostrum. R. Amen.

Deinde aspergit machinam. aqua benedicta.

12

**BENEDICTIO DEPRECATORIA**  
**contra mures, locustas, bruchos, verities**  
**et alia animalia nociva**

Sacerdos delegatus, indutus superpelliceo et stola colori violacei, veniat ad agros, a locustis, bruchis vel aliis animalibus noxiis vexatos, et dicat:

**Antiphona** Exsúrge, Dómine, adjúva nos: et lébera nos propter nomen tuum.

**Ps. 43** Deus, áuribus nostris audívimus: patres nostri annuntiavérunt nobis. V. Glória Patri.  
Sicut erat.

Repetitur **Antiphona**; Exsúrge, etc.

V. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.

R. Qui fecit cælum et terram.

V. Dómine, exáudi oratióñem meam.

R. Et clamor meus ad te véniat.

V. Dóminus vobíscum. R. Et cum spíritu tuo.

## Appendix

Orémus.

Oratio

**P**reces nostras, quásumus, Dómine, cleménter exáudi: ut, qui juste pro peccátis nostris afflígimur, et hanc mūrium (*vel* locustárum *vel* bruchórum. *vel* vérmium, *sive* aliorum animalium) persecutióne pátimur, pro tui nóminalis glória ab es misericórditer liberémur; ut tua poténtia procul expúlsi (-æ) nulli nóceant, et campos, agrósque nostros in tranquillitáte, et quiéte dimittant, quátenus ex eis surgéntia et orta tuæ majestáti desérvant, et nostræ necessitáti subvéniant. Per Christum Dóminum nostrum. **R**. Amen.

Orémus.

Oratio

**O**mnipotens, sempitérne Deus, ómnium bonórum remunerátor, et peccatórum maximus miserátor, in cuius nóminali genuflectúntur, cælestia, terréstria, et infernália; tua poténtia nobis peccatóribus concéde; ut, quod de tua misericórdia confisi ágimus, per tuam grátiam efficácem cuius consequámur efféctum. quátenus hos (has) pestíferos (-as) mures (*vel* locústas, *vel* bruchos, *vel* vermes, *vel* alia animalia) per nos servos tuos maledicéndo maledícias, segregando séreges, exterminando extérmines; ut per tuam cleméntiam ab hac peste liberáti, gratiárum actiōnes majestáti tuæ lóbere referámus. Per Christum Dóminum nostrum.

**R**. Amen.

## Exorcismus

**E**xorcizo vos pestíferos (-as) mures (*vel* locústas, *vel* bruchos, *vel* vermes, *vel* alia animalia), per Deum **¶** Patrem omnipoténtem, per Jesum **¶** Christum Fílium ejus únicum, per Spíritum **¶** Sanctum ab utróque procedéntem, ut conféestim recedáti a campis et agris nostris, nec amplius in eis habitétis, sed ad ea loca transeáti, in quibus némini nocére possítis: pro parte omnipoténtis Dei, et totius cùriæ cælestis, et Ecclésiæ sanctæ Dei vos maledícens, ut, quocumque iéritis, sitis maledicti (-æ), denciéntes de die in diem in vos ipsos (ipsas), et decrescéntes; quátenus reliquiæ de vobis nullo in loco inveniántur, nisi necessáriæ ad salútem et usum humánum. Quod præstare dignétur, qui ventúrus est judicáre vivos et mórtuos, et sǽculum per ignem. **R**. Amen.

Postremo loca infecta aspergantur aqua benedicta.

13

## BENEDICTIO HABITUS CLERICALIS

Si quis militiæ clericalis candidatus, impetrata facultate induendi ejusdem ordinis habitum, ipsum petierit a Sacerdote benedici, Sacerdos delegatus habitum clericalem, quem induendus genuflexus brachiis sustentat, hac forma benedicat:

**V**. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.

**R**. Qui fecit cælum et terram.

**V**. Dóminus vobíscum. **R**. Et cum spíitu tuo.

Orémus.

Oratio

**D**ómine Jesu Christe, qui tegumen nostræ mortalitatis induere dignatus es, obsecrámus immensam tuæ largitatis abundantiam: ut hoc genus vestimenti, quod sancti patres ad innocentiae vel humilitatis indicium, deponentes ignominiam saecularis habitus, ferre sanxerunt, tu ita bene **¶** dicere digneris, ut hi famuli tui, qui hoc induiti fuerint (*vel* hic famulus tuus, qui hoc indutus fuerit) vestimento, te quoque induere mereantur (-atur), et tibi agnoscantur (-atur) esse dicati (-atus): Qui vivis et regnas Deus in sǽcula sæculórum. **R**. Amen. Deinde vestes seu vestem aspergat aqua benedicta.

## II. BENEDICTIONES FACIENDÆ A SACERDOTIBUS APOSTOLICUM INDULTUM HABENTIBUS

1

### BENEDICTIO CINGULORUM

**in honorem sancti Joseph Sponsi B. M. V.**

(Approbata a S. R. C. die 19 Sept. 1859)

Sacerdos qui ab Apostolica Sede privilegium obtinuerit benedicendi cingula in honorem S. Joseph Sponsi B. M. V., superpelliceo et stola alba indutus, dicit:

℣. Adjutórium nostrum in nōmine Dómini.

℟. Qui fecit cælum et terram.

℣. Dóminus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

Orémus.

Oratio

**D**ómine Jesu Christe, qui virginitatis consilium et amorem iingeris atque castitatem præcipis: oramus cleméntiam tuam, ut haec cingula castitatis tésseram bene ✕ dicere, et sancti ✕ ficare dignérис, ut, quicúmque pro castitate servanda illis præcincti fúerint, intercedente beato Joseph, sanctissimae Genitricis tuae sposo, gratam tibi continétiam, mandatorúmque tuorum obediétiam servent, atque véniam peccatórum suórum obtíneant, et sanitatem mentis et corporis percípiant, vitamque consequántur ætérnam: Qui vivis et regnas cum Deo Patre in unitate Spíritus Sancti Deus, per ómnia sácula sáculórum. ℟. Amen.

Orémus.

Oratio

**D**a, quæsumus, omnípotens æterne Deus: ut puríssimæ Vírginis Maríæ, ejúsque sponsi Joseph, integerrimam virginitatem venerantes, eórum intercessiónibus puritatem mentis et corporis consequámur. Per Christum Dómmum nostrum. ℟. Amen.

Orémus.

Oratio

**O**mnipotens sempiterne Deus, qui castissimo viro Joseph puríssimam Maríam semper Vírginem, et puerum Jesum commisisti; te súpplices exorámus; ut fidéles tui, qui his cíngulis in honorem, et sub protectióne ejúsdem sancti Joseph præcincti fúerint, te largiénte, et ipso intercéidente, in castitate semper devote persístant. Per eúmdem Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum: Qui tecum vivit et regnat in unitate Spíritus Sancti Deus, per ómnia sácula sáculórum. ℟. Amen.

Orémus.

Oratio

**D**eus, innocéntiae restitutor et amátor: quæsumus, ut fideles tui, qui haec cingula adhibúerint, intercéidente beato Joseph, sanctissimæ Genitricis tuae sposo, in lumbis suis sint semper præcincti, et lucernas ardentes gestent in manib⁹ suis; ac similes sint homínibus exspectantibus dóminum suum, quando revertátur a núptiis, ut, cum venérít et pulsáverit, conféstim apérian ei, et in ætérna gaudia recipi mereántur: Qui vivis et regnas in sácula sáculórum. ℟. Amen.

## Appendix

Deinde Sacerdos, imposito thure in thuribulo, aqua benedicta aspergit cingula, dicens: Aspéges me, Dómine, hyssópo et mundábor: lavábis me, ec super nivem dealbábor; postea incensat, et tandem dicit:

- V. Salvos fac servos tuos.  
R. Deus meus, sperántes in te.  
V. Mitte eis, Dómine, auxílium de sancto.  
R. Et de Sion tuére eos.  
V. Dómine, exáudi oratióne meam.  
R. Et clamor meus ad te véniat.  
V. Dóminus vobíscum. R. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Oratio

**D**eus misericors, Deus clemens, cui bona cuncta placent, sine quo nihil boni inchoátur, nihílque boni perficitur: adsint nostris humíllimis précibus tuæ pietatis aures, et fidéles tuos, qui in tuo sancto nómine cíngulo benedicto in honórem et sub protectióne sancti Joseph præcincti fúerint, a mundi impediménto, vel sæculári desidério défende; et concéde eis, ut in hoc sancto propósito devótí persístere, et remissióne percépta ad electórum tuórum váleant pervenire consórtium. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum; Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sǽcula sæculórum. R. Amen.

2

## BENEDICTIO LILIORUM in Festo S. Antonii Patavini Conf.

(Approbata a S. R. C. die 26 Febr. 1901)

Sacerdos facultatem habens ab Apostolica Sede concessam, superpelliceo et stola coloris albi indutus, illia benedicturus dicit:

- V. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.  
R. Qui fecit cælum et terram.  
V. Dóminus vobíscum. R. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Oratio

**D**eus, Creátor et Conservátor géneris humáni, sanctæ puritatis amátor, dator gratiæ spirituális, et largítor ætérnæ salútis, benedictióne tua sancta béne ✕ dic hæc lília, quæ pro gratiis exsolvéndis, in honórem sancti Antónii Confessóris tui súpplices hódie tibi præsentámus, et périmus benedíci. Infúnde illis salutári signáculo sanctíssimæ Cru ✕ cis rorem cælestem. Tu benigníssime, qui ea ad odóris suavitátem depellendásque infirmítates humáno úsui tribuísti, tali virtute reple et confírma; ut, quibuscúmque morbis adhíbita, seu in dómibus locísque pósita, vel cum devotióne portáta fúerint, intercéidente eódem fámulo tuo António, fugent dæmones, continéntiam salutárem indúcant, languóres avértant, tibique serviéntibus pacem et gratiā concílient. Per Christum Dóminum nostrum. R. Amen.

Deinde aspergit lilia aqua benedicta, interim dicens: Aspéges me, Dómine, hyssópo et mundábor: lavábis me, et super nivem dealbábor, ac postea subdit:

- V. Ora pro nobis, beáte Antóni.  
R. Ut digni efficiámur promissiónibus Christi.

Orémus.

Oratio

**S**ubvéniat plebi tuæ, quæsumus, Dómine, præclari Confessóris tui beáti Antónii devóta et jugis deprecáti; quæ in præsenti nos tua grátia dignos efficiat, et in futúro gáudia donet ætéra. Per Christum Dóminum nostrum. **R** Amen.

His dictis lilia distribuit.

3

**BENEDICTIO  
PUERORUM ET PUELLARUM  
in Festis piæ Unionis  
a Sancta Infantia nuncupatæ**

Sacerdos ex Apostolico indulto delegatus dicat:

**V.** Adjutórium nostrum in nómine Dómini.

**R**. Qui fecit cælum et terram.

**V.** Dóminus vobiscum. **R**. Et cum spiritu tuo.

Orémus.

Oratio

**Q**uæsumus, omnípotens Deus, púeris istis, pro quibus tuam deprecámur cleméntiam, bene **X** dícere dignáre: et per virtútem Sancti Spíritus corda eórum corróbora, vitam sanctifica, castimóniam prómove, sensus eórum bonis opéribus únice inténtos custódi, próspera tríbue, pacem. concéde, salútem confer, caritáatem largíre, et ab ómnibus diabólicis atque humánis insídiis tua protectiōne et virtúte semper defénde; ut, te miseránte, paradísi réquiem tandem felíciter assequántur. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Filium tuum: Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sǽcula sǽculórum. **R** Amen.

Orémus.

Oratio

**D**ómine Iesu Christe, qui párvulos tibi oblátos et ad te veniéntes complectebáris (**hic ponat manus super capita puerorum**), manúsque super illos impónens, eis benedicébas, dicens: Sínite párvulos venire ad me, et nolíte prohibére eos: tálum est enim regnum cælórum, et Angeli eórum semper vident fáciem Patris mei; résponce, quæsumus, ad puerórum et puellárum præséntium devotiónem, et benedictio tua copiosa super illos descéndat, ut in tua grátia et caritáte profícient, te sápiant, te díligant, te tímeant, mandáta tua custódiant, et ad exoptátum finem pervéniant, per te, Salvátor mundi, qui cum Patre et Spíritu Sancto vivis et regnas Deus in sǽcula sǽculórum. **R** Amen.

Benedictio Dei omnipoténtis, Patris, et Fílii, **X** et Spíritus Sancti, descéndat super vos, custódiat atque dírigat vos, et máneat semper vobíscum. **R** Amen.

Et aspergantur aqua benedicta.

## FORMULA BENEDICTIONIS PAPALIS CUM INDULGENTIA PLENARIA

**in fine concionum**

(Approbata a S. R. C. die 11 Maii 1911)

Si in Brevi edicitur, ut Benedictio cum indulgentia plenaria in fine concionum a Sacerdote populo impertiatur cum Crucifixo, juxta ritum formulamque præscriptam, fiat unicum signum crucis cum Crucifixo, adhibita formula:

**B**enedictio Dei omnipoténtis, Patris, et Fílii,  et Spíritus Sancti, descéndat super vos, et máneat semper.

**R**. Amen.

## FORMULA BREVIOR BENEDICTIONIS PAPALIS CUM INDULGENTIA PLENARIA

**pro Tertiariis sæcularibus  
speciale indultum habentibus**

Si hæc indulgentia immediate post sacramentalem absolutionem impertiatur, et adjuncta vetent integrum adhibere formulam in hoc Rituali Romano (pag. 227) præscriptam, Sacerdos, reliquis omissis, dicere poterit:

**A**uctoritaté a Summis Pontificibus mihi concéssa plenáriam ómnium peccatórum tuórum indulgentiam tibi impértilor. In nómne Patris, et Fílii,  et Spíritus Sancti.

**R**. Amen.

# BENEDICTIONES PROPRIÆ

**nonnullorum Ordinum Regularium  
seu Congregationum religiosarum  
a Sacerdotibus  
Apostolicum indultum habentibus  
adhibendæ**

## 1 RITUS ERIGENDI STATIONES VIÆ CRUCIS

### Proprius Ordinis Minorum

Sacerdos, superpelliceo et stola violacei coloris indutus, uno saltem Clerico adhibito, qui ei opportuno tempore porrigerere possit vasculum aquæ benedictæ cum aspersorio, et thuribulum cum incensi navicula, ascendit Altare, ibique stans brevi sermone super præstantia et utilitate pii exercitii Viæ Crucis populum alloquitur. Deinde genuflexus in infimo gradu intonat sequentem Hymnum, quem chorus prosequitur:

#### **Hymnus**

**V**eni, Creátor Spíritus,  
Mentes tuórum vísita,  
Imple supérna grátia,  
Quæ tu creásti péctora.

**Q**ui díceris Paráclitus,  
Altíssimi donum Dei,  
Fons vivus, ignis, cáritas,  
Et spirituális úncio.

**T**u septifórmis múnere,  
Dígnatus Patérnæ déxteræ,  
Tu rite promíssum Patris,  
Sermóne ditans gúttura.

**A**ccénde lumen sénsibus,  
Infunde amórem córdibus,  
Infirma nostri córporis  
Virtúte firmans pérfici.

**H**ostem repéllas lóngius,  
Pacémque dones prótinus:  
Ductóre sic te prævio  
Vítémus omne nójum.

**P**er te sciámus da Patrem,  
Noscámus atque Fílium:  
Teque utriúsque Spíritum  
Credámus omni témpore.

## Appendix

**D**eo Patri sit glória,  
Et Fílio, qui a mórtuis  
Surréxit, ac Paráclito,  
In sæculórum sæcula. Amen.

Hymno finito, Sacerdos dicit:

- ℣. Emítte Spíritum tuum, et creabúntur.  
℟. Et renovábis fáciem terræ.

Orémus.

Oratio

**D**eus, qui corda fidélium Sancti Spíritus illustratióne docuísti: da nobis in eódem Spíritu recta sápere, et de ejus semper consolatióne gaudére.

**D**efénde, quæsumus, Dómine, beáta María semper Vírgine intercedénte, istum (-am) ab omni adversitaté pópulum (*vel* familiam): et toto corde tibi prostrátum (-am), ab hóstium propítius tuére cleménter insídiis.

**A**ctiōnes nostras, quæsumus, Dómine, aspirándo præveni, et adjuvándo proséquere: ut cuncta nostra orátiō et operatiō a te semper incípiat, et per te cœpta finiátur. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum: Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

℟. Amen.

Deinde fit benedictio tabularum pictarum seu imaginum Stationum, si adsint.

- ℣. Adjutórium nostrum in nōmine Dómini.  
℟. Qui fecit cælum et terram.  
℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Oratio

**O**mnipotens sempitérne Deus, qui Sanctórum tuórum imágines sculpi aut pingi non réprobas, ut, quóties illas óculis córporis intuémur, tóties eórum actus et sanctitátem ad imitándum memoriæ óculis meditémur: has, quæsumus, imágines, in honórem et memoriā unigéniti Fílii tui Dómini nostri Jesu Christi adaptátas, bene ✕ dicere, et sancti ✕ ficáre dignéris, et præsta; ut, quicúmque coram illis unigénitum Fílium tuum supplíciter cólere et honoráre studúerit, illíus méritis et obténtu, a te grátiam in præsénti, et ætérmam glóriam obtíneat in futúrum. Per eúmdem Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Tunc Sacerdos eas aspergit aqua benedicta, et incensat. In Oratorio private omitti potest incensatio.

Postea Sacerdos benedicit quatuordecim Cruces, quæ ex ligno esse debent.

- ℣. Adjutórium nostrum in nōmine Dómini.  
℟. Qui fecit cælum et terram.  
℣. Dóminus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

De erigendis Stationibus Viæ Crucis

Orémus.

Oratio

**R**ogámus te, Dómine sancte, Pater omnípotens, æterne Deus: ut dignérис bene ✕ dícere hæc signa Crucis, ut sint remédia salutária géneri humáno; sint sóliditas fidei, proféctus bonórum óperum, redéemptio animárum; sint solámen, et protéctio, ac tutéla contra sæva jácula inimicórum. Per Christum Dóminum nostrum. **R.** Amen.

Orémus.

Oratio


**B**éne ✕ dic, Dómine Jesu Christe, has Cruces, quia per Crucem sanctam tuam eripuísti mundum a potestáte dæmonum, et superásti passióne tua suggestórem peccáti, qui gaudébat in prævaricatióne primi hóminis per ligni vétiti sumptiónem.

Tunc Sacerdos eas aspergens aqua benedicta, dicit:

**S**anctificéntur hæc signa Crucis in nómine Pa ✕ tris, et Fí ✕ llii, et Spíritus ✕ Sancti: ut orántes, inclinantésque se propter Dóminum ante istas Cruces, invéniant córporis et ánimæ sanitátem. Per eúmdem Christum Dóminum nostrum. **R.** Amen.

Deinde, ubi fit processio, cantantur sequentes Hymni:

**Hymnus**



1. Ve-xil-la Re - gis pród - e - unt, Ful-get Cru-cis

my-sté-ri - um, Qua vi - ta mor-tem pér - tu - lit, Et

Appendix

mor - te vi - tam pró-tu - lit. 2. Quæ vul-ne-rá - ta  
lán-ce - æ Mu-cró-ne di - ro, crí - mi - num Ut nos  
la - vá - ret sór - di - bus, Ma - ná - vit un-da, et  
sángui - ne. 3. Im-plé - ta sunt, quæ cón - ci - nit  
Da - vid fi - dé - li cár-mi - ne, Di - cén-do na - ti - ó -  
ni - bus: Reg - ná - vit a lig - no De - us. 4. Arbor  
de - có - ra et fúl - gi - da, Orná - ta Re - gis púr - pu - ra,  
E - léc - ta dig - no stí - pi - te Tam sanc - ta mem - bra

tánge-re. 5. Be-á-ta, cu - jus brá-chi - is Pré-ti - um  
pe-pén-dit sá-cu-li, Sta-té-ra fac-ta cór-po-ris,  
Tu-lít-que præ-dam tár-ta-ri. 6. O Crux, a-ve,  
spes ú - ni - ca, In hac tri - úmphi gló - ri - a,<sup>1</sup>  
Pi - is ad - áu-ge grá - ti - am, Re - ís - que de - le  
cí-mi-na. 7. Te, fons sa - lú - tis, Trí - ni - tas,  
Col-láu-det om-nis spí - ri - tus: Qui-bus Cru - cis  
victó - ri - am Lar-gí - ris, adde præ-mi - um. A-men.

<sup>1</sup> Tempore Passionis dicitur: Hoc passiónis témpore. Tempore Pa-schali dicitur: Paschále quæ fers gáudium.

Appendix

VI

1. Sta-bat Ma-ter do-lo-ró-sa Jux-ta Cru-cem

la-cri-mó-sa, Dum pen-dé-bat Fí-li-us. 2. Cu-jus

á-ni-mam ge-mén-tem, Con-tri-stá-tam et do-

lén-tem, Per-trans-í-vit glá-di-us. 3. O quam


tri-stis et af-flíc-ta Fu-it il-la be-ne-díc-ta

Ma-ter U-ni-gé-ni-ti! 4. Quæ mæ-ré-bat, et

do-lé-bat, Pi-a Ma-ter, dum vi-dé-bat, Na-ti

pœ-nas in-cly-ti. 5. Quis est ho-mo, qui non


De erigendis Stationibus Viæ Crucis



fle-ret, Ma-trem Chri - sti si vi-dé-ret In tan-to



sup-plí - ci - o? 6. Quis non pos-set con-tri-stá-ri,




Chri - sti Ma - trem con - tem-plá - ri Do - lén - tem cum



Fí - li - o? 7. Pro pec-cá - tis su - æ gen-tis Vi - dit




Je-sum in tor-mén - tis, Et fla-gél - lis súb - di - tum.



8. Vi - dit su - um dul - cem Na - tum Mo - ri - én - do



de - so - lá - tum, Dum e - mí - sit spí - ri - tum.



9. E - ja Ma - ter, fons a - mó - ris, Me sen - tí - re

Appendix

vim do - ló - ris Fac, ut te - cum lú - ge - am.

10. Fac, ut ár-de - at cor me - um In a - mán-do

Chri - stum De - um, Ut si - bi com-plá - ce - am.

A - men.

V. Adorámus te, Christe, et benedícimus tibi.

R. Quia per sanctam Crucem tuam redemísti mundum.

Orémus.

Oratio

**D**eus, qui nos ínclita passióne Fílli tui per viam Crucis ad ætérnam glóriam perveníre docuísti: concéde propítius; ut, quem piis ad Calváriæ locum sociámus afféctibus, in suis étiam triúmphis, pérpetim subsequámur: Qui tecum vivit et regnat in sǽcula sǽculórum. R. Amen.

Sacerdos accedens ad locum prims Stationis, osculatur Crucem et tabulam, easque, vel per se, vel per laicum decenti habitu indutum, collocat in loco ad id præparato; deinde legit meditationem et preces huic Stationi respondentes: quod et fiet in ceteris Stationibꝫ. Quibus fínitis cantatur:

**Hymnus**

**T**e Deum laudámus: \* te Dóminus confitémur.  
 Te ætérnum Patrem \* omnis terra venerátur.  
 Tibi omnes Angeli, \* tibi Cæli, et univérsæ Potestátes:  
 Tibi Chérubim et Séraphim \* incessábili voce proclámant:  
 Sanctus, Sanctus, Sanctus \* Dóminus Deus Sábaoth.  
 Pleni sunt cæli et terra \* majestáris glóriæ tuæ.  
 Te gloriósus \* Apostolórum chorus,  
 Te Prophetárum \* laudábilis númerus,  
 Te Mártyrum candidátus \* laudat exércitus.  
 Te per orbem terrárum \* sancta confitétur Ecclésia,

### De erigendis Stationibus Viæ Crucis

Patrem \* imménsæ majestatis;  
Venerandum tuum verum \* et únicum Fílium;  
Sanctum quoque \* Paráclitum Spíritum.  
Tu Rex glóriæ, \* Christe.  
Tu Patris \* sempitérnus es Fílius.  
Tu, ad liberandum suscepturus hóminem,\*non horruísti Vírginis úterum.  
Tu, devícto mortis acúleo, \* aperuísti credéntibus regna cælórum  
Tu ad déxteram Dei sedes, \* in glória Patris.  
Judex créderis \* esse ventúrus.  
Te ergo quæsumus, tuis fámulis súbveni, \* quos pretiósos sanguine redemísti.  
Ætéerna fac cum sanctis tuis \* in glória numerári.  
Salvum fac pópulum tuum, Dómine, \* et bénedic hereditati tuæ.  
Et rege eos, \* et extólle illos usque in æténum.  
Per síngulos dies \* benedícimus te;  
Et laudámus nomen tuum in sǽculum, \*et in sǽculum sǽculi.  
Dignáre, Dómine, die isto \* sine peccáto nos custodíre.  
Miserére nostri, Dómine, \* miserére nostri.  
Fiat misericórdia tua, Dómine, super nos, \* quemádmodum sperávimus in te.  
In te, Dómine, sperávi: \*non confundar in æténum.

**V.** Benedicámus Patrem, et Fílium, cum Sancto Spíritu.

**R.** Laudémus, et superexaltémus eum in sǽcula.

Orémus.

**Oratio**

**D**eus, cujus misericórdiæ non est númerus, et bonitatis infinítus est thesáurus, piíssimæ majestati tuæ pro collátis donis grátiás ágimus: tuam semper cleméntiam exorántes; ut, qui peténtibus postuláta concédis, eósdem non déserens, ad præmia futúra dispónas. Per Christum Dóminum nostrum.

**R.** Amen.

Tunc Sacerdos benedit populum cum Cruce.

Affixio autem Crucium et tabularum Stationum fieri potest a quocumque privatim sine cæremoniis, etiam alio tempore sive post sive ante ipsarum benedictionem faciendam a Sacerdote in loco, in quo Stationes sunt erigendæ.

### **Formula ad fidem faciendam de erectione Vias Crucis.**

**V**igore facultatis mihi commissæ, ego **N.N.** Viam Crucis cum adnexis Indulgéntiis erexi in loco ut supra in precibus, juxta regulas a S. Indulgéntiarum Congregatione die 10 Maii 1742 præscriptas. In quorum fidem testimonium hoc mea manu exaravi hac die, etc.

**N.N.**

RITUS ERIGENDI STATIONES  
VIÆ MATRIS DOLOROSÆ  
SEU IN HONOREM  
SEPTEM DOLORUM B. MARIÆ VIRG.

**Proprius Ordinis Servormn B. M. V.**

(Approbatus a S. R. C. die 10 Martii 1883)

Sacerdos, superpelliceo et stola violacei coloris Indutus comitantibus Olericis, vel allis Ministris, cum vasculo aquæ benedictæ, et aspersorio, necnon thuribulo ac navicula incensi ascendit Altare, ibique, habito ad populum brevi sermoni super excellentia et utilitate pii exercitii Viæ Matris Dolorosæ genuflexus in infimo gradu intonat Hymnum Véni, Crátor Spíritus, quem chorus prosequitur, ut supra, pag. 402.

Hymno finito, dicitur:

V. Emítte Spíritum tuum et creabúntur.

R. Et renovábis fáciem terræ.

Orémus.

Oratio

**D**eus, qui corda fidélium Sancti Spíritus illustratióne docuísti: da nobis in eódem Spíritu recta sápere, et de ejus semper consolatióne gaudére.

**D**efénde, quásumus, Dómine, beáta María semper Vírgine intercérente, istum (-am) ab omni adversitaté pópulum (*vel* civitátem, *vel* famíliam) et toto corde tibi prostrátum (-am) ab hóstium propítius tuére cleménter insídiis.

**A**ctiόnes nostras, quásumus, Dómine, aspirándo præveni, et adjuvándo proséquere: ut cuncta nostra orálio et operálio, a te semper incípiat, ei per te cœpta finiátrur. Per Christum Dóminum nostrum. R. Amen.

Deinde fit benedictio tabularum pictarum seu imaginum Stationum.

V. Adjutórium nostrum in nómíne Dómini.

R. Qui fecit cælum et terram.

V. Dóminus vobíscum. R. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Oratio

**O**mnipotens sempitérne Deus, qui sanctórum tuórum imágines sculpi aut pingi non réprobas, ut, quóties illas óculis córporis intuémur, tóties eórum actus et sanctitátem ad imitándum memoriæ óculis meditémur; has, quásumus, imágines in honórem et memóriam perdoléntis Vírginis Deíparæ adaptátas bene ✕ dícere et sancti ✕ ficáre dignérís: et præsta; ut, quicúmque coram illis dolóres, quos beáta Vírgo María in vita, passióne, et morte unigéniti Fílli sui Dómini nostri Jesu Christi sustínuit, recólere et venerári studúerit, illíus méritis et intercessióne a te grátiam in

### De erigendis Stationibus Viæ Matris Dolorosæ

præsenti, et æternam gloriæ obtineat in futurum. Per eumdem Christum Dominum nostrum.  
Rx. Amen.

Mox Sacerdos ponit incensum in thuribulo, illud benedicens; quo facto, accepto aspersorio, aspergit imagines seu tabulas dicens Antiphonam:

Asperges me, Domine, hyssopo et mundabor: lavabis me, et super nivem dealbabor.

Deinde accepto thuribulo, eas thurificat nihil dicens. In Oratorio privato omitti potest incensatio.

Completa benedictione imaginum seu tabularum, Sacerdos, praecedentibus Clericis cum Cruce et duobus intorticiis vel candelis accensis, processionaliter pergit ad locum primæ Stationis, deosculatur primam tabulam, et vel per se vel per Clericum collocat eam in loco preparato; deinde legit meditationem et preces huic Stationi respondentes. Idem ritus servabitur in collocatione reliquarum Stationum. Quibus collocatis, pergit ad aram vel ante imaginem perdolentis Virginis Mariæ, interim decantans, ut supra, pag. 407 Hymnum sequentem:

#### Hymnus

**S**tabat Mater dolorosa

Juxta Crucem lacrimosa,  
Dum pendebat Filius.

**C**ujus animam gementem,  
Contristatam et dolentem,  
Pertransivit gladius.

**O** quam tristis et afflicta  
Fuit illa benedicta  
Mater Unigeniti!

**Q**uae mærebat, et dolébat,  
Pia Mater, dum vidébat  
Nati pœnas inclyti.

**Q**uis est homo, qui non fleret,  
Matrem Christi si vidéret  
In tanto supplício?

**Q**uis non posset contristari,  
Christi Matrem contemplari  
Dolentem cum Filio?

**P**ro peccatis suæ gentis  
Vidit Jesum in tormentis,  
Et flagellis subditum.

**V**idit suum dulcem Natum  
Moriendo desolatum,  
Dum emisit spíritum.

**E**ja Mater, fons amoris,  
Me sentire vim doloris  
Fac, ut tecum lugeam.

## Appendix

**F**ac, ut árdeat cor meum  
In amándo Christum Deum,  
Ut sibi compláceam. Amen.

**V.** Ora pro nobis, Virgo dolorosíssima.  
**R.** Ut digni efficiámur promissióibus Christi.

Orémus.

**Oratio**

**D**eus, in cuius passióne, secúndum Simeónis prophetiam, dulcíssimam ánimam gloriósae Vírginis et Matris Maríæ dolóris gládium pertransívit: concéde propítius; ut, qui dolórum ejus memóriam recólimus, passiónis tuæ efféctum felícem consequámur: Qui vivis et regnas in sǽcula sǽculórum.

**R.** Amen.

**Deinde cantatur:**

## **Hymnus**

**T**e Deum laudámus: \* te Dóminum confitemúr.  
Te ætérrnum Patrem\* omnis terra venerátur.  
Tibi omnes ángeli, \* tibi cæli univérsi potestátes:  
Tibi Chérubim et Séraphim, \* incessábili voce procl-ámant:  
Sanctus, Sanctus, Sanctus, \* Dóminus Deus Sabáoth.  
Pleni sunt cæli et terra\* majestatis glóriæ tuæ.  
Te gloriósus\* Apostolórum chorus,  
Te Prophetárum\* laudábilis númerus,  
Te Mártyrum candidátus\* laudat exércitus.  
Te per orbem terrárum\* sancta confitétur Ecclésia,  
Patrem \*imménsæ majestatis,  
Venerándum tuum verum \* et únicum Fílium,  
Sanctum quoque\* Paráclitum Spíritum.  
Tu Rex glóriæ Christe.  
Tu Patris\* sempitérnus es Fílius.  
Tu ad liberándum susceptúrus hóminem,\* non horruísti Vírginis úterum.  
Tu devicto mortis acúleo\* aperuísti credéntibus regna cælórum.  
Tu ad déxteram Dei sedes, \* in glória Patris.  
Judex créderis\* esse ventúrus.  
Te ergo quæsumus tuis fámulis subvéni,\* quos pretioso sanguine redemísti.  
Ætéra fac cum sanctis tuis\* in glória numerári.  
Salvum fac pópulum tuum, Dómine,\* et bénedic hæreditati tuæ.  
Et rege eos,\* et extólle illos usque in ætérnam.  
Per sínculos dies\* benedicimus te.  
Et laudámus nomen tuum in sǽculum \* et saeculum sǽculi.  
Dignáre, Dómine, die isto \* sine peccáto nos custodíre.  
Miserére nostri, Dómine, \* miserére nostri.  
Fiat misericórdia tua, Dómine, super nos \* quemádmodum sperávimus in te.  
In te, Dómine, sperávi, \* non confúndar in ætérnam.

### Benedictio scapularis Ssmæ Trinitatis

℣. Benedicámus Patrem, et Fíllum, cum Sancto Spíritu.

℟. Laudémus et superexaltémus eum in sácula.

Orémus.

Oratio

**D**eus, cuius misericórdiae non est númerus et bonitatis infinítus est thesáurus: piíssimæ majestati tuæ pro collátis donis grárias ágimus, tuam semper cleméntiam exorántes; ut, qui peténtibus postuláata concédis, eósdem non déserens, ad præmia futúra dispónas. Per Christum Dóminum nostrum.

℟. Amen.

Demum Sacerdos genuflexus ter invocet patrocinium dolorosæ Matris dicens: Virgo dolorosíssima, ora pro nobis, populo idem respondente; postea ascendit altare, ei conversus ad populum, ilium benedicit, dicens:

Nos cum prole pia, benedícat dolorosa Virgo María.

3

## BENEDICTIO ET IMPOSITIO SCAPULARIS SANCTISSIMÆ TRINITATIS

**Propria Ordinis Ssmæ Trinitatis  
Redemptionis Captivorum**

Suscepturus Scapulare genuflectit; et Sacerdos, indutus superpelliceo et stola albi coloris, dicit:

℣. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.

℟. Qui fecit cælum et terram.

℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

**Pro uno vel una**

Orémus.

Oratio

**D**ómine, Jesu Christe, qui tégumen nostræ mortalitatis indúere dignátus es: obsecrámus imménsam tuas largitatis abundántiam; ut hoc genus vestiménti, quod sancti patres ad innocéntiæ et humilitatis indicium abrenuntiántes sáculo ferre sanxérunt, tu ita bene ✕ dícere dignérис, ut hic fámulus tuus N., qui (hæc fámula tua N., quæ) hoc indútus (-a) fúerit vestiménto, te quoque indúere mereátur: Qui vivis et regnas per ómnia sácula sæculórum. ℟. Amen.

**Pro pluribus**

Orémus.

Oratio

**D**ómine, Jesu Christe, qui tégumen nostræ mortalitatis indúere dignátus es: obsecrámus imménsam tuas largitatis abundántiam; ut hoc genus vestiménti, quod sancti patres ad innocéntiæ et humilitatis indicium abrenuntiántes sáculo ferre sanxérunt, tu ita bene ✕ dícere dignérис, ut hi fámuli tui N. et N., qui (hæc fámulæ tuæ N., et N. quæ) hoc indúti (-æ) fúerint vestiménto, te quoque indúere mereántur: Qui vivis et regnas per ómnia sácula sæculórum. ℟. Amen.

Mox aspergit Scapulare aqua benedicta. Deinde subjungit:

℣. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.

℟. Qui fecit cælum et terram.

℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

## Appendix

### **Pro uno vel una**

Orémus.

**A**désto, Dómine, supplicatióibus nostris: ut hunc fámulum tuum (hanc fámulam tuam), cui in tuo nómíne habitum Religiónis sanctíssima; Trinitátis imponimus, tu ira bene ✕ dícere dignérís; ut te largiénte devótus (-a) persístat, et vitam cónsequi mereátur ætérnam. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum : Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sácula sáculórum. **R**. Amen.

Nunc imponit Scapulare, dicens:

Accipe hábitum sanctíssimai Trinitátis, in augmémentum fidei, spei, et caritatis: in nómíne Patris, et Fílli, ✕ et Spíritus Sancti.

**V**. Dóminus vobíscum. **R**. Et cum spíritu tuo.

### **Pro uno vel una**

Orémus.

**O**mnipotens sempitérne Deus, qui dedísti fámulo tuo (fámulæ tuæ) in confessióne veræ fidei ætérnæ Trinitátis glóriam agnóscere, et in poténtia majestátis adoráre unitátem : quæsumus; ut ejúsdem fidei firmitáte ab ómnibus semper muniántur advérsis.

**D**eus, qui per sanctos Joánnem et Felícem Ordinem sanctíssimæ Trinitátis, ad rediméndum de potéstate Saracenórum captívos, cælitus institúere dignátus es: præsta, quæsumus; ut eórum sunragántibus méritis a captivitaté cörperis et ánimæ, te adjuvánte, liberéntur hic fámulus tuus (hæc fámula tua). Per Christum Dóminum nostrum. **R**. Amen.

**S**uscípiat te (vos) sanctíssima Tríñitas in númerum confratruni, consororúmque Confraternitátis nostræ: et licet te (vos) indígne Suscípimus, in oratióibus tamen nostris precámur, ut tibi (vobis) sanctíssima Tríñitas concédat tempus bene vivéndi, constántiam perseverándi; et sicut nos hódie fraterna cáritas spirituáliter jungit in terris, ita divina píetas, quæ dilectionis est auctrix et amátrix, nos cum fidélibus suis conjúngere dignétur in cælis. Per Christum Dominum nostrum. **R**. Amen.

**Datur benedictio, dicendo :** Pax et benedictio Dei omnipoténtis, Patris, et Fílli, ✕ et Spíritus Sancti descéndat super te (vos), et máneat semper. **R**. Amen.

### **Oratio**

Orémus.

### **Pro pluribus**

Oratio

**A**désto, Dómine, supplicatióibus nostris: ut hos fámulos tuos (has fámulas tuas), quibus in tuo nómíne habitum Religiónis sanctíssima; Trinitátis imponimus, tu ira bene ✕ dícere dignérís; ut te largiénte devótí (-æ) persístant, et vitam cónsequi mereántur ætérnam. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum : Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sácula sáculórum. **R**. Amen.

### **Pro pluribus**

Oratio

**O**mnipotens sempitérne Deus, qui dedísti fámulis tuis (famulábus tuis) in confessióne veræ fidei ætérnæ Trinitátis glóriam agnóscere, et in poténtia majestátis adoráre unitátem: quæsumus; ut ejúsdem fidei firmitáte ab ómnibus semper muniántur advérsis.

**D**eus, qui per sanctos Joánnem et Felícem Ordinem sanctíssimæ Trinitátis, ad rediméndum de potéstate Saracenórum captívos, cælitus institúere dignátus es: præsta, quæsumus; ut eórum sunragántibus méritis a captivitaté cörperis et ánimæ, te adjuvánte, liberéntur hic hi fámuli tui (hæc fámulæ tuæ). Per Christum Dóminum nostrum. **R**. Amen.

BENEDICTIO  
CORONARUM SEU TRISAGIORUM  
SSMÆ TRINITATIS

V. Adjutórium nostrum in nōmine Dómini.

R. Qui fecit cælum et terram.

V. Dóminus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo.

Orémus.

Oratio

**O**mnipotens et misericors Deus, qui per Fílium tuum unigénitum, ac per Prophétas et Apóstolos tuos, sanctissimæ Trinitatis mystérium revelare dignatus es, ut sanctorum Angelorum chores imitantes in terris, dignas et devotas tibi laudes referamus: tuam obsecramus cleméntiam; ut hæc triságia, quæ (hoc triságium, quod) in honorem et laudem ejusdem sanctissimæ Trinitatis ab Ecclésia fidéli dicata sunt (dicatum est), bene ✕ dicas, et sancti ✕ fices, eisque (eique) tantam infundas Spíritus ✕ Sancti virtutem, ut, quicunque horum quolibet portaverit, atque in domo sua reverenter servaverit, seu devöe recitaverit, tua divina virtute ab omnibus animæ et corporis periculis eruatur; sitque consors et párticeps gratiarum omnium, privilegiorum et indulgentiarum, quæ ab Apostólica Sede concessa fuérunt; atque in éxitu suo a sanctis Angelis tuis in conspectu divinæ majestatis præsentari mereátur. Per eumdem Dóminum, in unitate ejusdem Spíritus.

R. Amen.

Et aspergantur vel aspergatur aqua benedicta.

BENEDICTIO ET IMPOSITIO  
SCAPULARIS NIGRI  
SS. CRUCIS ET PASSIONIS D. N. J. C.

Propria Congr. Clericorum Regularium  
Ssmæ Crucis et Passionis D. N. J. C.

Sacerdos indutus superpelliceo et stola rubea, eo genufexo, cui Scapulare est imponendum, dicere potest:

V. Adjutórium nostrum in nōmine Dómini.

R. Qui fecit cælum et terram.

V. Dóminus vobiscum. R. Et cum spíritu tuo.

Pro uno vel una

Orémus.

Oratio

Pro pluribus

Oratio

**D**ómine Jesu Christe, qui pro redemptione mundi voluisti nasci, circumcidisti a Judæis reprobári, a Juda traditore ósculo tradi, vínculis alligári, sicut agnus innocens ad víctimam duci, atque conspectibus Annæ, Cáiphæ, Piláti et

Orémus.

Oratio

**D**ómine Jesu Christe, qui pro redemptione mundi voluisti nasci, circumcidisti a Judæis reprobári, a Juda traditore ósculo tradi, vínculis alligári, sicut agnus innocens ad víctimam duci, atque conspectibus Annæ, Cáiphæ, Piláti

## Appendix

Heródis indecénter offérrri a falsis téstibus accusári, flagéllis et oppróbriis vexári, sputis cónspui, spinis coronári, cólaphis cædi, arúndine pércuti, fácie velári, véstibus éxui, Crucí clavis affígi et láncea vulnerári: tu, Dómine, per has sanctíssimas pœnas tuas, et sanctam Crucem et mortem tuam, hujus famuli tui (*fámulæ tuæ*) intelléctum illúmina, afféctum inflámma, ut caritatis tuæ dulcédine perfúsus (-a) lácrimas compunctiónis júgiter effundat, totáque virtúte te díligat, et quæ tibi plácita sunt, tota dilectione perficiat: Qui vivis et regnas cum Deo Patre in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sáculorum. Rx. Amen.

Prædictas tamen preces omitti possunt ad libitum. Deinde dicit:

- V. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.  
Rx. Qui fecit cælum et terram.  
V. Sit nomen Dómini benedictum.  
Rx. Ex hoc nunc et usque in sǽculum.  
V. Dómine, exáudi oratióne meam.  
Rx. Et clamor meus ad te véniat.  
V. Dóminus vobíscum. Rx. Et cum spíritu tuo.

### Pro uno vel una

Orémus.

Oratio

Dómine Jesu Christe, qui tégumen mortali-tatis nostræ assúmere dignátus es: te humíliter deprecámur; ut hoc induméntum, quod in memóriam tuæ sanctíssimæ passiónis et mortis institútum fuit, bene ✕ dícere, et sancti ✕ ficáre dignérис; ut hic fámulus tuus qui (*hæc fámula tua, quæ*) ipsum gestáverit, ejúsdem Passiónis párticeps efféctus (-a), ætérnam glóriam tuam cónsequi mereátur; Qui vivis et regnas in sǽcula sǽculórum. Rx. Amen.

Mox Sacerdos sacrum Scapulare aspergit aqua benedicta, et illud imponit, dicens :

Induat te Dóminus novum hóminem, ut hac lúgubri pœnitentiæ téssera munítus (-a) júgiter aspícias ad Jesum, quem manus impiórum confixérunt, et doleás super eum, ut doléri solet in morte primogéniti. Rx. Amen.

### Deinde subjungit:

Et ego ex facultáte mihi concéssa recipio te (*vos*) ad participatióne ómnium bonórum spirituálium, quibus ex Apostólico privilégio gaudet Congregatió Sanctíssimæ Crucis et Passiónis

et Heródis indecénter offérrri a falsis téstibus accusári, flagéllis et oppróbriis vexári, sputis cónspui, spinis coronári, cólaphis cædi, arúndine pércuti, fácie velári, véstibus éxui, Crucí clavis affígi et láncea vulnerári: tu, Dómine, per has sanctíssimas pœnas tuas, et sanctam Crucem et mortem tuam, horum famulórum tuórum (*harum famulárum tuárum*) intelléctum illúmina, afféctum inflámma, ut caritatis tuæ dulcédine perfusi (-æ) lácrimas compunctiónis júgiter effundant, totáque virtúte te díligant, et quæ tibi plácita sunt, tota dilectione perficiant: Qui vivis et regnas cum Deo Patre in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sácula sǽculórum. Rx. Amen.

### Pro pluribus

Orémus.

Oratio

Dómine Jesu Christe, qui tégumen mortali-tatis nostræ assúmere dignátus es: te humíliter deprecámur; ut hoc induméntum, quod in memóriam tuæ sanctíssimæ passiónis et mortis institútum fuit, bene ✕ dícere, et sancti ✕ ficáre dignérис; ut hi fámuli tui qui (*hæc fámulæ tuæ, quæ*) ipsum gestáverint, ejúsdem Passiónis párticipes efféctus (-æ), ætérnam glóriam tuam cónsequi mereántur; Qui vivis et regnas in sǽcula sǽculórum. Rx. Amen.

Induat (*vos*) Dóminus novum hóminem, ut hac lúgubri pœnitentiæ téssera munítti (-æ) júgiter aspiciáti) ad Jesum, quem manus impiórum confixérunt, et doleáti super eum, ut doléri solet in morte primogéniti. Rx. Amen.

Bened. scapularis rubri Passionis et Cordis, etc.

Dómini nostri Jesu Christi in nómine Patris, et Fílli, **X** et Spíritus Sancti. **R**. Amen.

In fine tandem dicitur:

Pássio Dómini nostri Jesu Christi sit semper in córdibus nostris. Amen.

6

BENEDICTIO ET IMPOSITIO  
SCAPULARIS RUBRI PASSIONIS  
ET SACRATISSIMI CORDIS D. N.J. C.  
ATQUE  
CORDIS AMANTISSIMI ET COMPATIENTIS  
B. MARIÆ VIRG. IMMACULATÆ

Propria Congregationis Missionis

(Approbata a S. R. C. die 25 Junii 1847)

Genuflexo eo, qui suscepturus est Scapulare, Sacerdos, superpelliceo et stola rubra indutus, dicit :

**V.** Adjutórium nostrum in nómine Dómini.

**R.** Qui fecit cælum et terram.

**V.** Dóminus vobíscum. **R.** Et cum spíritu tuo.

**Pro uno vel una**

Orémus.

Oratio

**Pro pluribus**

Oratio

**D**ómine Jesu Christe, qui tégumen nostræ mortalitatis indúere dignátus, temetípsum exinanivísti, formam servi accípiens, et factus obédiens usque ad mortem Crucis: tuæ largítatís cleméntiam humíliter. implorámus, ut hoc genus vestiménti, quod in honórem et memóriam dolorosíssimæ Passiónis tuæ, tuíque sacratíssimi Cordis, necnon et Cordis amantíssimi ac compatiéntis immaculátæ Matris tuæ institútum fuit, atque ut illo indúti hæc mystéria devótius récolant, bene **X** dícere dignérис; ut hic fámulus tuus, qui (hæc fámlula tua, quæ) ipsum gestáverit, te quoque, per tua mérita et intercessiónem beatíssimæ Vírgo Maríæ, indúere mereátur: Qui vivis regnas in sǽcula sǽculórum. **R**. Amen.

Mox Sacerdos sacrum Scapulare aqua benedicta aspergit, et illud imponit, dicens :

Accípe, caríssime frater (caríssima soror) hunc hábitum benedictum, ut véterem hóminem exútus (-a) novúmque indútus (-a) ipsum digne perferas, et ad vitam pervenias sempitérnam. Per Christum Dóminum nostrum. **R**. Amen.

Orémus.

**D**ómine Jesu Christe, qui tégumen nostræ mortalitatis indúere dignátus, temetípsum exinanivísti, formam servi accípiens, et factus obédiens usque ad mortem Crucis: tuæ largítatís cleméntiam humíliter. implorámus, ut hoc genus vestiménti, quod in honórem et memóriam dolorosíssimæ Passiónis tuæ, tuíque sacratíssimi Cordis, necnon et Cordis amantíssimi ac compatiéntis immaculátæ Matris tuæ institútum fuit, atque ut illo indúti hæc mystéria devótius récolant, bene **X** dícere dignérис; ut hi fámuli tui, (hæc fámlulae tuæ, quæ) ipsum gestáverint, te quoque, per tua mérita et intercessiónem beatíssimæ Vírgo Maríæ, indúere mereántur: Qui vivis regnas in sǽcula sǽculórum. **R**. Amen.

Accípote, caríssimi fratres (caríssimæ soróres) hunc hábitum benedictum, ut véterem hóminem exúti (-æ) novúmque indúti (-æ) ipsum digne perferátiſ, et ad vitam perveniátiſ sempitérnam. Per Christum Dóminum nostrum. **R**. Amen.

## Appendix

Deinde subiungit:

Et ego, ex facultate mihi concessa, recipio te (*vos*) ad participacionem omnium bonorum spirituallium, quae per Sanctae Sedis Apostolicæ privilegium huic sancto scapulari, in gratiam Congregationis Missionis, concessa sunt. In nomine Patris, et Filii, **X** et Spiritus Sancti.

**R**. Amen.

Denique dicitur trina vice versiculos sequens:

Te ergo quæsumus, tuis famulis subveni, quos pretioso sanguine redemisti.

7

### BENEDICTIO ET IMPOSITIO SCAPULARIS CÆRULEI B. MARIÆ VIRG. IMMACULATÆ *Propria Cler. Regul. Theatinorum*

Qui suscepturus est Scapulare, genuflectit; et Sacerdos superpelliceo et stola alba indutus dicit:

**V.** Adjutorium nostrum in nomine Domini.

**R**. Qui fecit celum et terram.

**V.** Dominus vobiscum. **R**. Et cum spiritu tuo.

#### **Pro uno vel una**

Orémus.

Oratio

**D**omine Iesu Christe, qui tegumen nostræ mortalitatis induere dignatus es, tuæ largitatis clementiam humiliiter imploratus: ut hoc genus vestimenti quod in honorem et memoriæ Conceptionis beatæ Mariæ Virginis immaculatae, nec non ut illo induiti exorent in hominum pravorum morum reformatiōnem, institutum fuit, bene **X** dicere digneris; ut hic famulus tuus, qui eo usus fuerit (*vel* haec famula tua, quae eo usæ fuerat), eadem beatæ María Virgine intercedente, te quoque induere mereantur: Qui vivis et regnas in sæcula sæculorum. **R**. Amen.

#### **Pro pluribus**

Orémus.

Oratio

**D**omine Iesu Christe, qui tegumen nostræ mortalitatis induere dignatus es, tuæ largitatis clementiam humiliiter imploratus: ut hoc genus vestimenti quod in honorem et memoriæ Conceptionis beatæ Mariæ Virginis immaculatae, nec non ut illo induiti exorent in hominum pravorum morum reformatiōnem, institutum fuit, bene **X** dicere digneris; ut hi famuli tui qui eo usui fuerint, (*vel* haec famulæ tuæ, quae eo usæ fuerint), eadem beatæ María Virgine intercedente, te quoque induere mereantur: Qui vivis et regnas in sæcula sæculorum. **R**. Amen.

Postea Sacerdos nihil dicendo aspergit scapulare (*vel* Scapularia) aqua benedicta: deinde illud (*vel* ilia) imponit, cuilibet dicens :

Accipe, frater (*soror*), Scapulare Conceptionis beatæ Mariæ Virginis immaculatae: ea intercedente, veterem hominem exutus (-a) et ab omni peccatorum inquinamento mundatus (-a), ipsum perferas sine macula, et ad vitam pervenias semperernam. Per Christum Dominum nostrum. **R**. Amen.

Postea subjungit:

Et ego, ex facultate mihi concessa, recipio (*vos*) ad participacionem bonorum omnium spirituallium, quae in Clericorum Regularium congregatiōne ex gratia Dei fiunt, et quae per Sanctae Sedis Apostolicæ privilegium concessa sunt.

Bened. scapul. nigri septem Dolorum B.M.V.

In nōmine Patris, et Fīlii, **X** et Spíritus Sancti. **R**. Amen.

Deinde dicat trina vice, flexis genibus, Orationem sequentem vulgari sermone una cum adscripto(vel adscriptis):

Laudes ac grātiæ sint omni moménto santíssimo ac diviníssimo Sacraménto.

Et benedicta sit sancta et immaculáta Concéptio beatíssimæ Vírginis Maríæ Matris Dei.

Hortetur fideles ut hæc elogia sæpe sæpius repeatant ad Indulgentias iis adnexas consequeadas. (Decr. Pii VII, die 30 Junii 1818, Breve Leonis XIII, die 10 Sept. 1878, Decr. Pii X, die 10 Apr. 1913.)

8

**BENEDICTIO ET IMPOSITIO  
SCAPULARIS NIGRI  
SEPTEM DOLORUM B. MARIÆ VIRG.  
Propria Ordinis Servorum B. M. V.**

Suscepturus Habitum genuflectit; et Sacerdos, superpelliceo ac stola alba indutus, dicit :

**V.** Adjutórium nostrum in nōmine Dómini.

**R**. Qui fecit cælum et terram.

**V.** Dóminus vobíscum. **R**. Et cum spíritu tuo.

**Pro uno vel una**

Orémus.

Oratio

**O**mnipotens sempiterne Deus, qui morte Unigéniti tui mundum collápsum restauráre dignátus es, ut nos a morte ætéra liberáres, et ad gáudia regni cælestis perdúceres: respice, quæsumus, super hanc famíliam servórum tuórum, in nōmine beatíssimæ Vírginis Septem Dolóribus sáuciæ congregátam de cuius grémio hic fámulus tuus (hæc fámula tua) esse cupit; ut augeátur númerus tibi, fidéliter serviéntium, et ómnibus sæculi et carnis perturbatióibus liberáitus (-a) et a láqueis diáboli secúrus intercessióne ejúsdem beáta; Maríæ Virginis, beatórum Augustíni et Philíppi ac septem nostrórum beatórum Patrum Ordinis Fundatórum, vera gáudia possídeat. Per eúmdem Christum Dóminum nostrum. **R**. Amen.

Conversus ad Habitum super Altare positum, Sacerdos dicit:

**Pro uno vel una**

Orémus.

Oratio

**D**ómine Jesu Christe, qui tégumen nostræ

**Pro pluribus**

Orémus.

Oratio

**O**mnipotens sempiterne Deus, qui morte Unigéniti tui mundum collápsum restauráre dignátus es, ut nos a morte ætéra liberáres, et ad gáudia regni cælestis perdúceres: respice, quæsumus, super hanc famíliam servórum tuórum, in nōmine beatíssimæ Vírginis Septem Dolóribus sáuciæ congregátam de cuius grémio hi fámuli tui (hæc fámulæ tuæ) esse cúpiunt; ut augeátur númerus tibi, fidéliter serviéntium, et ómnibus sæculi et carnis perturbatióibus liberáti (-æ) et a láqueis diáboli secúri intercessióne ejúsdem beáta; Maríæ Virginis, beatórum Augustíni et Philíppi ac septem nostrórum beatórum Patrum Ordinis Fundatórum, vera gáudia possídeant. Per eúmdem Christum Dóminum nostrum. **R**. Amen.

**Pro pluribus**

Orémus.

Oratio

**D**ómine Jesu Christe, qui tégumen nostræ

## Appendix

mortalitatis induere dignatus es, obsecramus immensam largitatis tuae abundantiem: ut hoc genus vestimentorum, quod sancti Patres nostri, ad innocentiæ humilitatisque indicium, in memoriam Septem Dolorum beatæ Virginis Mariæ nos ferre sanxerunt, ita bene ✕ dicere digneris; ut, qui (quæ) illis fuerit indutus: (induta), corpore pariter et animo induat te Salvatorem nostrum. Qui vivis et regnas in saecula saeculorum. Rx. Amen.

**Aspergit Habitum aqua benedicta, dicens :**

Asperges me, Dómine, hyssopo et mundabor : lavabis me, et super nivem dealbabor.

**Deinde benedit coronam Septem Dolorum B. Maria; Virg., dicens:** Orémus. Omnipotens et misericors Deus, etc., ut infra, pag. 422, et coronam aspergit aqua benedicta.

**Mox Sacerdos iniponit Habitum cuilibet coram se genuflexo, dicens :**

### **Pro uno vel una**

Accipe, carissime frater (carissima soror), habitum beatæ Mariæ Virginis, singulare signum servorum suorum, in memoriam Septem Dolorum, quos ipsa in vita et morte Unigeniti Filii sui sustinuit; ut ita indutus (-a), sub ejus patrocínio, perpétuo vivas. Rx. Amen.

**Postea coronam porrigit dicens:**

Accipe corónam beatæ Mariæ Virginis in memoriam Septem Dolorum suorum contéxtam ut, dum, eam ore laudáveris, ejus pœnas toto corde compatiáris. Rx. Amen.

**Deinde personam benedicit, dicens :**

Benedictio Dei omnipoténtis, Patris, et Filii, ✕ et Spíritus Sancti, descéndat super te (vos), et maneat semper. Rx. Amen.

9

## **BENEDICTIO CORONÆ SEPTEM DOLORUM B. MARIÆ VIRG.**

### **Propria ejusdem Ordinis**

**Sacerdos, superpelliceo ac stola alba indutus, dicit :**

V. Adjutorium nostrum in nomine Domini.

R. Qui fecit cælum et terram.

V. Dominus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo.

mortalitatis induere dignatus es, obsecramus immensam largitatis tuae abundantiem: ut hoc genus vestimentorum, quod sancti Patres nostri, ad innocentiæ humilitatisque indicium, in memoriam Septem Dolorum beatæ Virginis Mariæ nos ferre sanxerunt, ita bene ✕ dicere digneris; ut, qui (quæ) illis fuerint induti: (æ), corpore pariter et animo induant te Salvatorem nostrum. Qui vivis et regnas in saecula saeculorum. Rx. Amen.

### **Pro pluribus**

Accipite, carissimi fratres (carissimæ sorores), habitum beatæ Mariæ Virginis, singulare signum servorum suorum, in memoriam Septem Dolorum, quos ipsa in vita et morte Unigeniti Filii sui sustinuit; ut ita induti (-æ), sub ejus patrocínio, perpétuo vivas. Rx. Amen.

**Postea coronam porrigit dicens:**

Accipe corónam beatæ Mariæ Virginis in memoriam Septem Dolorum suorum contéxtam ut, dum, eam ore laudáveris, ejus pœnas toto corde compatiámini. Rx. Amen.

Orémus.

Oratio

**O**mnipotens et misericors Deus, qui propter ánimiam caritátem, qua dilexísti nos, Fílium tuum unigénitum, Dóminum nostrum Jesum Christum, pro redemptióne nostra de cælis ad terram descéndere, carnem suscípere, et crucis torméntum subíre voluísti: obsecrámus imménsam cleméntiam tuam; ut hanc corónam, m memóriam septem dolórum Genitricis Fílii tui ab Ecclésia tua fidéli dicátam, bene ✕ dicas, et sanctí ✕ fices. et ei tantam Spíritus ✕ Sancti virtútem infúnudas, ut, quicúmque eam recitáverit, ac secum portáverit atque in domo sua reverénter tenúerit, ab onini hoste visíbili et invisíbili, semper et ubique in hoc sáculo liberétur, et in éxitu suo a beatíssimæ Vírgine María tibi, bonis opéribus coronátus, præsentári mereátur. Per eúmdem Christum Dóminum nostrum. Rx Amen.

Deinde Sacerdos asperrgit coronam aqua benedicta.

10

**FORMULA BREVIOR  
BENEDICENDI CORONAM  
SEPTEM DOLORUM B. MARIS VIRG,**

**Propria ejusdem Ordinis  
(Approbata a S. R. C. die 11 Febr. 1925)**

Hæc formula tantummodo privatim adhiberi potest, si quando, ratione circumstantiarum, valde incommodum sit longiorem adhibere.

**A**d laudem et glóriam Deíparæ Vírginis Maríæ, in memóriam Dolórum quos ipsa in vita et morte ejúsdem Fílii tui Dómini nostri Jesu Christi sustínuit, bene ✕ dicátur et sancti ✕ céetur hæc coróna; in nómine Patris, et Fílii, ✕ et Spíritus Sancti.

Amen.

11

**BENEDICTIO ET IMPOSITIO  
SCAPULARIS  
B. MARIÆ VIRG. DE MONTE CARMELO**

**Propria Ordinis  
Carmelitarum Discalceatorum**

Persona recipienda ad Habitum genuflexa, Sacerdos superpelliceo et stola alba indutus dicat:

**Ant.** Suscépimus, Deus, misericordiam tuam tuam in médio templi tui: secúndum nomen tuum, Deus, sic et laus tua in fines terræ, justitia plena est déxtera tua.

Kýrie, eléison. Christe, eléison. Kýrie, eléison.

Pater noster **secreto usque ad**

**V.** Et ne nos indúcas in tentationem.

**Rx** Sed líbera nos a malo.

## Appendix

### Pro uno vel una

V Salvum (-am) fac servum tuum (ancíllam tuam).  
 R Deus meus, sperántem in te.  
 V Mitte ei, Dómine, auxílum de sancto.  
 R Et de Sion tuére eum (eam).  
 V Nihil proficiat inimícus in eo (ea).  
 R Et fílius iniquitátis non appónat nocére ei.  
 V Dómine, exáudi oratióñem meam.  
 R Et clamor meus ad te véniat.  
 V Dóminus vobíscum.  
 R Et cum spíritu tuo.

Orémus.

### Pro pluribus

V Salvos (-as) fac servos tuos (ancíllas tuas).  
 R Deus meus, sperántes in te.  
 V Mitte eis, Dómine, auxílum de sancto.  
 R Et de Sion tuére eos (eas).  
 V Nihil proficiat inimícus in eis.  
 R Et fílliis iniquitátis non appónat nocére eis.  
 V Dómine, exáudi oratióñem meam.  
 R Et clamor meus ad te véniat.  
 V Dóminus vobíscum.  
 R Et cum spíritu tuo.

Oratio

**S**uscípiat te Christus in número fidélium suórum, et nos, licet indígni, te suscípimus in oratióñibus nostris. Concédat tibi Deus per Unigénitum suum, mediátorem Dei et hóminum, tempus bene vivéndi, locum bene agéndi, constántiam bene perseverándi, et ad æternæ vitæ hereditátem felíciter perveniéndi: et sicut nos hódie fráterna cáritas spirituáliter jungit in terris, ita divina píetas, quæ dilectiónis est auctrix et amátrix, noscum fidélibus suis conjúngere dignétur in cælis. Per eúmdem Christum Dóminum nostrum. R Amen.

V. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.  
 R Qui fecit cælum et terram.  
 V Sit nomen Dómini benedictum.  
 R Ex hoc nunc, et usque in sǽculum,  
 V Dómine, exáudi oratióñem meam.  
 R Et clamor meus ad te véniat.  
 V Dóminus vobíscum. R. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Oratio

**A**Etérne Pater et omnípotens Deus, qui, Unigénitum tuum vestem nostræ mortalitatis indúere voluísti: obsecrámus, imménsam tuæ largítatís bene ✕ dictiōnem in hoc genus efflúere vestimenti, quod sancti Patres ad innocéntiæ et humilitatis indíciū renuntiántibus sǽculo gestári sanxérunt; et sic ipsum bene ✕ dícere dignérīs, ut, quicúmque eo usus fúerit, indúere mereátur ipsum Dóminum nostrum Jesum Christum Fílum tuum: Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sǽculórum. R Amen.

### Pro uno vel una

Orémus.

Oratio

**S**upplíciter te, Dómine, rogámus, ut super hunc hábitum servo tuo (ancíllæ tuæ) imponéndum bene ✕ díctio tua benígna descéndat, ut sit bene ✕ díctus, atque divína virtúte procul pellántur hóstium nostrórum visibílum et invisibílum tela nequíssima.  
 R Amen.

Aspergat Habitum aqua benedicta.

### Pro pluribus

Orémus.

Oratio

**S**upplíciter te, Dómine, rogámus, ut super hunc hábitum servo tuo (ancíllis tuis) imponéndum bene ✕ díctio tua benígna descéndat, ut sit bene ✕ díctus, atque divína virtúte procul pellántur hóstium nostrórum visibílum et invisibílum tela nequíssima.  
 R Amen.

[Alia bened. scapul. B. M. V. de Monte Carm.](#)

¶ Si autem Habitus solum sit benedicendus, incipit a **V.** Adjutórium nostrum, usque ad Orationem Supplíciter, inclusive.

Imponens ei Habitum, dicat:

Accipe, vir devóte (múlier devota), hunc hábitum benedictum: precans sanctíssimam Vírginem, ut ejus méritis illum pérferas sine mácula, et te ab omni adversité deféndat, atque ad vitam perdúcat ætéram. **R.** Amen,

Adéstō, Dómine, supplicatiōibus nostris: et hunc fámulum tuum, quem (hanc fámulam tuam, quam) Sodalitati sanctæ Religiónis Carmelitárum sociámus, perpétua tríbue firmitáte corroborári, ut perseveránti propósito, in omni sanctitáte tibi váleat famulári.

Prótege, Dómine, fámulum tuum (fámulam tuam) subsídiis pacis, et beátæ Maríæ semper Vírginis patrocínii confidéntem, a cunctis hóstibus redde secúrum (-am).

Bene ✕ dícat te Cónditor cæli et terræ, Deus omnípotens, qui te elígere dignátus est ad beatíssimæ Vírginis Maríæ de Monte Carmélo Societátem et Confraternitátem: quam precámur, ut in hora óbitus tui cónterat caput serpéntis, qui tibi est adversárius, et tandem tamquam victor (victrix) palmam, et corónam sempitérnæ hereditátis consequáris. Per Christum Dóminum nostrum.

**R.** Amen,

Deinde aspergat Confratrero aqua benedicta, et subjungat:

Ego auctoritáte, qua fungor, et mihi concéssa, recípio te ad Confraternitátem sacræ Religiónis Carmelitárum, et invéstio, ac partícipem (-s) te (vos) fácio ómnium bonórum spirituálium ejúsdem Ordinis. In nómine Patris, et Fílli, ✕ et Spíritus Sancti. **R.** Amen.

His expletis, Sacerdos Confratrem paucis sed efficacioribus verbis adhortetur ad caute, pie, sancteque vivendum, ad onera omnia adimplenda tum generalia pro omnibus Confratribus, tum specialia pro iis, qui gaudere volunt privilegio, vulgo nuncupato « Sabbatino » (circa quæ eumdem sufficienter instruat), atque ad Virginem Deiparam in posterum peculiaribus devotionis obsequiis assidue colendam, eamque veluti singularem ac dulcissimam Matrem filiali et sincere affectu prosequendam.

Accipite, viri devóti (mulieres devótæ), hunc hábitum benedictum: precántes sanctíssimam Vírginem, ut ejus méritis illum perferáti sine mácula, et vos ab omni adversité deféndat, atque ad vitam perdúcat ætéram. **R.** Amen,

Adéstō, Dómine, supplicatiōibus nostris: et hos fámulos tuos, quos (has fámulas tuas, quas) Sodalitati sanctæ Religiónis Carmelitárum sociámus, perpétua tríbue firmitáte corroborári, ut perseveránti propósito, in omni sanctitáte tibi váleant famulári.

Prótege, Dómine, fámulos tuos (fámulas tuas) subsídiis pacis, et beátæ Maríæ semper Vírginis patrocínii confidéntes, a cunctis hóstibus redde secúros (-as).

Bene ✕ dícat vos Cónditor cæli et terræ, Deus omnípotens, qui vos elígere dignátus est ad beatíssimæ Vírginis Maríæ de Monte Carmélo Societátem et Confraternitátem: quam precámur, ut in hora óbitus vestri cónterat caput serpéntis, qui vobis est adversárius, et tandem tamquam victor (victríces) palmam, et corónam sempitérnæ hereditatis consequámini. Per Christum Dóminum nostrum.

**R.** Amen,

**ALIA BENEDICTIO ET IMPOSITIO  
SCAPULARIS  
B. MARIÆ VIRG. DE MONTE CARMELO**

**Propria Ordinis  
Carmelitarum Calceatorum**

Persona recipienda ad Habitum genuflexa  
Sacerdos superpelliceo et stola alba indutus dicat :

Ant. Suscépimus, Deus,

**Psalmus 47**

**M**agnus Dóminus, et laudábilis nimis \* in civitáte Dei nostri, in monte sancto ejus.  
Fundátur exultatióne univérsæ terræ mons Sion,\* látera Aquilónis, cívitas Regis magni.  
Deus in dómibus ejus cognoscétur,\* cum suscípiet eam.  
Quóniam ecce reges terræ congregáti sunt: \* convenérunt in unum.  
Ipsi vidéntes sic admiráti sunt, conturbáti sunt, commóti sunt: \* tremor appréhendit eos.  
Ibi dolóres ut parturiéntis: \* in spíritu veheménti cónteres naves Tharsis.  
Sicut audívimus, sic vídimus in civitáte Dómini virtútum, in civitáte Dei nostri: \* Deus fundávit eam in ætérnum.

Suscépimus Deus, misericórdiam tuam,\* in médio templi tui.

Secúndum nomen tuum, Deus, sic et laus tua in fines terræ: \* justitia plena est déxtera tua.

Lætetur mons Sion, exsúltent filiæ Judæ, \* propter judícia tua, Dómine.

Circúmdate Sion, et complectímini eam: \* narráte in túrribus ejus.

Pónite corda vestra in virtúte ejus: \* et distribúite domos ejus; et enarrétis in progénie áltera.

Quóniam hic est Deus, Deus noster in ætérnum, et in sǽculum sǽculi: \* ipse reget nos in sǽcula.

Glória Patri.

**Psalmus 132**

**E**cce quam bonum et quam jucundum \* habitare fratres in unum:  
Sicut unguéntum in cápite, \* quod descéndit in

barbam, barbam Aaron.

Quod descéndit in oram vestiménti ejus: \* sicut ros Hermon, qui descéndit in montem Sion.

Quóniam illic mandávit Dóminus benedictiōnem,\* et vitam usque in sǽculum.

Ant. Suscépimus, Deus, misericórdiam tuam, in médio templi tui: secúndum nomen tuum, Deus, sic et laus tua in fines terræ: justitia plena est déxtera tua.

Kýrie, élison. Christe, élison. Kýrie, élison. Pater noster **secreto usque ad**

**V.** Et ne nos indúcas in tentatiónen.

**R.** Sed líbera nos a malo.

**Pro uno vel una**

**V.** Salvum (-am) fac servum tuum (ancíllam tuam).

**R.** Deus meus, sperántem in te.

**Pro pluribus**

**V.** Salvos (-as) fac servos tuum (ancíllas tuas).

**R.** Deus meus, sperántes in te.

Alia bened.scap. B.M.V. de Monte Carm.

℣. Mitte ei, Dómine, auxílium de sancto.  
℟. Et de Sion tuére eum (eam).  
℣. Nihil proficiat inimícus in eo (ea).  
℟. Et filius iniquitatis non appónat nocére ei.  
℣. Dómine, exáudi oratióne meam.  
℟. Et clamor meus ad te véniat.  
℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

**S**uscípiat te Christus in número fidélium suórum, et nos licet indígni te (vos) suscípimus in oratióibus nostris. Concédat tibi (vobis) Deus per Unigénitum suum, mediatórem Dei et hóminum, tempus bene vivéndi, locum bene agéndi, constántiam bene perseverándi, et ad ætérnæ vitæ hereditátem felíciter perveniéndi. Et sicut nos hódie fratérrna cáritas spirituáliter jungit in terris, ita divína píetas, quæ dilectiónis est auctrix et amátrix, nos cam fidélibus suis conjúngere dignétur in cælis Per eúmdem Christum Dóminum nostrum. ℟ Amen.

Pro uno vel una

Orémus.

Oratio

**A**déstō, Dómine, supplicatióibus nostris et hunc fámulum tuum, quem (hanc fámulam tuam, quam) in tuo sancto nómine ad participatióne ómnium bonórum spirituálium, et fraternitátem recipíimus hujus sacrae Religiónis, beátæ Genitríci tuæ Vírgini et Matri Maríæ speciáliter dedicátæ, bene ✕ dicere dignérīs : et præsta; ut te largíente devótus (-a) in Ecclésia persístere váleat cum augménto virtútum: atque suffrágii hujúsmodi sacri Ordinis adjútus (-a) vitam percípere mereátur ætérrnam: Qui vivis et regnas in sǽcula sǽculórum. ℟ Amen.

Deinde conversus ad Habitum dicat :

℣. Osténde nobis, Dómine, misericórdiam tuam.  
℟. Et salutáre tuum da nobis.  
℣. Dómine, Deus virtútum, convérte nos.  
℟. Et osténde fáciem tuam, et salvi érimus.  
℣. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.  
℟. Qui fecit cælum et terram.  
℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

Pro uno vel una

Orémus.

Oratio

**S**upplíciter te, Dómine, rogámus, ut super hunc hábitum servo tuo (ancíllæ tuæ)

℣. Mitte eis, Dómine, auxílium de sancto.  
℟. Et de Sion tuére eos (eas).  
℣. Nihil proficiat inimícus in eis.  
℟. Et filius iniquitatis non appónat nocére eis.  
℣. Dómine, exáudi oratióne meam.  
℟. Et clamor meus ad te véniat.  
℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

Oratio

Pro pluribus

Orémus.

Oratio

**A**déstō, Dómine, supplicatióibus nostris et hos fámulos tuos, quos (has fámulas tuam, quas) in tuo sancto nómine ad participatióne ómnium bonórum spirituálium, et fraternitátem recipíimus hujus sacrae Religiónis, beátæ Genitríci tuæ Vírgini et Matri Maríæ speciáliter dedicátæ, bene ✕ dicere dignérīs : et præsta; ut te largíente devótī (-æ) in Ecclésia persístere váleant cum augménto virtútum: atque suffrágii hujúsmodi sacri Ordinis adjútī (-æ) vitam percípere mereántur ætérrnam: Qui vivis et regnas in sǽcula sǽculórum. ℟ Amen.

Pro pluribus

Orémus.

Oratio

**S**upplíciter te, Dómine, rogámus, ut super hunc hábitum servis tuis (ancíllis tuis)

## Appendix

imponéndum bene ☧ díctio tua benígnā descéndat, ut sit bene ☧ díctus, atque divína virtúte procul pellántur hóstium nostrórum visibílium et invisíbiliū tela nequíssima.

℟. Amen.

Orémus.

Oratio

**C**aput ómnium fidélium Deus, et humáni géneris Salvátor, hunc hábitum, quem propter tuum, tuæque Genitricis Vírginis Maríæ de Monte Carmélo amórem, atque devotiónem servus tuus est delatúrus (*ancilla est delatúra*), dexterā tua sanctí ☧ fica; et hoc, quod per illud mýstice datur intélligi, tua semper custódia, córpore et ánimo servétur; et: ad remuneratióne perpétuam cum Sanctis ómnibus felicíssime perducátur: Qui vivis et regnas in sǽcula sǽculórum.

℟. Amen.

Orémus.

Oratio

**C**réator, Conservátor, et Salvátor ómnium, largítor humána salútis Deus, et dator grátiae spirituális, bene ☧ dictióinem tuam super hunc hábitum immítte: ut, qui (quæ) eum gestáverit, (-int) cælesti virtúte munítus (-a) fidem íntegram, spem firmam, et caritátem desiderátam téneat, et a te numquam separári permittas: Qui vivis et regnas in sǽcula sǽculórum. **℟. Amen.**

Deinde aspergat Habitum aqua benedicta, et postea ipsum imponat personæ recipiendæ (cuilibet separatim) dicens:

Accipe vir devóte (múlier devóta) hunc hábitum benedictum: precans sanctíssimam Vírginem, ut ejus méritis illum pérferas sine mácula, et te ab omni adversité deféndat, atque ad vitam perdúcat ætérnā. **℟. Amen.**

Deinde dicat:

Ego ex potestáte mihi trádita, et concéssa, suscípio ac recípio te (vos) ad participatióne ómnium oratiónum, disciplinárum, precum, suffragiórum, eleemosynárum, jejuniorum, vigilárum, Missárum, Horárum canonicárum ac ceterórum bonórum spirituálium, quæ passim die, noctuqué, cooperánte misericórdia Jesu Christi, a Religiósis totius nostræ sacræ, Religiónis peragúntur. In nómine Patris, et Fílli ☧ et Spíritus Sancti. **℟. Amen.**

imponéndum bene ☧ díctio tua benígnā descéndat, ut sit bene ☧ díctus, atque divína virtúte procul pellántur hóstium nostrórum visibílium et invisíbiliū tela nequíssima.

℟. Amen.

Orémus.

Oratio

**C**aput ómnium fidélium Deus, et humáni géneris Salvátor, hunc hábitum, quem propter tuum, tuæque Genitricis Vírginis Maríæ de Monte Carmélo amórem, atque devotiónem servi tui est delatúri (*ancillæ tuæ sunt delatúræ*), dexterā tua sanctí ☧ fica; et hoc, quod per illud mýstice datur intélligi, tua semper custódia, córpore et ánimo servétur; et: ad remuneratióne perpétuam cum Sanctis ómnibus felicíssime perducátur : Qui vivis et regnas in sǽcula sǽculórum.

℟. Amen.

Orémus.

Oratio

**C**réator, Conservátor, et Salvátor ómnium, largítor humána salútis Deus, et dator grátiae spirituális, bene ☧ dictióinem tuam super hunc hábitum immítte: ut, qui (quæ) eum gestáverit, (-int) cælesti virtúte munítu (-æ) fidem íntegram, spem firmam, et caritátem desiderátam tenánt, et a te numquam separári permittas: Qui vivis et regnas in sǽcula sǽculórum. **℟. Amen.**

### Alia benedic. scapul B.M.V. de Monte Carmelo

Postea signo crucis benedicens personæ receptam dicat:

#### **Pro uno vel una**

Bene ✕ dícat te Cónditor cæli et terræ, Deus omnípotens, qui te elígere: dignátus est ad beatíssimsæ Vírginis Maríæ de Monte Carmélo Societátem et Confraternitátem: quam precámur, ut in hora óbitus tui cónterat caput serpéntis, qui tibi est adversárius, et tandem tamquam victor (victrix) palmam, et corónam sempitérnæ hereditátis consequáris. Per Christum Dóminum nostrum. Rx Amen,

#### **Pro pluribus**

Bene ✕ dícat vos Cónditor cæli et terræ, Deus omnípotens, qui vos elígere: dignátus est ad beatíssimsæ Vírginis Maríæ de Monte Carmélo Societátem et Confraternitátem: quam precámur, ut in hora óbitus vestri cónterat caput serpéntis, qui vobis est adversárius, et tandem tamquam victóres (victríces) palmam, et corónam sempitérnæ hereditátis consequámini. Per Christum Dóminum nostrum.

Rx Amen,

Deinde aspergatur persona aqua benedicta.

Si plures simul recipiendi, sint, mutetur numerus.

Quando Habitū solummodo benedicendus erit, tunc benedictio incipit a V. Osténde nobis, Dómine, et concluditur cum Oratione Creator, etc.

Omnibus expletis, Sacerdos Confratrem paucis sed efficacioribus verbis adhortetur ad caute, pie sancteque vivendum, ad onera omnia adimplenda tum generalia pro omnibus Confratribus, tum specialia pro iis, qui gaudere volunt privilegio, vulgo nuncupato «Sabbatino» (circa quæ eudem sufficienter instruat), atque ad Virginem Deiparam in posterum peculiaribus devotionis obsequiis assidue colendam, eamque veluti singularem ac dulcissimam Matrem filiali et sincero affectu prosequendam.

13

### FORMULA BREVIOR BENEDICENDI ET IMPONENDI SCAPULARE

B. M. V. DE MONTE CARMELO

**quæ adhiberi potest, præsertim in privatis  
receptionibus, vel occasione magni concur-  
sus, ad majorem Sacerdotis recipientis com-  
moditatem.**

(Approbata a S. R. C. die 24 Julii 1888)

Persona recipienda ad habitum genuflexa, Sacerdos, superpelliceo et stola albi coloris, aut saltem stola, indutus, dicat:

V. Osténde nobis, Dómine, misericordiam tuam.

Rx. Et salutare tuum da nobis.

V. Dómine, exaudi orationem meam.

Rx. Et clamor meus ad te véniat.

V. Dóminus vobiscum. Rx. Et cum spíitu tuo.

#### **Pro uno vel una**

Orémus.

Oratio

Dómine Jesu Christe, humáni géneris Salvátor, hunc habitum, quem propter tuum tuéque Genetrícis Vírginis Maríæ de Monte Carmélo amórem

#### **Pro pluribus**

Oratio

Orémus.

Dómine Jesu Christe, humáni géneris Salvátor, hunc habitum, quem propter tuum tuéque Genetrícis Vírginis Maríæ de Monte Carmélo

## Appendix

servus tuus (*ancilla tua*) devóte est delatúrus (-a), déxtera tua sanctí ✕ fica, ut eádem Genetríce tua intercedénte, ab hoste malígnῳ defénsus (-a), in tua grátia usque ad mortem persevéret: Qui vivis et regnas in sǽcula sǽculórum. **R.** Amen.

Deinde aspergat habitum aqua benedicta, et postea ilium imponat personæ vel personis (cuilibet separatim), dicens:

Accipe (Accípote) hunc hábitum benedíctum, precans (precántes) sanctíssimam Vírginem, ut ejus méritis illum pérferas (perferáti) sine mácula et te (vos) ab omni adversitatē défendat, atque ad vitam perdúcat ætérnam.

**R.** Amen.

**Postea subjungat:**

Ego, ex potestáte mihi concéssa, recípio te (vos) ad participatióne ómnium bonórum spirituálium, quæ, cooperánte misericórdia Jesu Christi, a Religiósis de Monte Carmélo peragúntur.

In nómine Patris, et Fílli, ✕ et Spíritus Sancti. **R.** Amen.

Bene ✕ dícat te (vos) Cónditor cæli et terræ, Deus omnípotens, qui te (vos) cooptáre dignátus est in Confraternitátem beatæ Mariæ Vírginis de Monte Carmélo: quam exorámus, ut in hora óbitus tui (vestri) cónterat caput serpéntis antíqui, atque palmam et corónam sempitérnæ hereditátis tandem consequáris (consequámini). Per Christum Dóminum nostrum.

**R.** Amen.

Aspergatur persona aqua benedicta. Si plures simul recipiendi sint, mutetur numerus.

Si habitus solummodo benedicendus sit, tunc benedictio incipit a **V.** Osténde et concluditur cum Oratione Dómine Jesu Christe.

14

## FORMULA BREVIOR BENEDICENDI ET IMPONENDI QUINQUE SCAPULARIA

**sanctissimæ Trintatis, Passionis D. N. J. C.,  
beatæ Mariæ Virginis sub respectivo titulo  
immaculatæ Conceptionis, Septem Dolorum  
et Montis Carmeli.**

Suscepturi Scapularia genuflectunt; et Sacerdos, superpelliceo ac stola alba indutus, dicit :

**V.** Adjutórium nostrum in nómine Dómini.

**R.** Qui fecit cælum et terram.

**V.** Dóminus vobíscum. **R.** Et cum spíritu tuo.

Orémus.

**Oratio**

**D**ómine Jesu Christe, ómnium caput fidélium et humáni géneris Salvátor, qui tégumen nostræ mortalitátis indúere dignátus es: obsecrámus imménsam largítatís tuæ abundántiam, ut indumenta hæc, in obséquium sanctíssimæ Trinitátis institúta, nec non in honórem et memóriam

### Benedictio quinque scapularium

doloríssimæ passiónis tuæ, in honórem beatíssimæ Vírginis Matris tuæ sub título Immaculátæ conceptionis, Septem Dolórem et Montis Carméli, ita bene ✕ dicere et sancti ✕ ficáre dignérис; ut qui (quæ) ea assúmpserint, eádem Genetríce tua intercedénte, te quoque salutáre nostrum, córpore et ánima indúere mereántur: Qui vivis et regnas in sǽcula sǽculórum. Rx. Amen.  
Et aspergantur aqua benedicta.

Mox Sacerdos omnibus scapularia singillatim imponat, ac deinde formulam proferat supra omnes simul.

1. Accípite hábitum Ordinis sanctíssimæ Trinitátis in fidei, spei, et caritatis augmémentum, ut induáitis novum hóminem, qui secúndum Deum creáitus est in justitia et sanctitáte.
2. Accípite scapuláre Passiónis Dómini nostri Jesu Christi, ut, véterem hóminem exúti novúmque indúti, ipsum digne perferáti, et ad vitam perveniátis sempitérnam.
3. Accípite scapuláre devotórum beatíssimæ Mariæ Vírginis sine labe concéptæ, ut, ejus intercessióne ab omni inquinaménto mundáti, ad vitam perveniátis ætérnam.
4. Accípite hábitum Servórum beatíssimæ Mariæ Vírginis Septem Dolóres ejus devóte recoléntium, ut, dolóres ipsos assídue recognítantes, Passióinem Dómini nostri Jesu Christi in corde et córpore vestro impréssam júgiter teneátis.
5. Accípite hábitum Societatis et confraternitatis beátæ Mariæ Vírginis de Monte Carmélo, precántes eámdem sanctíssimam Vírginem, ut ejus méritis illum perferáti sine mácula et vos ab omni adversitatē deféndat atque ad vitam perdúcat ætérnam.

Ego, ex facultáte Apostólica mihi delegáta, recípio vos in participatióne bonórum spirituálium horum Ordinum seu Congregatiónum et indulgentiárum, quæ per Sanctæ Sedis privilégia prædícits scapuláribus concéssæ sunt. In nómine Pa ✕ tris, et Fí ✕ lii, et Spíritus ✕ Sancti. Rx. Amen.

V. Salvos fac servos tuos.

Rx. Deus meus, sperántes in te.

V. Mitte eis, Dómine, auxílium de sancto.

Rx. Et de Sion tuére eos.

V. Esto eis, Dómine, turris fortitúdinis.

Rx. A fácie inimíci.

V. Nihil proficiat inimícus in eis.

Rx. Et filius iniquitatis non appónat nocére eis.

V. Dómine, exáudi oratióne meam.

Rx. Et clamor meus ad te véniat.

V. Dóminus vobíscum. Rx. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Oratio

**A**désto, Dómine, supplicatióibus nostris, et quibus in tuo nómine sacros hábitus imposúimus, ita bene ✕ dicere dignérís, ut, tuæ grátiæ cooperántes, vitam cónsequi mereántur ætérnam. Per Christum Dóminum nostrum. Rx. Amen.

Benedictio Dei omnipoténtis, Patris, et Fílii, ✕ et Spíritus Sancti, descéndat super vos, et máneat semper. Rx. Amen.

Formula recitetur numero singulari, si uni tantum personæ sint scapularia imponenda.

15

## BENEDICTIO SCAPULARIS PRETIOSI SANGUINIS

Scapulare fieri solet ex lana rubei coloris cum imagine Ssmi Crucifixi, vel Ssmi Cordis D.N.J.C. Sanguinem manantis super Calicem.

Suscepturus Scapulare genuflectit; et Sacerdos, superpelliceo ac stola rubea indutus, dicit:

- ℣. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.
- ℟. Qui fecit cælum et terram.
- ℣. Redemísti nos, Dómine, in Sánguine tuo,
- ℟. Et fecísti nos Deo nostro regnum.
- ℣. Te ergo quæsumus, tuis fámulis súbveni.
- ℟. Quos pretioso Sanguine redemisti.
- ℣. Dómine, exáudi oratióne meam.
- ℟. Et clamor meus ad te véniat.
- ℣. Dóminus vobíscum.
- ℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus..

Oratio

**A**Etérne Pater, et omnípotens Deus, qui Unigénitum tuum vestem nostræ mortalitatis indúere, et Sanguinem suum pretiósrum pro mundi salúte effúndere voluísti : obsecrámus cleméntiam tuam ut hoc genus vestiménti quod in signum devotiónis fidélium erga salútis nostræ prétium institútum est, bene ✕ dícere, et sancti ✕ ficáre dignérис; ut, quicúmque eo usus fúerit, indúere mereátur eúmdem Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum : Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sácula sáculórum. **℟** Amen.

Et aspergatur aqua benedicta.

16

## BENEDICTIO FUNICULORUM ET VITTARUM PRETIOSI SANGUINIS

Vittæ fiunt ex lana rubei coloris, quæ, si exterius a mulieribus ferantur, a sinistro latere pendent. Funiculi pariter ex lana rubea conficiuntur.

- ℣. Adjutórium nostrum in nómine Dómini
- ℟. Qui fecit cælum et terram.
- ℣. Redemísti nos, Dómine, in Sánguine tuo,
- ℟. Et fecísti nos Deo nostro regnum.
- ℣. Te ergo quæsumus, tuis fámulis súbveni.
- ℟. Quos pretiósrum Sánguine redemísti.
- ℣. Dómine, exáudi oratióne meam.
- ℟. Et clamor meus ad te véniat.
- ℣. Dóminus vobíscum. **℟**. Et cum spíritu tuo.

### Benedictio vestis votivæ Pretiosi Sanguinis

Orémus.

Oratio

**O**mnipotens sempiterne Deus, qui Unigenitum Filium tuum constiuisti humani generis Redemptorem, ac ejus Sanguine placari voluisti: da nobis tuæ dilectionis augmentum, et super hos funiculos (*vel* super has vittas) bene ✕ dictiōnem tuam infundere dignare; ut, quicunque eis cinctus fuerit, suorum delictorum contritiōnem in terris habere mereatur, et ab omni carnis labe, cunctisque periculis mentis et corporis liberatus, ad vitam perveniat æternam. Per eumdem Christum Dominum nostrum. **R.** Amen.

Et aspergantur aqua benedicta.

17

## BENEDICTIO VESTIS VOTIVÆ PRETIOSI SANGUINIS

Vestis votiva nigra adhibetur.

- V.** Adjutorium nostrum in nomine Domini.
- R.** Qui fecit caelum et terram.
- V.** Redemisti nos, Domine, in Sanguine tuo.
- R.** Et fecisti nos Deo nostro regnum.
- V.** Te ergo quaesumus, tuis famulis subveni.
- R.** Quos pretioso Sanguine redemisti.
- V.** Domine, exaudi orationem meam.
- R.** Et clamor meus ad te veniat.
- V.** Dominus vobiscum. **R.** Et cum spiritu tuo.

Orémus.

Oratio

**D**omine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus, a quo descendit omne bonum, et omne donum: tibi gratias referimus pro suscepitis votis, et per merita pretiosissimi Sanguinis dilecti Filii tui Domini nostri Iesu Christi, ac per intercessionem beatissimae Virginis Mariæ praesta famulæ tuæ, quæ hanc vestem induerit, salutem mentis et corporis; ut te Creatorem omnium recta fide colat, et in Filium tuum Unigenitum, Redemptorem mundi, spem suam confirmet, teque summum bonum super omnia diligat, ac sanctis mandatis tuis semper obediatur, donec ad æternam gloriam feliciter perducatur. Per eumdem Christum Dominum nostrum. **R.** Amen.

Et aspergatur aqua benedicta.

18

## BENEDICTIO ET IMPOSITIO SCAPULARIS SACRI CORDIS JESU

(Approbatae S. R. C. die 4 Aprilis 1900)

Suscepturus Scapulare genuflectit; et Sacerdos, superpelliceo et stola alba indutus, dicit:

- V.** Adjutorium nostrum in nomine Domini.
- R.** Qui fecit caelum et terram.
- V.** Ostende nobis, Domine, misericordiam tuam.
- R.** Et salutare tuum da nobis.
- V.** Domine, exaudi orationem meam.
- R.** Et clamor meus ad te veniat.

## Appendix

℣. Dóminus vobíscum. Rx. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Oratio

**D**ómine Jesu, qui ineffábiles Cordis tui divítias Ecclésiæ sponsæ tuæ singulári dilectionis beneficio aperuísti: hoc Scapuláre ejúsdem Cordis tui emblémate décorátum bene ✠ dícere dignérис; ut, quicúmque illud devóte gestáverit, interecdénte beáta et clementíssima Genitríce tua María, virtútibus et donis cælestibús ditári mereátur: Qui vivis et regnas in sǽcula sǽculórum.  
Rx Amen.

Postea Sacerdos Scapulare aspergat aqua benedicta, illudque imponat, dicens :

### **Pro uno vel una**

Accipe, frater (soror) hoc scapuláre sacri Cordis Jesu, quo ornátus (-a) in honórem et memóriam amórís et passiónis ejus, per interessiónem beátæ Maríæ Vírginis, Matris misericórdiæ, divínæ grátiae largítatem et ætérnæ glóriæ fructum cósequi mereáris. Per eúmdem Christum Dóminum nostrum.

Rx Amen.

### **Pro pluribus**

Accipite, fratres (sorores) hoc scapuláre sacri Cordis Jesu, quo ornáti (-æ) in honórem et memóriam amórís et passiónis ejus, per interessiónem beátæ Maríæ Vírginis, Matris misericórdiæ, divínæ grátiae largítatem et ætérnæ glóriæ fructum cósequi mereámini. Per eúmdem Christum Dóminum nostrum.

Rx Amen.

Si Scapulare pluribus imponatur, omnia plurali numero dicantur.

Deinde una vice cum adscripto dicat sive latino sive vernaculo idiomate sequentes preces jaculatorias:

Jesu, mitis et húmilis corde, fac cor nostrum sicut cor tuum.

María, Mater grátiae, Mater misericórdiæ, tu nos ab hoste prótege, et mortis hora súscipe.

19

## BENEDICTIO ET IMPOSITIO SCAPULARIS IMMACUALATI CORDIS B. M. V.

Suscepturus Scapulare genuflectit; et Sacerdos, superpelliceo et stola coloris albi indutus, dicit:

Ant. Suscépimus, Deus, misericórdiam tuam in médio templi tui: secúndum nomen tuum, Deus, sic et laus tua in fines terræ: justitia plena est déxtera tua.

Kýrie, élison. Christe, élison. Kýrie, élison. Pater noster **secreto usque ad**

℣. Et ne nos indúcas in tentatióne.

Rx Sed líbera nos a malo.

### **Pro uno vel una**

℣. Salvum (-am) fac servum tuum (ancillam tuam).

Rx. Deus meus, sperántem in te.

℣. Mitte ei, Dómine, auxílium de sancto.

Rx. Et de Sion tuére eum (eam).

℣. Nihil proficiat imímicus in eo (ea).

Rx. Et filius intiquitatis non appónat nocére ei.

℣. Dómine, exáudi oratióne meam.

Rx. Et clamor meus ad te véniat.

### **Pro pluribus**

℣. Salvos (-as) fac servos tuos (ancillas tuas).

Rx. Deus meus, sperántes in te.

℣. Mitte eis, Dómine, auxílium de sancto.

Rx. Et de Sion tuére eos (eas).

℣. Nihil proficiat imímicus in eos (eas).

Rx. Et filius intiquitatis non appónat nocére eis.

℣. Dómine, exáudi oratióne meam.

Rx. Et clamor meus ad te véniat.

Benedictio scapularis Ss. Cordium Jesu et Mariæ

V. Dóminus vobíscum. R. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Oratio

**S**uscípiat te (vos) Christus in número fidélum suórum, et nos, licet indígni, te (vos) suscípimus in oratióibus nostris. Concédat tibi (vobis) Deus, per Unigénitum suum, mediatórem Dei et hóminum, tempus bene vivéndi, locum bene agéndi, constántiam bene perseverándi, et ad æternæ vitæ hereditátem feliciter perveniéndi. Et sicut nos hódie fratérana cáritas spirituáliter jungit in terris, ita divína píetas, quæ dilectiónis est auctrix, nos cum fidélibus suis conjúngere dignétur in cælis: Per eúmdem Christum Dóminum nostrum. R. Amen.

Postea benedicit Scapulare dicens:

V. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.

R. Qui fecit cælum et terram.

V. Dóminus vobíscum.

R. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Oratio

**D**eus, cujus verbo sanctificántur ómnia, bene ✕ dictiόnem tuam effúnde super hábitum istum (hábitus istos): et præsta; ut, qui eo (eis) secúndum legem et voluntátem tuam cum gratiárum actiōne usus fúerit (usi fúerint), per invocatiómem sanctíssimi nóminis tui, córporis sanitátem et ánimæ tutélam, te auctóre, percípia(n)t. Per Christum Dóminum nostrum. R. Amen.

Deinde aspergit aqua benedicta Scapulare, et singulis petentibus illud imponit, dicens :

**Pro uno vel una**

Accipe, frater (soror), hunc hábitum benedictum, precans sanctíssimam Vírginem, ut ejus méritis ilium pérferas sine mácula, teque ab omni adversitatē deféndat, et ad vitam perdúcet aeternam. R. Amen.

**Pro pluribus**

Accipite, fratres (sorores), hunc hábitum benedictum, precantes sanctíssimam Vírginem, ut ejus méritis ilium pérferatis sine mácula, vosque ab omni adversitatē deféndat, et ad vitam perdúcet aeternam. R. Amen.

20

**BENEDICTIO ET IMPOSITIO  
SCAPULARIS  
SACRORUM CORDIUM JESU ET MARIÆ**

Suscepturus Scapulare genuflectit; et Sacerdos, superpelliceo et stola alba indutus, dicit:

V. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.

R. Qui fecit cælum et terram.

V. Osténde nobis, Dómine, misericórdiam tuam.

R. Et salutáre tuum da, nobis.

V. Dómine, exáudi oratiómem meam.

R. Et clamor meus ad te véniat.

V. Dóminus vobíscum. R. Et cum spíritu tuo.

## Appendix

### **Pro uno vel una**

Orémus.

**C**lementissime Deus, qui ad peccatórum salútem et miserórum perfúgium Cor Fílli tui Jesu Christi caritáte et misericórdia plenum et Cor beátæ Maríæ Vírginis eídem simíllimum esse voluísti; hoc Scapuláre is honórem et memóriam eorúmdem sacrórum Córdium gestándum bene ✕ dícere dignérís, ut hic fámulus tuus indútus (*hæc fámula tua indúta*), méritis et intercessióne ipsius Deiparæ Vírginis, secúndum Cor Jesu inveníri mereátur. Per eúmdem Christum Dóminum nostrum.

℟. Amen.

Postea Sacerdos Scapulare aspergat aqua benedicta, illudque imponat, dicens:

### **Pro uno vel una**

Accipe, frater (soror), Scapuláre sacrórum Córdium Jesu et Maríæ, ut sub ejus protectióne et custódia, utriúsque sacratíssimi Cordis virtútes recoléndo et imitando, resurrectiónis glóriæ dignus (-a) efficiáris. Per eúmdem Christum Dóminum nostrum. **℟. Amen.**

Si Scapulare pluribus imponatur, omnia plurali numero dicantur.

Deinde una vice cum adscripto dicat give latmo sive vernaculo idiomate sequentes preces jaculatorias:

Cor Jesu sacratíssimum, miseré nobis,  
Cor Maríæ immaculátum, ora pro nobis.

### **Oratio**

Orémus.

### **Pro pluribus**

Oratio

**C**lementissime Deus, qui ad peccatórum salútem et miserórum perfúgium Cor Fílli tui Jesu Christi caritáte et misericórdia plenum et Cor beátæ Maríæ Vírginis eídem simíllimum esse voluísti; hoc Scapuláre is honórem et memóriam eorúmdem sacrórum Córdium gestándum bene ✕ dícere dignérís, ut hi fámulis tui induti (*hæ fámulæ tuæ indútæ*), méritis et intercessióne ipsius Deiparæ Vírginis, secúndum Cor Jesu inveníri mere-ántur. Per eúmdem Christum Dóminum nostrum. **℟. Amen.**

### **Pro pluribus**

Accipite, fratres (sorores), Scapuláre sacrórum Córdium Jesu et Maríæ, ut sub ejus protectióne et custódia, utriúsque sacratíssimi Cordis virtútes recoléndo et imitando, resurrectiónis glóriæ digni (-æ) efficiámini. Per eúmdem Christum Dóminum nostrum. **℟. Amen.**

21

## BENEDICTIO ET IMPOSITIO SCAPULARIS B. MARIÆ VIRGINE MERCEDE

**Propria Ord. B. M. V.  
de Mercede Redempt. Captivorum**

Suscepturus Scapulare genuflectit; et Sacerdos, superpelliceo et stola albi coloris indutus, dicit:

℣. Adjutórium nostrum in nōmine Dómini.

℟. Qui fecit cælum et terram.

℣. Osténde nobis, Domine, misericordiam tuam.

℟. Et salutare tuum da nobis.

℣. Dóminus vobíscum. **℟. Et cum spíritu tuo.**

Orémus.

Oratio

**D**ómine Jesu Christe, qui tégumen nostræ mortalitatis indúere dignátus es: obsecrámus imménsæ largítatis tuæ abundántiam; ut hunc hábitum, quem sancti Patres ad innocéntiæ et

### Benedictio ejusdem scapularis sine impositione

sanctitatis indíctum ferre sanxérunt, ita bene ✠ dícere dignérис, ut, qui eo usus fúerit, te indúere mereáut: Qui vivis et regnas per ómnia sǽcula sǽculórum. Rx. Amen.

Deinde aspergat habitum aqua benedicta, et eo postulantem induat, dicens :

Ego auctorité Dómini nostri Jesu Christi, et Apostolórum Petri et Pauli, et mihi commíssa, do tibi (vos) hábitum Religiónis beátæ Maríæ de Mercéde, propter devotónem, quam geris (géritis) ad sacratíssimam et immaculátam Matrem Dei Maríam, et Ordinem ejus sub nómíne fundátum: cum quo in præsénti grátiam Spíritus Sancti adipíisci váleas (valeátis), et in futúro sǽculo glóriam ætérnam, quæ præmíum est electórum. In nómíne Patris, et Filii, ifi et Spíritus Sancti.

Rx. Amen.

Postea dicatur Hymnus Veni, Creator Spiritus, etc., ut supra, pag. 402.

V. Emítte Spíritum tuum, et creabúntur.

Rx. Et renovábis fáciem terræ.

#### Pro uno vel una

V. Salvum (-am) fac servum tuum (ancíllam tuam).

Rx. Deus meus, sperántem in te.

V. Dóminus vobíscum. Rx. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Oratio

#### Pro pluribus

V. Salvos (-as) fac servos tuos (ancíllas tuas).

Rx. Deus meus, sperántes in te.

V. Dóminus vobíscum. Rx. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Oratio

Oratio

**A**déstō, Dómine, supplicatióibus nostris: et hunc fámulum tuum (hanc fámulam) tuam bene ✠ dícere dignérис, cui in tuo sancto nómíne hábitum sanctæ Religiónis beátæ Maríæ de Mercéde impónimus, quem ex devotónē cupit portáre, dum vitam dúixerit in humánis; ut, te largiénte, et devótus (-a) in Ecclésia persístere. et vitam percípere mereáutur ætérnam. Per Christum Dóminum nostrum. Rx. Amen.

**A**déstō, Dómine, supplicatióibus nostris: et has fámulos tuos (has fámulas) tuas bene ✠ dícere dignérис, quibus in tuo sancto nómíne hábitum sanctæ Religiónis beátæ Maríæ de Mercéde impónimus, quem ex devotónē cupit portáre, dum vitam dúixerint in humánis; ut, te largiénte, et devótus (-æ) in Ecclésia persístere. et vitam percípere mereántur ætérnam. Per Christum Dóminum nostrum. Rx. Amen.

22

## BENEDICTIO EJUSDEM SCAPULARIS SINE IMPOSITIONE Propria ejusdem Ordinis

Sacerdos superpelliceo et stola albi coloris indutus, dicit:

V. Adjutórium nostrum in nómíne Dómini.

Rx. Qui fecit cælum et terram.

V. Osténde nobis, Dómine, misericórdiam tuam.

Rx. Et salutáre tuum da nobis.

V. Dómine, exáudi oratióñem meam.

Rx. Et clamor meus ad te véniat.

V. Dóminus vobíscum.

Rx. Et cum spíritu tuo.

## Appendix

Orémus.

Oratio

**D**ómine Jesu Christe, qui tégumen nostræ mortalitatis induere dignatus es: obsecrámus imménsæ largitatis tuæ abundántiam; ut hoc genus vestimentorum, quod sancti Patres ad innocéntiæ et sanctitatis indícium, ferre sanxérunt, ita bene ✕ dícere dignéris, ut, qui eo usus fúerit, te induere mereátur: Qui vivis et regnas in sæcula sæculórum.

℟. Amen.

Orémus.

Oratio

**P**ater misericordiárum et Deus totíus consolatiónis, qui te máxime mirábilem et laudáibilem præbes in gloriosíssima Vírgine María, unigéniti Fílii tui matre, qui nobis eam in misericórdia matrem donásti, captivorúmque redemptrícem effecísti, in ipsáque glorificári cómplaces: tuam súpplices exorámus cleméntiam; ut super hoc signum scapuláre seu vestiméntum, pro ipsius sanctíssimæ Vírginis veneratióne adaptátum et super quámlibet ipsius partem, sacram tuam bene ✕ dictiōnem benignus effundas; et præstes, ut, qui eam devóte coluerit, potentíssimum redemptrícis supérnæ experiátur auxílium, tuámque niisericórdiam piíssimam in præsenti et in futúro sæculo. Per eúmdem Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Orémus.

Oratio

**C**lementíssime Dómine Deus, qui beatíssimam Vírginem Maríam, Fílii tui felicíssimam matrem, býssino splendénti et cándido in ætérnum fulgére fecísti: bene ✕ dícere, quæsumus, velis album istud operiméntum, in ejúsdem Vírginis Matris, captivórum: auxiliatricis, honórem consecratum; ut, qui venerétur devóte a malis ómnibus sit liber, et supérno býssino in cælis vestíri mereátur. Per eúmdem Christum Dóminum nostrum.

℟. Amen.

Et aspergatur aqua benedicta.

23

### BENEDICTIO ET IMPOSITIO SCAPULARIS B. MARIÆ VIRGINIS SUB TIT. SALUS INFIRMORUM

**Propria Clericorum Regularium  
infirmis Ministrantium**

Suscepturus Scapulare genuflectit; et Sacerdos, superpelliceo ac stola albi coloris indutus, dicit:

℣. Adjutórium nostrum in nōmine Dómini.

℟. Qui fecit cælum et terram.

℣. Dóminus vobíscum.

℟. Et cum spíritu tuo.

Benedictio scapul. B.M.V. sub. tit. Salus infirmorum

Orémus.

Oratio

**B**éne ✕ dic, Dómine, quæsumus, induméntum hoc: et præsta; ut, quicúmque illud in honórem Maríæ Deíparæ salútis infirmórum súmpserint, mentis et córporis sanitáte gáudeant, et in hora éxitus sui ad vitam perducántur ætérnam. Per eúmdem Christum Dóminum nostrum. Rx. Amen.

Et aspergatur aqua benedicta.

Deinde benedicuntur parvæ cruces rubri coloris, Scapularibus adnectendæ.

V. Adjutórium nostrum in nómine Dómini..

Rx. Qui fecit cælum et terram.

V. Dóminus vobíscum. Rx. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Oratio

**B**éne ✕ dic, Dómine, cruces istas, ut sint remédium salútare fidélibus: et præsta per invocationem sancti nóminis tui; ut, quicúmque eas portáverint, córporis sanitátem, et ánimæ tutélam accípiant. Per Christum Dóminum nostrum. Rx. Amen.

Orémus.

Oratio

**O**mnípotens sempítérne Deus, qui Crucis signum pretióso Fílli tui Sánguine consecrásti, per eámdem sanctíssimam Crucem et mortem ipsíus Fílli tui Jesu Christi, mundum redímere voluísti, ac per ejúsdem venerábilis Crucis virtútem hóminum genus ab antíqui hostis tyránnide liberásti: te suppliciter exorámus, ut tua pietáte has cruces bene ✕ dícere dignéris, et cælestem ejus virtútem et grátiam impertíri; ut, quicúmque eas super se gestáverit, cælestis gratiæ plenitúdinem recipere, et Christum contra omnes diabólicas versútias defensórem habere mereátur: Qui tecum, et cum Spíritu Sancto vivit et regnat, per ómnia sǽcula sǽculórum. Rx. Amen.

Et aspergantur aqua benedicta.

Postea benedicitur corona homini pro agonizantibus.

V. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.

Rx. Qui fecit Cælum et terram.

V. Benedíces corónæ anni benignitátis tuæ.

Rx. Et campi tui replebúntur ubertáte.

V. Dómine, exáudi oratióne meam.

Rx. Et clamor meus ad te véniat.

V. Dóminus vobíscum. Rx. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Oratio

**D**ómine Jesu Christe, qui in similitúdinem hóminum factus, et in mundo conversátus, tam multa pati pro hóminum salúte et in Cruce mortem subíre voluísti: dignáre, quæsumus, hanc bene ✕ dícere et sancti ✕ ficáre corónam; ut, qui eam pie gestáverit, et devóte recitatáverit, multíplici grátia et indulgentiæ tuæ dono ditátus, ætérnam in cælo corónam obtinére mereátur: et fidéles étiam toto orbe terrárum in extrémis laborántes, misericórdia tua adjúti, de agóne ad perpétuam tuæ claritatis glóriam pertíngere véleant Per te, Jesu Christe, Salvátor mundi: Qui vivis et regnas cum Deo Patre in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sǽcula sǽculórum. Rx. Amen.

Et aspergatur aqua benedicta.

## Appendix

Deinde fidelis huic piæ Societati adscribitur, dicendo:

℣. Adjutórium nostrum in nōmine Dómini.

℟. Qui fecit cælum et terram.

℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Oratio

**O**mnipotens et misericors Deus, te humíliter deprecámur: ut, qui piæ huic Societáti nomen déderint, beatíssimam Vírginem Maríam infirmórum Salútem exorántes, et córporum medélam obtíneant, et ánimæ sanitátem. Per Christum Dóminum nostrum, ℟. Amen.

Orémus.

Oratio

**D**eus, qui ineffábili providéntia beátum Joseph sanctíssimas Genitrícis tuæ Sponsum elígere dignátus es, eíque moriénti una cum ipsa immaculáta Vírgine adstítisti: concéde; ut, eo intercedénte, in hora éxitus nostri sanctíssimum tuum et Maríæ nomen invocémus, atque æternam ingredi réquiem valeámus: Qui vivis et regnas in sǽcula sǽculórum. ℟. Amen.

Orémus.

Oratio

**D**eus. qui sanctum Camíllum singulári caritátis prærogatíva decorásti, ac novæ prolis ad infirmórum subsídium effecísti patrem: ejus méritis et intercessióne concéde; ut, qui ægrotándo labórant, ad ánimæ salútem proficiant sempitérnam. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Postea Scapulare porrigitur, cuilibet dicendo:

Accipe, frater (soror), habitum hunc, singuláre signum piæ Societáris sub titulo sanctíssimæ Vírginis de Salúte, ac sanctórum Joseph et Camilli, ut ita indútus (-a), sub eórum patrocínio, perpétuo vivas. ℟. Amen.

Postremo corona porrigitur, cuilibet dicendo:

Accipe corónam Dómini nostri Jesu Christi, in memóriam passiónis ejus contéxtam: et, cum eum ore laudáveris, omnes in agóne constitúti patíenter dolores sustíneant, et ad vitam pervéniant sempitérnam. Per eúmdem Christum Dóminum nostrum, ℟. Amen.

Pax et benedictio Dei omnipoténtis, Patris, et Fílii, ☧ et Spíritus Sancti, descéndat super te (Vos), et máneat semper. ℟. Amen.

BENEDICTIO ET IMPOSITIO  
SCAPULARIS\*  
B. MARIÆ V. DE BONO CONSILIO

**Propria Ord. Eremitarum S. Augustini**

(Approbata a S. R. C. die 21 Dec. 1893)

Suscepturus Scapulare genuflectit, ac Sacerdos superpelliceo et stola alba indutus dicit:

- ℣. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.  
℟. Qui fecit cælum et terram.  
℣. Osténde nobis, Dómine, misericórdiam tuam.  
℟. Et salutáre tuum da nobis.  
℣. Dómine, exáudi oratióne meam.  
℟. Et clamor meus ad te véniat.  
℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Oratio

**D**ómine Jesu Christe, qui Magni Consílii Angelus, et Admirabilis Consiliárius hóminibus per Incarnatióne tuam adfuísti: hoc Scapuláre beátæ Maríæ Matris tuæ a Bono Consílio bene ✕ dícere dignérис, ut hæc insígnia gestántes per grátiam tuam recta consília sectúi bonis pérfrui mereántur ætérnæ : Qui vivis et regnas in sécula sæculórum.

℟. Amen.

Postea aspergit Scapulare aqua benedicta, atque illud imponens dicit:

Accipe, frater (soror), hæc insígnia beátæ Maríæ Virginis, Matris Boni Consílii; ut, ea inspiránte, quæ Deo plácita sunt, digne semper perficias, et cum electis suis consociári mereáris. Per Christum Dóminum nostrum, ℟. Amen.

Tunc prosequitur:

- ℣. Ora pro nobis. Mater Boni Consílii.  
℟. Ut digni efficiámur promissióníbus Christi.

Orémus.

Oratio

**D**eus, qui Genitrícem dilécti Fílii tui matrem nobis dedísti, ejúsque speciósam imáginem mira apparitióne clarificáre dignátus es: concéde, quæsumus; ut ejúsdem móntis júgiter inhæréntes, secúndum cor tuum vívere, et ad cælestem pátriam felíciter pervenire valeamus. Per eúmdem Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

\*Scapulare istud conficiatur ex binis de more paitilius laneis albi coloris simul conjunctis per duplicem cordulam seu vittam.

Altera pars habeat superimpositam impressam, in serica vel simili materie, Imaginem B. Mariæ, quæ colitur in Sanctuario Genestani tuæ verbis inscriptis: MATER BONI CONSILI. Pars vero altera referat applicitum stemma pontificale, videlicet trinam coronam cum clavibus et verba inscripta latine seu vernacule : «Fili, acquiesce consiliis ejus» (Leo XIII).

## Appendix

25

### BENEDICTIO ET IMPOSITIO SCAPULARIS SANCTI JOSEPH SPONSI B. M. V.

Protectoris Ecclesiæ Universalis

**Propria Ord. Min. S. franc. Capuccin.**

(Approbata a S. R. C. die 18 April. 1893)

Suscepturnus Scapulare genuflectit; et , Sacerdos, superpelliceo et stola alba indutis, dicit:

℣. Adjutórium nostrum in nōmine Dómini.

℟. Qui fecit cælum et terram.

℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

**Pro uno vel una**

Orémus.

**D**ómine Jesu Christe, qui custódiæ sancti Joseph, Sponsi immaculátæ Genitricis tuæ Maríæ, commítti voluísti: hoc vestiménti genus ad Ecclésiæ tuæ fidélium tutámen institútum bene ✕ dícere dienérис; ut hic fámulus tuus (hæc fámula tua) sub ejúsdem sancti Joseph protectióne pie et tute tibi servíre váleat: Qui vivis et regnas in sǽcula sǽculórum. ℟. Amen.

Oratio

**Pro pluribus**

Orémus.

Oratio

**D**ómine Jesu Christe, qui custódiæ sancti Joseph, Sponsi immaculátæ Genitricis tuæ Maríæ, commítti voluísti: hoc vestiménti genus ad Ecclésiæ tuæ fidélium tutámen institútum bene ✕ dícere dienérис; ut hic fámuli tui (hæ fámulæ tuæ) sub ejúsdem sancti Joseph protectióne pie et tute tibi servíre váleant: Qui vivis et regnas in sǽcula sǽculórum. ℟. Amen.

Postea Sacerdos Seapulare aspergat aqua benedicta, illudque imponat dicens :

Accipe, frater (soror), Scapulare sancti Joseph Sponsi beatæ Maríæ Vírginis, ut eo protectóre et custóde, contra diáboli nequítias defénsus (-a), ad vitam pervénias sempitérnam. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Deinde, flexis genibus, trina vice, una cum inscripto, dicat vernaculo idiomate:

Sancte Joseph, Protéctor noster, ora pro nobis.

26

### BENEDICTIO ET IMPOSITIO CINCTURÆ IN HONOREM B. MARIÆ VIRGINIS

**Propria Ord. Eremitarum S. Augustini**

Sacerdos superpelliceo ac stola alba indutus dicat:

℣. Adjutórium nostrum in nōmine Dómini.

℟. Qui fecit cælum et terram.

℣. Dóminus vobíscum.

℟. Et cum spíritu tuo.

Benedictio cincturæ B.M.V.

Orémus.

Oratio

**O**mnípotens et misóricors Deus, qui peccatóribus, pietátis tuæ misericórdiam quæréntibus, véniam et misericórdiam tribuis: orámus cleméntiam tuam; ut hanc corrígiam bene ✕ dícere, et sancti ✕ ficáre dignérís, ut, ómnis persóna, quæ pro peccátis suis ill præcíncta fúerit, atque eam portáverit, gratam tibi continéntiam, mandatorúmque tuórum obediéntiam servet et intercedéntibus beáta María semper Vírgine, ac sanctis Augustino et Mónica, véniam peccatórum suórum obtíneat, et vitam consequátur aëternam. Per Christum Dominum nostrum. Rx. Amen.

Orémus.

Oratio

**P**recámur te, Dómine sancte, Pater ommípotens, aëterne Deus: ut hanc corrígiam in sígnū puritatis bene ✕ dicas, ad restringéndos lumbos et renes, et voluntátem sub tua lege compríméndam; ut, quicúmq̄ illam devotónis stúdio semper portáverit, et misericórdiam tuam imploráverit, véniam, et indulgéntiam tua; sanctíssimæ misericórdiæ consequátur. Per Christum Dóminum nostrum. Rx. Amen.

Et aspergatur aqua benedicta.

Deinde benedicitur corona.

Orémus.

Oratio

**D**ómine Iesu Christe, qui discípulos tuos oráre docuísti: súscipe, quássumus, bene ✕ dicéndo oratiónes famulórum, famularúmque tuárum; ut illórum orátiō a te semper incípiat, et per te cœpta finiátur: Qui vivis et regnas in sácula sáculórum. Rx. Amen.

Et corona aspergatur aqua benedicta.

Postea benedicitur persona.

**Pro uno vel una**

Orémus.

Oratio

**A**déstō, Dómine, supplicatióibus nostris: ut hic fámulus tuus (hac fámula tua), cui in tuo sanctíssimo nómīne hanc corrígiam impónimus, te largiénte semper dévote in sancta religióne persístat. Per Christum Dóminum nostrum.  
Rx Amen.

Mox Sacerdos ipsam aspergat aqua benedicta.

Postea, eam cingens corrigia, dicat :

Accipe corrígiam super lumbos tuos: ut Sint lumbi tui præcíncti, insignum temperántiæ et castitatis. In nómīne Patris, et Fílli, ✕ et Spíritus Sancti. Rx. Amen.

Deinde Sacerdos dicat :

Dóminus qui cœpit in te (vobis) opus bonum, et ipse perficiat: et augmémentum grátiæ glóriæ, méritis beátæ Maríæ semper Vírginis, et sancti Augustíni, ejúsque devotíssimæ matris Mónicæ, tibi (vobis) concédat. Rx. Amen.

Et ego auctoritatē, qua fungor, indultóque Apostólico mihi commísso, te (vos) recípio atque accépto: et partícipem (partícipes), ómnium bonórum, quæ fiunt per totum Ordinem sancti Augustíni. constítuo.

**Pro pluribus**

Orémus.

Oratio

**A**déstō, Dómine, supplicatióibus nostris: ut hi fámuli tui (hæ fámulæ tuæ), quibus in tuo sanctíssimo nómīne hanc corrígiam impónimus, te largiénte semper dévote in sancta religióne persístant. Per Christum Dóminum nostrum. Rx Amen.

## Appendix

Benedictio Dei omnipoténtis, Patris, et Fílli, **¶** et Spíritus Sancti, descéndat super te (vos), et máneat semper. **R.** Amen.

27

# BENEDICTIO ET IMPOSITIO CHORDÆ IN HONOREM S. FRANCISCI ASSISIENSIS

**Propria Ord. Minorum Conventualium**

Sacerdos indutus superpelliceo ac stola alba, dicat:

- V. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.  
**R.** Qui fecit cælum et terram.  
 V. Ora pro nobis, beátæ Pater Francísce.  
**R.** Ut digni efficiámur promissiónibus Christi.  
 V. Dómine, exáudi oratióne meam.  
**R.** Et clamor meus ad te véniat.  
 V. Dóminus vobíscum. **R.** Et cum spíritu tuo.

### **Pro uno vel una**

Orémus.

Oratio

**D**eus, qui, ut servum redímeres, Fílium tuum per manus impiórum ligári voluísti; béne **¶** dic, quásimus, funem istum, et præsta ; ut fámulus tuus, qui (fámla tua, quæ) eo velut ligámine, pœnitentiáli sui córporis cingétur, vinculórum ejúsdem Dómini nostri Jesu Christi memor exsístat, et in órdine quem assúmpsít, perénniter persevéreret, tuísque cum afféctu semper obséquiis se alligátum (-am) esse cognóscat. Per eúmdem Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum: Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sǽcula sǽculórum. **R.** Amen.

Orémus.

Oratio

**O**mnípotens sempitérne Deus, qui ómnibus peccatóribus, quæréntibus véniam fit misericórdiam, quæsita et optáta misericórditer tribuísti; orámus imménsam cleméntiam tuam; ut hanc chordam bene **¶** dicere, et sancti **¶** ficáre dignérís; ut, quicúmque ea pro peccátis suis cinctus fúerit, et cleméntiam tuam implorávit, méritis et intercessióne beatíssimi servi tui Franicísci, véniam et indulgentiam suórum peccatórum, fructúmque tuæ sanctæ

### **Pro pluribus**

Orémus.

Oratio

**D**eus, qui, ut servum redímeres, Fílium tuum per manus impiórum ligári voluísti; béne **¶** dic, quásimus, funem istos, et præsta ; ut fámuli tui, qui (fámlæ tuæ, quæ) ei velut ligámine, pœnitentiáli sui córporis cingéntur, vinculórum ejúsdem Dómini nostri Jesu Christi memor exsístant, et in órdine quem assump-sérunt, perénniter persevérerent, tuísque cum afféctu semper obséquiis se alligátos (-as) esse cognóscant. Per eúmdem Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum: Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sǽcula sǽculórum. **R.** Amen.

Orémus.

Oratio

**O**mnípotens sempitérne Deus, qui ómnibus peccatóribus, quæréntibus véniam fit misericórdiam, quæsita et optáta misericórditer tribuísti; orámus imménsam cleméntiam tuam; ut has chordas bene **¶** dicere, et sancti **¶** ficáre dignérís; ut, quicúmque iis pro peccátis suis cincti fúerint, et cleméntiam tuam imploráverint, méritis et intercessióne beatíssimi servi tui Franicísci, véniam et indulgentiam suórum peccatórum, fructúmque

### Benedictio cing. in hon. S. Thomæ Aquinatis

misericórdiæ consequántur. Per Christum tuæ sanctæ misericórdiæ consequántur. Per Dóminum nostrum, Rx. Amen.

Deinde aspergatur aqua benedicta; mox Sacerdos cingendo postulantem chorda, dicat:

Accipe cordam super lumbos tuos: ut sint lumbi tui præcincti in signum castitatis. In nōmine Patris, et Fílii, ✕ et Spíritus Sancti. Rx. Amen.

28

## BENEDICTIO ET IMPOSITIO CINGULI LANEI IN HONOREM S. FRANCISCI DE PAULA

**Propria Ordinis Minimorum**

Sacerdos superpelliceo et stola albi coloris indutus, signans se signo crucis, dicit:

V. Adjutórium nostrum in nōmine Dómini.

Rx. Qui fecit cælum et terram.

V. Dóminus vobíscum. Rx. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Oratio

**O**mnípotens, sempitérne et miséricors Deus, qui pietatis tuæ indulgentiam peccatóribus, quārentibus véniam et misericórdiam, tribuísti: orámus imménsam cleméntiam tuam, ut hoc cíngulum láneum (hæc cíngula lánea) bene ✕ dícere et sancti ✕ ficáre dignérís; ut, quicúmque pro peccátis suis cíncti fúerint, et misericórdiam tuam imploráverint, intercéidente beáto Francíscu, véniam et indulgentiam tuæ sanctæ misericórdiæ consequántur. Per Christum Dóminum nostrum. Rx. Amen.

Aspergit cíngulum aqua benedicta; deinde iltud porrigit, dicnes:

Accipe cíngulum super lumbos tuos: ut sint lumbi tui præcincti in signum castitatis et temperantiæ. In nōmine Patris, et Fílii, ✕ et Spíritus Sancti. Rx. Amen.

29

## BENEDICTIO CINGULORUM IN HONOREM S. THOMÆ AQUINATIS **ad servandam castitatem** **Propria Ordinis Prædicatorum**

Sacerdos, superpelliceo et stola aibi coloris indutus, dicit :

V. Adjutórium nostrum in nōmine Dómini.

Rx. Qui fecit cælum et terram.

V. Dóminus vobíscum. Rx. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Oratio

**D**ómine Jesu Christe, Fíli Dei vivi, puritatis amátor et custos, obsecrámus imménsam

## Appendix

cleméntiam tuam: ut, sicut ministério Angelórum sanctum Thomam Aquinátem cíngulo castitatis cíngere, et a labe corporis ac animae præservare fecisti: ita ad honorem et gloriam ejus bene ✕ dicere, et sancti ✕ facere digneris cíngula ista; ut, quicunque ipsa circa renes reverenter portaverit ae tenuerit, ab omni immunditia mentis et corporis purificetur, atque in exitu suo per manus sanctorum Angelorum tibi digne præsentari mereatur: Qui cum Patre et Spíitu Sancto vivis et regnas in sæcula sæculorum.

R<sup>g</sup>. Amen.

Et aspergantur aqua benedicta.

30

## BENEDICTIO ET IMPOSITIO SACRI NUMISMATIS B. MARIAM V. IMMAC. vulgo Médaille miraculeuse

**Propria Congr. Missionis**

(Approbata a S. R. C. die 19 April. 1895)

Sacerdos benedicturus sacrum Numisma immaculatae Virginis Mariæ Conceptionis, superpelliceo et stola alba indutus, dicit:

V. Adjutorium nostrum in nomine Domini.

R<sup>g</sup>. Qui fecit caelum et terram.

V. Dominus vobiscum. R<sup>g</sup>. Et cum spiritu tuo.

Orémus.

Oratio

Omnipotens et misericors Deus, qui per multipes immaculatae Mariæ Virginis apparitiones in terris mirabilia jugiter pro animarum salute operari dignatus es: super hoc numismatis signum, tuam bene ✕ dictiōnem benignus infunde; ut pie hoc recolentes ac devote gestantes et illius patrocinum sentiant et tuam misericordiam consequantur. Per Christum Dominum nostrum.

R<sup>g</sup>. Amen.

Deinde Numisma aspergit aqua benedicta, et ipsum postea imponens dicit:

### **Pro uno vel una**

Accipe sanctum Numisma, gesta fideleriter, et digna veneratione prossequere: ut piissima immaculata caelorum Domina te protegat atque defendat; et pietatis suae prodigia renovans, quae a Deo supplianter postulaveris, tibi misericorditer impetreret, ut vivens ac moriens in materno ejus amplexus feliciter requiescas. Amen.

Inde prosequitur:

Kyrie, eleison, Christe, eleison, Kyrie, eleison.

Pater noster **secreto usque ad**

V. Et ne nos inducas in temptationem.

R<sup>g</sup>. Sed libera nos a malo.

V. Regina sine labe originali concepta.

R<sup>g</sup>. Ora pro nobis,

### **Pro pluribus**

Accipite sanctum Numisma, gesta fideleriter, et digna veneratione prosequimini: ut piissima immaculata caelorum Domina vos protegat atque defendat; et pietatis suae prodigia renovans, quae a Deo supplianter postulaveritis, vobis misericorditer impetreret, ut viventes ac morientess in materno ejus amplexus feliciter requiescatis. Amen.

Benedictio numismatum S. Benedicti

V. Dómine, exáudi oratióne meam.

R. Et clamor meus ad te véniat.

V. Dóminus vobíscum.

R. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Oratio

**D**ómine Jesu Christe, qui beatíssimam Vírginem Maríam matrem tuam ab orígenie immaculátam innúmeris miráculis claréscere voluísti: concéde; ut ejúsdem patrocínium semper implorántes gáudia consequámur ætérrna: Qui vivis et regnas in sǽcula sǽculórum. R. Amen.

31

**BENEDICTIO NUMISMATUM S. BENEDICTI**

**Propria Ordinis S. Benedicti**

Sacerdos benedicturus nusmismata sancti Benedicti, dicit:

V. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.

R. Qui fecit cælum et terram.

**E**xorcízo vos, numísmata, per Deum ✕ Patrem omnipoténtem, qui fecit cælum et terram, mare et ómnia, quæ in eis sunt. Omnis virtus adversárii, omnis exércitus diáboli, et omnis incúrsus, omne phantásma sátanæ, eradicáre et effugáre, ab his numismátibus: ut fiant ómnibus qui eis usúri sunt, salus mentis et córporis: in nómine Pa ✕ tris omnipotentis, et Jesu ✕ Christi Fílii ejus, Dómini nostri, et Spíritus ✕ Sancti Parácliti, et in caritaté ejúsdem Dómini nostri Jesu Christi, qui ventúrus est judicáre vivos et mórtuos, et sǽculum per ignem. R. Amen.

Kýrie, eléison. Christe, eléison. Kýrie, eléison.

Pater noster **secreto usque ad**

V. Et ne nos indúcas in tentatióne.

R. Sed líbera nos a malo.

V. Salvos fac servos tuos.

R. Deus meus, sperántes in te.

V. Esto nobis, Dómine, turris fortitúdinis.

R. A fácie inimíci.

V. Dóminus virtútem pôpulo suo dabit.

R. Dóminus benedícte pôpulum suum in pace.

V. Mitte nobis, Dómine, auxílium de sancto.

R. Et de Sion tuére nos.

V. Dómine, exáudi oratióne meam.

R. Et clamor meus ad te veniat.

V. Dóminus vobíscum. R. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Oratio

**D**eus omnípotens, bonórum ómnium largítor, súpplices te rogámus, ut per intercessióne Sancti Benedícti, his sacris numismátibus, líteris ac charactéribus a te designátis, tuam bene ✕ dictiōnem infúndas: ut omnes, qui ea gestáverint ac bonis opéribus inténti fúerint, sanitátem mentis

## Appendix

et corporis, et grátiam sanctificationis, atque indulgentias (*nobis*) concéssas cónsequi mereántur; omnesque diáboli insídias et fraudes, per auxílium misericórdiæ tuæ, effúgere váleant, et in conspéctu tuo sancti et immaculáti appáreant. Per Dóminum. **R.** Amen.

Orémus.

Oratio

**D**ómine Jesu Christe, quio voluísti pro totius mundi redemptióne de Vírgine nasci, circumcídi, a Judéis reprobári, Judæ ósculo tradi, vínculis alligári, spinis coronári, clavis perforári, inter latrónes crucifigi, láncea vulnerári, et tandem in Cruce mori: per hanc tuam sanctíssimam passióinem humíliter exóro; ut omnes diabólicas insídias et fraudes expéllas ab eo, qui nomen sanctum tuum, his littéris ac charactéribus a te designátis, devóte invocáverit, et eum ad salútis portum perdúcere dignérис: Qui vivis et regnas in sǽcula sǽculórum. **R.** Amen.

**Deinde Sacerdos aspergit numismata aqua benedicta**

32

## FORMULA BREVIOR BENEDICENDI NUMISMATA S. BENEDICTI Propria ejusdem Ordinis

(Approbata a S. R. C. die 13 Dec. 1922)

**V.** Adjutórium nostrum in nómine Dómini.

**R.** Qui fecit cælum et terram.

**Exorcizo vos, numismata, etc., ut supra, pag. 446, usque ad Kýrie, eléison exclusive.**

**V.** Dómine, exáudi oratióne meam.

**R.** Et clamor meus ad te véniat.

**V.** Dóminus vobíscum. **R.** Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Oratio

**D**eus omnípotens, bonórum ómnium largítor, súpplices te rogámus, ut per interessiónem sancti Benedícti his sacris numismátibus tuam bene **†** dictiónem infúndas, ut omnes qui ea gestáverint ac bonis opéribus inténti fúerint, sanitátem mentis et corporis, et grátiam sanctificationis atque indulgentias (*nobis*) concéssas cónsequi mereántur, omnesque diáboli insídias et fraudes, per auxílium misericórdiæ tuæ, stúdeant devitáre et in conspéctu tuo sancti et immaculáti váleant apparére. Per Christum Dóminum nostrum.

**R.** Amen.

**Et aspergantur aqua benedicta.**

33

## BENEDICTIO CORONÆ DOMINI Propria Ordinis Camaldulensium

**V.** Adjutórium nostrum in nómine Dómini.

**R.** Qui fecit cælum et terram.

**V.** Benedíces corónæ anni benigitáti tuæ.

**R.** Et campi tui replebúntur ubertáte.

### Benedictio coronarum pretiosissimi Sanguinis

V. Dómine, exáudi oratióne meam.  
R. Et clamor meus ad te véniat.  
V. Dóminus vobíscum. R. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Oratio

**D**ómine Iesu Christe, qui in similitúdinem hóminum factus, triginta et tribus annis es conversátus in mundo, et multa passus pro hóminum salúte, in Cruce demum mori voluísti: dignáre, quæsumus, hanc (has) bene ✕ dícere et sancti ✕ ficáre corónam, quam (corónas, quas) beátó Michaéli Eremítæ Camaldulénsi ad vitam, passióne et mortem tuam recoléndam institúere jussísti; ut, qui eam (eas) pie gestáverit (gestáverint) et devóte recitáverit (recitáverint), multíplici gratiárum et indulgentiárum consecutióne corónas in cælo ætérnas obtinére mereátur (mereántur). Per te, Iesu Christe, Salvátor mundi; Qui vivis et regnas cum Deo Patre in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sǽcula sǽculórum. R. Amen.

Et aspergatur (aspergantur) aqua benedicta.

34

## BENEDICTIO CORONARUM PRETIOSISSIMI SANGUINIS *Propria Congregationis Missionariorum pretiosissimi Sanguinis*

Constat corona precatoria triginta tribus granulis, in septem distinctis partes, quarum quæque quinque habet granulos, septima parte excepta, quæ tantum tres numerat; ut ita honorentur septem Sanguinis Christi præcipuæ effusiones recitatione triginta trium Pater et septem Glória.

V. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.  
R. Qui fecit cælum et terram.  
V. Redemísti nos, Dómine, in Ságuine tuo.  
R. Et fecísti nos Deo nostro regnum.  
V. Te ergo quæsumus, tuis fámulis súbveni.  
R. Quos pretiósos Ságuine redemísti.  
V. Dómine, exáudi oratióne meam.  
R. Et clamor meus ad te véniat.  
V. Dóminus vobíscum. R. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Oratio

**O**mnipotens et miséricors Deus, qui propter exímiam caritátem tuam, qua dilexísti nos, Fílium tuum unigénitum, Dóminum nostrum Iesum Christum, de cælis in terram descéndere, et de beatíssimæ Vírginis Maríæ Dóminæ nostræ útero sacratíssimo, Angelo nunciánte, carnem suscípere voluísti, ut nos eríperes de potestáte diáboli: obsecrámus imménsam cleméntiam tuam; ut has corónas in honórem, et laudem pretiósos Ságuinis ejúsdem Fílii tui ab Ecclésia tua fidéli dicátas bened ✕ dicas, et sanctí ✕ fices, eísque tantam infúndas virtútem Spíritus ✕ Sancti, ut quicúmque harum quámlibet secum portáverit, aut in domo suo reverénter tenérerit, ab omne hoste visíbili et invisíbili semper et ubiqúmque in hoc sǽculo liberétur, et post éxitum suum, méritis ipsius pretiosíssimi Ságuinis, ad ætérnam beatitúdinem felíciter pervéniat. Per eúmdem Christum Dóminum nostrum. R. Amen.

Et aspergantur aqua benedicta.

## Appendix

35

### BENEDICTIO CORONARUM SACRATISSIMI ROSARII B.M.V.

#### Propria Ordinis Prædictorum

℣. Adjutórium nostrum in nōmine Dómini.

℟. Qui fecit cælum et terram.

℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Oratio

**O**mnipotens et misericors Deus, qui propter exímiam caritátem tuam, qua dilexísti nos, Fílium tuum unigénitum, Dóminum nostrum Jesum Christum, de cælis in terram descendere, et de beatissimæ Vírginis Maríæ Dóminæ nostræ utero sacratíssimo, Angelo nunciante, carnem suscípere, crucémque ac mortem subíre, et térlia die glorióse a mórtuis resúrgere voluísti, ut nos eríperes de potestáte diáboli: obsecrámus imménsam cleméntiam tuam; ut hæc signa Rosárii, in honórem et laudem ejúsdem Genetrícis Fílii tui ab Ecclésia tua fideli dicáta, bene ✕ dicas, et sancti ✕ fices, eísque tantam infúndas virtútem Spíritus ✕ Sancti, ut, a quicúmque horum quódlibet secum portáverit, atque in domo sua reverénter tenúerit, et in eis ad te, secúndum hujus sanctæ Societatis institúta, divína contemplando mysteria devóte oráverit, salúbri et perseveránti devotíone abúndet, sitque consors et párticeps ómnium gratiárum, privilegiórum, et indulgentiárum, quæ eídem Societati per Sanctam Sedem Apostólicam concéssa fúerunt, ab omni hoste visíbili et invisíbili semper et ubique in hoc sǽculo liberétur, et in éxitu suo ab ipsa beatissima Vírgine María Dei Genitríci tibi plenus bonis opéribus præsentári mereátur. Per ejúsdem Dóminum...in unitáte ejúsdem Spíritus. ℟. Amen.

Et aspergantur aqua benedicta.

36

### FORMULA BREVIOR BENEDICENDI CORONAM SACRATISSIMI ROSARII B. M. V.

#### Propria ejusdem Ordinis

(Approbata a S. R. C. die 23 Nov. 1918)

**A**d laudem et glóriam Deiparæ Vírginis Maríæ, in memóriam mysteriorum vitæ, mortis et resurrectiōnis ejúsdem Dómini nostri Jesu Christi, bene ✕ dicátur et sancti ✕ ficétur hæc sacratíssimi Rosárii coróna: in nōmine Patris, et Fílii, ✕ et Spíritus Sancti ℟. Amen.

37

### BENEDICTIO ROSARUM SOCIETATIS SACRATISSIMI ROSARII

#### Propria ejusdem Ordinis

℣. Adjutórium nostrum in nōmine Dómini.

℟. Qui fecit cælum et terram.

Benedictio candelarum Soc. Ssmi Rosarii

℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Oratio

**D**eus, créator et conservátor géneris humáni, dator gratiæ spirituális, et largítor ætérnæ salútis, benedictióne tua sancta béne ✕ dic has rosas, quas pro gratiis tibi exsolvéndis cum devotíone ac veneratíone beátæ sempérque Vírginis Mariæ, ejúsque Rosárii, hódie tibi præsentámus et pétimus benedíci: et infúnde eis per virtútem sanctæ Cru ✕ cis benedictiónem cælestem, qui eas ad odóris suavitátem, et repelléndas infirmitátes humáno úsui tribuísti; talémque signáculo sanctæ Cru ✕ cis benedictiónem accípiant, ut, quibuscumque in infirmitáibus appósitæ fúerint, seu qui eas in dómibus suis portáverint, ab infirmitáte sanéntur: discéendant diáboli, contremíscant et fúgiant pávidi cum suis minístris de habitatíonibus illis, nec amplius tibi serviéntes inquietáre præsúmant. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Et aspergantur aqua benedicta.

38

**BENEDICTIO CANDELARUM  
SOCIETATIS SACRATISSIMI ROSARII**

**Propria ejusdem Ordinis**

℣. Adjutórium nostrum in nōmine Dómini.

℟. Qui fecit cælum et terram.

℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Oratio

**D**ómine Iesu Christe, lux vera, qui illúminas omnem hóminem veniéntem in hunc mundum: effúnde per intercessióнем beátæ Vírginis Mariæ matris tuæ, et per quíndecim ejus Rosárii mystéria, bene ✕ dictióнем tuam super hos céreos et candélas, et sanctí ✕ fica eas lúmine tuæ gratiæ; et concéde propítius, ut, sicut hæc luminária igne visíbili accénsa noctúrnas depéllunt ténebras, ita corda nostra, invisíbili igne ac Spíritus ✕ Sancti splendóre illustráta, ómnium vitiórum cæcitáte cáreant: ut puro mentis óculo cérnere semper possímus, quæ tibi sunt plácita et nostræ salúti útilia, quátenus post hujus sǽculi caliginósa discrímina, ad lucem indeficiéntem pervenire mereámur; Qui vivis et regnas per ómnia sǽcula sǽculórum. ℟ Amen.

Et aspergantur aqua benedicta.

39

**BENEDICTIO CORONARUM S. BRIGITTÆ**

**Propria Ordinis Ssmi Salvatoris**

℣. Adjutórium nostrum in nōmine Dómini.

℟. Qui fecit cælum et terram.

℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Oratio

**O**mnípotens et misericors Deus, qui propter nímiam caritátem tuam, qua dilexísti nos, Fílium tuum Dóminum nostrum Iesum Christum pro redemptíone nostra de cælis in terram descéndere, et

## Appendix

de beatissimae Vírginis útero, Angelo nuntiante, carnem suscipere voluisti, ut nos eriperes de potestate diaboli: obsecramus immensam clementiam tuam, ut has coronas in honorem et laudem Genitricis Filii tui ab Ecclésia tua fideli dicatas bene ✕ dicas, et sancti ✕ fices, eisque tantam infundas virtutem Spíritus ✕ Sancti; ut, quicunque eas portaverit, vel recitaverit, aut domi reverenter tenuerit, ab omni hoste et adversitate semper et ubique liberetur, indulgentias lucrari possit juxta mandatum sanctae Romanae Ecclésiae, et in exitu mortis suae a beatissimae Vírgine tibi plenus meritis praesentari mereatur. Per eumdem Dóminum nostrum Iesum Christum Filium tuum: Qui tecum vivit et regnat in unitate ejusdem Spíritus. Rx Amen.

Benedictio Dei omnipotentis, Patris, et Filii, ✕ et Spíritus Sancti descendat super vos, et maneat semper. Rx Amen.

Et aspergantur aqua benedicta.

40

## BENEDICTIO CORONA S. JOSEPH

### Propria Ordinis Carmelitarum

V. Adjutorium nostrum in nomine Domini.

Rx. Qui fecit caelum et terram.

V. Dominus vobiscum. Rx. Et cum spiritu tuo.

Orémus.

Oratio

Omnipotens et misericors Deus, qui propter nimiam caritatem, qua dilexisti nos, Filium tuum unigenitum Dóminum nostrum Iesum Christum pro redemptione nostra de caelis in terram descendere, et de beatissimae Vírginis Mariæ útero, Angelo nuntiante, carnem suscipere voluisti, ut nos de potestate inimici eriperes: obsecramus clementiam tuam, ut hanc coronam in honorem, et laudem ejusdem Genitricis Filii tui, ac perdilécti ejus Sponsi Joseph, confectam, et dicatam, bene ✕ dicas, eique tantam Sancti ✕ Spíritus virtutem infundas; ut, quicunque hanc secum portaverit, atque in domo sua reverenter tenuerit, ab omni hoste visibili et invisibili, semper et ubique in hoc saeculo liberetur, et in exitu suo, a beatissimis illis Sponsis, plenus bonis operibus tibi praesentari mereatur. Per eumdem Dóminum nostrum Iesum Christum Filium tuum: Qui tecum vivit et regnat in unitate ejusdem Spíritus. Rx Amen.

Et aspergatur aqua benedicta.

41

## BENEDICTIO ANULI S. JOSEPH

### Propria ejusdem Ordinis

V. Adjutorium nostrum in nomine Domini.

Rx. Qui fecit caelum et terram.

V. Dominus vobiscum. Rx. Et cum spiritu tuo.

Orémus.

Oratio

Dominus, cuius verbo sanctificantur omnia, quae percipimus: effunde, quae sumus, bene ✕ dictiōnem tuam super nos et super hunc anulum; ut per intercessiōnem beatae Mariæ semper Vírginis, ac ejus Sponsi Joseph, quacunque praesentis vitae necessitas postulat, misericorditer cum gratiarum actiōne assequamur. Per Christum Dóminum nostrum. Rx Amen.

Et aspergatur aqua benedicta.

BENEDICTIO INFIRMORUM  
CUM LIGNO  
SANCTISSIMÆ CRUCIS D.N.J.C.  
SEU SIGNUM S. MAURI ABBATIS  
(Propria Ordinis S. Benedicti)

Antea rite exponatur Reliqua veræ Crucis Dominiciæ, duabus saltem candelis accensis. Excitetur deinde in infirmo actus contritionis, et firma fiducia, ut adjutus meritis S.P. Benedicti et S. Mauri, ipsis intercedentibus, si Deo placeat, sanitatem obtineat. Recitentur tres Pater totidemque Ave, María et Glória in honorem Sanctissimæ Trinitatis: tum Sacerdos, indutus superpelliceo et stola rubri coloris, manu dextera tenens elevatam Reliquiam sanctæ Crucis coram infirmo dicit:

V. Benedictio et cláritas et sapiéntia et gratiárum áctio, honor, virtus et fortitudo Deo nostro in sǽcula sǽculórum. R. Amen.

V. Pes meus stetit in dirécto.

R. In ecclésiis benedíc te, Dómine.

**P**er sanctíssimum nomen Dómini invocátum, optátam tibi donet sanitátem illa fides, qua Sanctus Maurus per sequéntia verba ægrótos sanávit, et in qua ego, licet indígnus peccátor, eásdem preces super te humíliter préfero: In nómine sanctíssimæ et invíduæ Trinitátis, adjútus méritis sanctíssimi Patris Benedícti, sta sanus (-a), o N., et incólumis super pedes tuos rectus (-a). In nómine Patris, et Filii, et Spíritus Sancti. R. Amen.

Ant: Vere languóres nostros ipsæ tulit, et dolóres nostros ipsæ portávit, cujus livóre sanáti sumus.

V. Qui propitiátor iniquítatibus hóminum.

R. Ipse sanet infirmitátes tuas.

V. Dómine, exáudi oratióne meam.

R. Et clamor meus ad te véniat.

V. Dóminus vobíscum. R. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Oratio

**D**EUS, ómnium cónditor creatúram, qui ad restauratióne humáni géneris únicum Fílium tuum, cooperánte Spíritu Sancto, ex María Vírgine incarnári constituísti, et per sacrosánctum ac gloriósum vivíficæ Crucis lignum vulnéribus et languóribus animárum nostrárum, nos rediméndo, subveníre dignátus es: ipse hunc fámulum tuum N. (hanc fámulam tuam N.) per vitális hujus signi virtútem ad prístinam redúcere dignérís sanitátem. Per eúmdem Christum Dóminum nostrum.

R. Amen.

Orémus.

Oratio

**D**ómine, Jesu Christe, qui magístro meo beáto Benedícto dedísti potestátem apud te impetráre, quod in nómine tuo péteret: tu per ipsíus intercessióne cunctos ab hoc fámulo tuo (ab hac fámula tua) languóres repéllere dignáre; ut sanitáte percépta, gratiárum actiόnem réferat nómini sancto tuo: Qui cum Patre et Spíritu Sancto vivis et regnas in sǽcula sǽculórum. R. Amen.

## Appendix

### Signum

**P**er invocationem immaculatae Dei Matris et semper Virginis Mariæ, et per intercessionem sanctorum Benedicti et Mauri, Potentia **¶** Dei Patris, Sapientia **¶** Dei Filii, Virtus **¶** Spiritus Sancti liberet te ab ista infirmitate. Amen.

Sicut fuerit beneplacitum ejus, sic fiat, et fiat tibi, sicut petis et desideras ad laudem et honorem sanctissimae Crucis Domini nostri Iesu Christi.

Ultimo benedicit infirmo cum Reliquia S. Crucis, dicens:

Benedictio Dei omnipotentis, Patris, et Filii, **¶** et Spiritus Sancti, descendat super te, et maneat semper. **R.** Amen.

Et porrigit ad osculum.

Hoc signum, si opus sit, repetitur per tres vices, sive diversis diebus, sive eadem die, juxta necessitatem. Tres etiam Missæ votivæ, si lubet, nempe de Passione, de S. Mauro abbe, et pro defunctis celebrandæ erunt: alioquin beatissimæ Virginis Mariæ Rosarium in tres partes distributum juxta præfatam intentionem infirmus, si potest, recitat vel recitare faciet.

43

### BENEDICTIO AQUÆ IN HONOREM B.M.V. ET S. TORELLI CONF. PRO INFIRMIS

(Breve 16 Decembris 1628)

**V.** Adjutorium nostrum in nomine Domini.

**R.** Qui fecit cælum et terram.

**V.** Dominus vobiscum. **R.** Et cum spiritu tuo.

Orémus.

Oratio

**D**eus, qui miseratione tua cælesti hominibus nôxia sùbtrahis, et benigna concédis, quique mota per Angelum tuum aqua languorem in probatica piscina eripiéndo valetudinem contulisti: infunde in aqua ista tuæ bene **¶** dictiōnis rorem; ut de ea sumentes, méritis et præcibus beatissimæ Mariæ Virginis, ac sancti Torelli Confessoris, sanitatem consequantur infirmi, pariterque fecundatæ mulieres a malis ingréntibus salvæ, partusque suos ad sacrosancti Baptismi gratiā feliciter perdúcant. Per Christum Dominum nostrum. **R.** Amen.

Et aspergatur aqua benedicta.

44

### BENEDICTIO AQUÆ CUM RELIQUIIS S. PET MART.

#### Propria Ordinis Prædicatorum

**V.** Adjutorium nostrum in nomine Domini.

**R.** Qui fecit cælum et terram.

**V.** Dominus vobiscum. **R.** Et cum spiritu tuo.

Benedictio palmarum S. Petri Mart.

Orémus.

Oratio

**D**eus, qui ad salútem humáni géneris máxima quæque sacraménta in aquárum substántia condidísti, adéstó propítius invocatiónibus nostris, et eleménto huic aquæ, quod beáti Petri Mártyris tui virtútem tuae bene ✕ dictiónis infúnde: ut per intervéntum ejúsdem Mártyris tui sit fidélibus tuis in remédium salutáre, dæmones ab eis ejíciens, morbos ac infirmitátes córporis et ánimæ repéllens, et præsta; ut, quicúmque eam súmpserint, vel ea aspérsi fúerint, ab omni adversitáte ánimæ et córporis liberéntur, et utriúsque hóminis recipiánt sanitátem. Per Christum Dóminum nostrum. **R.** Amen.

Orémus.

Oratio

**I**mménsam cleméntiam tuam, omnípotens ætére Deus, humíliter implorámus: ut hos fidéles tuos, ad reliquias beáti Petri Mártyris devóte accedéntes, et ejus suffrágia postulántes, tua ineffábili virtúte bene ✕ dícere dignérис; ut per intervéntum ejúsdem Mártyris tui, ab omni ægritudine mentis et córporis liberáti, tuáque hic et ubíque misericórdia custodíti, et grátia salváti, post hujus quoque viæ ac vitæ cursum, ad ætéerna mereántur gáudia perveníre. Per Christum Dóminum nostrum.

**R.** Amen.

45

**BENEDICTIO PALMARUM  
VEL ALIORUM RAMORUM  
IN FESTO S. PETRI MARTYRIS**

**Propria ejusdem Ordinis**

**V.** Adjutorium nostrum in nómine Dómini.

**R.** Qui fecit cælum et terram.

**V.** Dóminus vobíscum. **R.** Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Oratio

**D**ómine Jesu Christe, Fíli Dei vivi, bene ✕ dic hos árborum ramos supplicatióibus nostris: et infúnde eis, Dómine, per virtútem sanctæ Cru ✕ cis et per intercessiόnem beáti Petri Mártyris, benedictiόnem cælestem, qui triumphatúrus de hoste géneris humáni per manus puerórum palmas et árborum ramos in honórem tuum adhíbere voluísti, talémque benedictiόnem signáculo sanctæ Cru ✕ cis accípiant: ut, in quibuscúmque locis áliquid ex eis pósitum fúerit, discéndant príncipes tenebrárum et contremíscant et fúgiant pávidi cum ómnibus minístris suis de locis vel habitatiόníbus illis. Non ibi nóceant fúlmina et tempestátes, non fructus terræ consúmat aut depérdat ulla intempéries eleménti, nihílique inquiétet aut moléstet serviéntes tibi omnipoténti Deo: Qui vivis et regnas in sǽcula sǽculórum. **R.** Amen.

**Et aspergantur aqua benedicta.**

BENEDICTIO AQUÆ  
IN HONOREM S. VINCENTII FERRERII  
PRO INFIRMIS

Propria ejusdem Ordinis

V. Adjutórium nostrum in nōmine Dómini.

R. Qui fecit cælum et terram.

V. Sit nomen Dómini benedictum.

R. Ex hoc nunc, et usque in sāculum.

V. Dómine, exaudi oratiōnem meam.

R. Et clamor meus ad te véniat.

V. Dóminus vobíscum. R. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Oratio

**M**ajestátem tuam, Dómine, súpplices exorámus, ut, qui in desérto erémi petram benedixísti, ut bis a virga Móysi percússa, aquæ ex ea largíssime egrederéntur, et géminam illam percussiónem sacraméntum Passiónis, et duo ligna Crucis significáre volústi; tua quoque benignitaté et cleméntia per ejúsdem sanctæ Crucis mystérium, aquam istam larga bene ✕ dictiōne sanctífices, ut omnis infirmus, qui de ea biberit, vel ex ea aspérsum fúerit, séntiat statim salutárem tuæ benedictiōnis efféctum. Per Christum Dóminum nostrum, R. Amen.

**B**enedico hanc aquam in nōmine Dei ✕ Patris omnipoténtis, qui hoc ad usum humánum gratum creávit eleméntum, ut sit sórdium lavácrum córporis et ánimæ, mira omnipoténtia elevátum; potum sitiéntibus tríbat, refrigérium sit æstuántibus, via et sémita navigántibus; et qui in aqua et per aquam in mundi univérsi submersióne sacraméntum novæ legis præsignávit, cum octo áimas salvávit in arca super eam ambulánte, apértis cataráctis cæli plúere fecit eam quadragínta diébus et quadragínta nōctibus super terram, hanc aquam bene ✕ dícat, et sancti ✕ fícat, ut ad sui sancti nōminis et sancti Vincéntii invocatiōnem ægrótum sanet, consólidet infirmum, dejéctum érigat, immúndum puríficet ac peténti ab eo salútem poténter restítuat. In nōmine Patris, et Fílii, ✕ et Spíritus Sancti. R. Amen.

Sacerdos tangens vas aquæ Reliquia vel Imagine S. Vincentii, dicat:

Orémus.

Oratio

**A**désto, Dómine, supplicatiōnibus nostris, et eleménto huic aquæ méritis sancti Vincénti, cuius Relíquia (vel Imágine) tángitur, virtútem tuæ iterátæ benedictiōnis infúnde, ut bibénti fiat potus ad salútem. R. Amen.

In nōmine Patris, et Fílii, ✕ et Spíritus Sancti,

R. Amen.

Crux præsignata fieri debet cum Reliquia vel Imagine.

Deinde Sacerdos dicat:

Ant, Adsit nobis propítius in hujus vitæ vespere, ad Christum nos Vincéntius tuto ferens itínere.

Benedictio aquae S. Raymundi Nonnati

V. Ora pro nobis, beáte Vincénti.

R. Ut digni efficiámur promissióibus Christi.

Orémus.

Oratio

**D**eus, qui géntium multitúdinem, mira beáti Vincéntii Confessóris tui prædicatióne, ad agnitióne tui nóminalis venire tribuísti: præsta, quásimus; ut, quem ventúrum júdicem nuntiávit in terris, præmiatórem habére mereámur in cælis. Per Christum Dóminum nostrum. R. Amen.

47

**BENEDICTIO AQUÆ  
IN HONOREM S. RAYMUNDI NONNATI  
PRO INFIRMIS**

**Propria Ordinis B. M. V. de Mercede**

V. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.

R. Qui fecit cælum et terram.

V. Dóminus vobíscum. R. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Oratio

**D**eus, fidélium ómnium fortitúde et salus, qui socrum beáti Petri Apóstoli tui fébribus magnis deténtam, piæ rogatiónis intúitu perfécte sanásti; sancti ✕ ficáre, et bene ✕ dicére dignéris creatúram hanc aquæ in tuo sanctíssimo nómine, et Confessóris tui Raymúndi, quem, spreto sáculo, ad almæ Genitrícis Vírginis Maríæ religiónem vocáre dignátus es, concéde, quásimus, ejus gloriósis méritis, et intercessióne; ut, quicúmque fébrium vexatióne gravántur, per hujus lotiόnem, aspersiónem vel potiόnem aquæ, a cunctis ánimæ et cörperis infirmitatibus liberéntur, atque Ecclésiæ tuæ incólumes repræsentári mereántur, gratiárum tibi actiōnes in ea júgiter referéntes: Qui vivis et regnas in sácula sáculórum.

R. Amen.

Orémus.

Oratio

**B**éne ✕ dic, Dómine, méritis beáti Raymúndi creatúram hanc aquæ, qui glorióso tuo cörpore benedixísti aquas Jordánis: et præsta; ut omnes gustántes ex ea, vel eam attingéntes, tam cörperis, quam ánimæ recipiant sanitátem: Qui vivis et regnas in sácula sáculórum. R. Amen.

**Ant.** O Raymúnde, norma mundítiae, puritatis, et continéntiae! Ora Matrem misericórdiæ, ut in hac valle misériæ nos deféndat a pravo scélere, atque exúti a mortáli cörpere perfruámur ætéerna réquie.

Orémus.

Oratio

**C**oncéde, quásimus, omnípotens Deus, ut per virtútem benedictiōnis hujus aquæ, et per mérita passiōnis Dómini nostri Jesu Christi, per intercessióne beátæ Maríæ Vírginis, et beáti Raymúndi, et ómnium Sanctórum, omnes fidéles, qui pie et devóte aquam istam gustáverint, vel attígerint, ánimæ et cörperis sanitátem véleant recipere, et in tuo sancto servitio permanére, Per eúmdem Christum Dóminum nostrum. R. Amen.

## Appendix

Orémus.

Oratio

**O**mnipotens sempiterne Deus, qui, dedisti famulis tuis in confessione veras fideli, aeternae Trinitatis gloriam agnoscere, et in potentia majestatis adorare unitatem: quae sumus; ut ejusdem fidei firmitate, ab omnibus semper muniamus adversis. Per Christum Dominum nostrum. Rx Amen.

Orémus.

Oratio

**C**oncede nos famulos tuos, quae sumus, Domine Deus, perpetua mentis et corporis sanitatem gaudere: et gloria beatae Mariae semper Virginis intercessione, a praesenti liberari tristitia, et aeterna perfrui laetitia. Per Christum Dominum nostrum.

Rx Amen.

Orémus.

Oratio

**D**eus, cui in liberandis fidelibus tuis ab impiorum captivitate beatum Raymundum Confessorem tuum mirabilem effecisti: ejus nobis intercessione concede; ut a peccatorum vinculis absoluti, quae tibi sunt placita, liberis mentibus exsequamur. Per Christum Dominum nostrum. Rx Amen.

Benedictio Dei omnipotentis, Patris, et Filii, ✕ et Spiritus Sancti, descendat super has aquas, et maneat semper. Rx Amen.

Et aspergatur aqua benedicta.

48

## BENEDICTIO CANDELARUM IN HONOREM S. RAYMUNDI NONNATI

quae praesertim pro felici partu accendi solent

### Propria ejusdem Ordinis

V. Adjutorium nostrum in nomine Domini.

Rx. Qui fecit celum et terram.

V. Dominus vobiscum. Rx. Et cum spiritu tuo.

Orémus.

Oratio

**D**omine Iesu Christe, Fili Dei vivi, aeternae vitae lumen, qui candelarum usus ad repellendas tenebras tribuisti: bene ✕ dic candelas istas meritis beati Raymundi Confessoris supplicationibus nostris inclinatus, et infunde eis per virtutem sanctae Crucis tuam bene ✕ dictiōnem caelestem, talēmque benedictionem signaculo sanctae Cru ✕ cis accipiant; ut, quibuscumque locis accēnsae, sive positae fuerint, discendant principes tenebrarum, et contremiscant, et fugiant pavidi cum omnibus ministris suis ab habitatiōibus illis, nec praeſumant amplius inquietare, nec molestare serviētes tibi omnipotenti Deo: Qui vivis et regnas in saecula saeculorum. Rx Amen.

Dicto Orémus, adduntur tres Orationes, Omnipotens, Concede, Deus, qui in liberandis, ut in praecedenti benedictione aquae, ut supra.. Deinde dicitur:

Benedictio Dei omnipotentis, Patris, et Filii, ✕ et Spiritus Sancti, descendat super has candelas, et maneat semper. Amen.

Et aspergantur aqua benedicta.

BENEDICTIO OLEI  
IN HONOREM S. SERAPIONIS MART.

**Propria ejusdem Ordinis**

V. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.

R. Qui fecit cælum et terram.

V. Dóminus vobíscum. R. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Oratio

**O**mnípotens sempiterne Deus, totius humáni géneris phármacum et levámen: sancti ✕ ficáre dignérís ólei creatúram hanc, quam bene ✕ dícimus in nómine tuo, strenuique tui athlétæ Serapiónis almi; ut ulcéribus, fractúris atque omnígeni dolóris gravámine decumbéntes, hoc sancto óleo perúncti, ejus qui in cruciátu tot fuit truces perpéssus dolóres, interveniéntibus précibus et juvámine, temporálem séntiant opem, et salútem adipiscántur ætérrnam. Per Christum Dóminum nostrum. R. Amen.

**Ant.** Serápion, athléta nóbilis, Mariánæ milítiae sínifier, Vírgini matri diléctus, passióne præclárus, intercéde pro nobis ad Dóminum, qui in tot dolórum strépitu, virtútem tibi. cóntulit et constántiam.

Orémus.

Oratio

**C**orda nostra tui amórís igne, Jesu Redémptor, inflámma: ut, sicut beátus Serápion pro fidélibus rediméndis actus in crucem te secútus occúbuit; ita pia ejus intercessióne nullis frangámur advérsis, et tuæ Crucis semper inhæreámus ampléxibus: Qui vivis et regnas in sǽcula sǽculórum. R. Amen.

Orémus.

Oratio

**M**iserátor et miséricors Dómine, béne ✕ dic egrégiiis méritis acerbíssimæ passiónis neotérici legis grátiae Machabæi, sancti Serapiónis Mártiris tui, et per virtútem tuæ bene ✕ dictiōnis sanctíifica óleum istud: et præsta; ut, quicúmque quo vis dolóris génere vexéntur, et in honórem Mártiris tui devóte sint perúncti, te adjuvánte, córporis nanciscántur solámen, ac mentis medélam, te opitulánte, recipiant, ut tandem réddita sibi sanitáte gratiárum tibi in Ecclésia réferant actiones. Per Christum Dóminum nostrum. R. Amen.

Benedictio Dei omnipoténtis, Patris, et Fílli, ✕ et Spíritus Sancti, descéndat super hoc óleum, et máneat semper. R. Amen.

Et aspergatur aqua benedicta.

BENEDICTIO AQUÆ  
IN HONOREM S. ALBERTI CONF.

**Propria Ord. Carmelit. Excalc.**

Sacerdos indutus superpelliceo et stola, vel saltem stola, ministro cum accensa candela comitante, accedens ad locum, ubi Reliquiæ sancti Alberti sunt repositæ, extrahit illas reverenter, et, aqua benedicenda in vase decenti præparata, dicit:

## Appendix

℣. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.

℟. Qui fecit cælum et terram.

℣. Sit nomen Dómini benedictum.

℟. Ex hoc nunc et usque in sæculum.

℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Oratio

**D**ómine Jesu Christe, fidélium ómnium fortitúdo et salus, qui socrum beáti Petri Apóstoli tui féribus magnis deténtam perfécte sanásti, sancti ✕ ficáre et bene ✕ dícere dignérás creatúram hanc aquæ: ut, intercéidente beáto Albérto Confessóre tuo, quem, spreto sǽculo, ad almæ Genitrícis tuæ Vírginis Maríæ religiónem vocáre dignátus es, quicúmque fébrium vexatióne gravántur, per hujus aquæ húmilem sumptiónem a cunctis ánimæ et córporis languóribus liberéntur, atque Ecclésiæ tua incólumes repræsentári mereántur, gratiárum tibi actiόnes in ea júgiter referéntes: Qui vivis et regnas in Sæcula sæculórum. ℟. Amen.

Deinde accipiens reverenter Reliquias, immergit eas in aquam in modum crucis, simul dicens:

**B**éne ✕ dic, Dómine, méritis sancti Albérti creatúram hanc aquæ, qui glorióso tuo córpore benedíxisti aquas Jordánis: et præsta; ut omnes gustántes ex ea tam córporis quam ánimæ recípiant sanitátem: Qui vivis et regnas in sæcula sæculórum. ℟. Amen.

Deinde dicitur:

**Ant.** O Albérte, norma mundítiaæ, puritatis et continétiæ, ora Matrem misericórdiæ, ut in hac valle misériæ nos deféndat ab omni labe, et, exúto mortáli córpore, perfruámur ætérrna réquie.

℣. Ora pro nobis, beátæ Albérte.

℟. Ut digni efficiámur promissióníbus Christi.

Orémus.

Oratio

**C**oncéde, quæsumus, omnípotens et miséricors Deus: ut, intercéidente beáto Albérto Confessóre tuo, omnes fidéles, qui pie et devóte aquam istam gustáverint, ánimæ et córporis sanitátem recípere et in tuo sancto servitio permanére véleant. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

51

## BENEDICTIO AQUÆ IN HONOREM S. IGNATII CONF. Propria Societatis Jesu

℣. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.

℟. Qui fecit cælum et terram.

℣. Sit nomen Dómini benedictum.

℟. Ex hoc nunc, et usque in sæculum.

℣. Dómine, exáudi oratióñem meam.

℟. Et clamor meus ad te véniat.

℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

### Benedictio aquæ S. Vincentii a Paulo

Orémus.

Oratio

**D**ómine sancte, Pater omnípotens, aétérne Deus, qui benedictiónis tuæ grátiam ægris infundéndo corpóribus, factúram tuam multíplici pietáte custódis, ad invocatiónem nóminis tui benígnus assíste, ut intercéidente beáto Ignátio Confessóre tuo, fámulos tuos ab ægritúdine liberátos et sanitáte donátos, déxtera tua érigas, virtúte confírmes, potestáte tueáris atque Ecclésiæ tuæ sanctæ cum omni prosperítate restítuas. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum: Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sácula sáculórum. **R**. Amen.

Immergitur in aquam numisma seu Reliquiarium sancti Ignatii, et immersum tenetur usque ad finem sequentis Orationis:

**B**éne **X** dic, Dómine, hanc aquam, ut sit remédium salutáre géneri humáno, et per intercessiórem beáti Ignátii, cuius numísma (*vel* relíquiæ) in eam immérgitur (immergúntur), præsta; ut, quicúmque ex ea súmpserint, cóporis sanitátem et ánimæ tutélam percípiant. Per Christum Dóminum nostrum.

**R**. Amen.

Educitur ex aqua numisma seu Reliquiarium.

Orémus.

Oratio

**D**eus, qui ad majórem tui nóminis glóriam propagándam, novo per beátum Ignátium subsídio militántem Ecclésiam roborásti: concéde; ut ejus auxílio et imitatióne certántes in terris, coronári cum ipso mereámur in cælis. Per Dóminum. **R**. Amen.

52

## BENEDICTIO AQUÆ IN HONOREM S. VINCENTII A PAULO PRO INFIRMIS

**Propria Congr. Missionis**

(Approbata a S. R. C. die 16 Martii 1882)

**V**. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.

**R**. Qui fecit cælum et terram.

**V**. Sit nomen Dómini benedictum.

**R**. Ex hoc nunc et usque in sáculum.

**V**. Dómine, exáudi oratióne meam.

**R**. Et clamor meus ad te véniat.

**V**. Dóminus vobíscum. **R**. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Oratio

**D**ómine sancte. Pater omnípotens, aétérne Deus, qui benedictiónis tuæ grátiam ægris infundéndo corpóribus, factúram tuam multíplici pietáte custódis, ad invocatiónem sanctíssimi nóminis tui benígnus assíste; ut, intercéidente beáto Vincéntio Confessóre tuo, fámulos tuos ab ægritúdine liberátos et sanitáte donátes, déxtera tua érigas, virtúte confírmes, potestáte tueáris, atque Ecclésiæ tuæ sanctæ cum omni prosperítate restítuas. Per Dómmum nostrum Jesum Christum Fílium

## Appendix

tuum: Qui tecum vivit et regnat in unitate Spíritus Sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum.  
Rx. Amen.

Immergitur in aquam Reliquiarium vel numisma S. Vincentii a Paulo, et immersum tenetur usque ad finem sequentis Orationis:

**B**éne ✕ dic, Dómine, hanc aquam, ut sit remédium salutáre géneri humáno, et per intercessiónem beáti Vincéntii Confessóris tui, cuius relíquiæ (**vel** numísma) in eam immergúntur (immérgitur), præsta; ut, quicúmque ex ea súmpserint, córporis sanitátem, et ánimæ tutélam percípiant. Per Christum Dóminum nostrum. Rx Amen.

Educitur ex aqua Reliquiarium vel numisma.

**Ant.** Páuperes Sion saturábo pánibus, sacerdótes ejus índuam salutári, et sancti ejus exsultatióne exsultábunt.

V. Parásti in dulcépine tua páuperi, Deus.

Rx. Dóminus dabit verbum evangelizántibus virtúte multa.

Orémus.

Oratio

**D**eus, qui ad salútem páuperum et cleri disciplínam novam in Ecclésia tua per beátum Vincéntium famíliam congregásti: da, quæsumus; ut eódem nos quoque spíritu fervéntes, et amémus quod amávit, et quod dócuit operémur. Per Christum Dóminum nostrum. Rx Amen.

# BENEDICTIONES APPROBATE PRO ALIQUIBUS LOCIS

a Sacerdotibus Apostolicum indultum  
habentibus adhibendæ

1

## BENEDICTIO ET IMPOSITIO SCAPULARIS SANCTI MICHAELIS ARCHANGELI

pro archisodalitio sub hoc titulo in perinsigni  
ecclesia Sancti Angeli in Foro Piscium Romæ  
erecto, et pro aliis hujusmodi sodalitatibus  
extra Urbeni eidem rite aggregatis

Notandum quod benedictio et impositio Scapularis fieri debet a Sacerdote, qui præest Consilio directive, aut ab alio Sacerdote ab eo legitime delegato.

Suscepturus Scapulare genuflectit; et Sacerdos, superpelliceo ac stola alba indutus, dicit:

V. Adjutórium nostrum in nōmine Dómini.

R. Qui fecit cælum et terram.

V. Dóminus vobíscum. R. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Oratio

**O**mnipotens sempiterne Deus, qui Ecclésiam tuam contra diabólicas nequítias per sanctum Michaélem Archángelum defendére dignáris: te súpplices exorámus; ut hoc signum ad excitándam et fovéndam inter fidéles tuos in tantum Patrónum devotiónem institútum, bene ✕ dicas et sanctí ✕ fices; et iis, qui illud gestáverint, ejúsdem sancti Archángeli auxílio roborátis, inimícos ánimæ et córporis in vita et in morte superáre concédas. Per Christum Dóminum nostrum. R. Amen.

Aspergit Scapulare aqua benedicta, ac deinde illud imponit, dicens:

Accipe, frater (soror), scapuláre, sancti Michaélis Archángeli, ut, eo júgiter interveniénte, vitam sanctam dúcere váleas. R. Amen.

Orémus.

Oratio

**P**reces nostras, quæsumus, Dómine, benígnus exáudi et hunc fámulum tuum (hanc fámulam tuam) speciáli patrocínio sancti Michaélis Archángeli commíssum (-am) bene ✕ dicere dignérис; ut, per ejus intercessiórem, quámlibet offénsam tuam evitándo et impediéndo, in tuo famulátu pròprium aliorúmque sanctificaciómem cósequi mereátur. Per Christum Dóminum nostrum. R. Amen.

BENEDICTIO ET IMPOSITIO  
SCAPULARIS  
S. JOSEPH SPONSI B. M. V.

pro sodalitate sub ejus titulo canonice erecta  
in ecclesia sancti Nicolai civitatis Veronensis

(Approbata a S. R. C. die 23 Aug. 1883)

Suscepturus Scapulare genuflectit; et Sacerdos, superpelliceo et stola alba indutus, dicit:

V. Adjutorium nostrum in nomine Domini.

R. Qui fecit celum et terram.

V. Dominus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo.

Orémus.

Oratio

Dómine Iesu Christe, qui fidéles tuos induis vestimentis salútis, et indumento justitiae circúndas: dignare, quæsumus, bene ✕ dicere et sancti ✕ facere hoc genus vestimentorum sumendum in honorem et sub protectione sancti Joseph, tua immaculatæ et semper Virginis Genitricis castissimi Sponsi et Ecclesiæ Patróni: et præsta, per invocationem sancti tui nominis; ut, qui hoc vestimento induti fuerint, ejusdem beatissimi Patróni auxilio suffulti, vestem nuptialem caritatis semper habent, atque ab ingruéntibus malis præservant, corporis sanitatem et animæ tutelam percipiunt: Qui vivis et regnas cum Deo Patre et Spíitu Sancto in sǽcula sǽculorum.

R. Amen.

Deinde aspergat Scapulare aqua benedicta, et illud imponat novo sodali.

BENEDICTIO CINGULI IN HONOREM  
S. PHILUMENÆ VIRG. ET MART.

pro sodalitate sub ejus titulo Parisiis  
canonice erecta

(Approbata a S. R. C. die 20 Dec. 1883)

Sacerdos, superpelliceo et stola rubea indutus, dicit:

V. Adjutorium nostrum in nomine Domini.

R. Qui fecit celum et terram.

V. Dominus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo.

Orémus.

Oratio

Dómine Iesu Christe, bénigne ✕ dic, quæsumus, hoc cíngulum, et præsta: ut, qui (quæ) illud gestaverit, sanctæ Philuménæ Virginis et Martyris protectione munitus (-a), ab omnibus periculis defendi, atque animæ et corporis sanitatem percipere mereatur: Qui vivis et regnas Deus in sǽcula sǽculorum. R. Amen.

Et aspergatur aqua benedicta.

## BENEDICTIO AQUÆ IN FESTO SACR. LANCEÆ ET CLAVORUM DOMINI

Approbata a S. R.C. pro Archidiœcesi Coloniensi

℣. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.

℟. Qui fecit cælum et terram.

℣. Dómínus vobiscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Oratio

**D**ómine Jesu Christe, qui pro salúte mundi passus es de corde tuo aquam et sanguinem per lanceam miltis emanare: concéde propítius; ut præsens aqua hujus sacræ Lánceæ tactu bene ✕ dicátur ac sancti ✕ ficétur, ut sit ómnibus suméntibus salus ánimæ et córporis, et ubicumque fuerit aspérsa, per sanctíssimæ passiónis tuæ invocatióne omnis infestatió immundi spíritus abigáitur infirmitásque procul pellátur, sánitas mentis ac córporis tribuátur per te, Salvátor mundi: Qui vivis et regnas Deus per ómnia sǽcula sǽculórum. ℟. Amen.

Imponitur Reliquia S. Lanceæ in aquam dicendo:

In nómine Patris, et Fílii, ✕ et Spíritus Sancti. Amen.

Interim cum Reliquia S. Lanceæ efformatur crux per aquam.

## BENEDICTIO PERSONÆ IN HONOREM ET CUM INVOCATIONE B. MARIÆ VIRGINÆ SUB TITULO AUXILIUM CHRISTIANORUM

Approbata a S. R. C. pro Archidiœcesi Taurinensi

Sacerdos superpelliceo ac stola alba indutus dicit:

℣. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.

℟. Qui fecit cælum et terram.

Ave, María, etc.

Ant. Sub tuum præsidium confúgimus, sancta Dei Génitrix: nostras deprecationes ne despicias in necessitatibus nostris, sed a periculis cunctis libera nos semper, Vírgo gloriósa et benedicta.

℣. María, Auxílium Christianórum.

℟. Ora pro nobis.

℣. Dómine, exáudi oratióne meam.

℟. Et clamor meus ad te véniat.

℣. Dóminus vobiscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Oratio

**O**mnípotens sempitérne Deus, qui gloriósæ Vírginis Matris Mariæ corpus et ánimam, ut dignum Fílii tui habitáculum éffici mereréatur, Spíritu Sancto cooperánte, præparásti: da, ut, cuius commemoratione lætámur, ejus pia intercessióne ab instántibus mails et a morte perpétua liberémur. Per eúmdem Christum Dóminum nostrum, Rx Amen.

Et personam benedicendam aspergat aqua benedicta.

Benedictio Dei omnipoténtis, Patris, et Fílii, X et Spíritus Sancti, descéndat super te (vos), et máneat semper. Rx Amen.

6

## BENEDICTIO AQUÆ IN HONOREM S. WILLIBRORDI EP.

Approbate a S. R. C. pro Archidiœcesi Coloniensi

V. Adjutórium nostrum in nōmine Dómini.

Rx Qui fecit cælum et terram.

### Exorcismus aquæ

**E**xorcízo te, creatúra aquæ, per Deum X vivum, per Deum X verum, per Deum X sanctum, ut fieri váleas remédium salútis ánimæ et córporis per eum, qui ventúrus est judicáre vivos et mórtuos et sǽculum per ignem. Rx Amen.

Orémus.

Oratio

**B**éne X dic, Dómine, hanc aquam advérsus humáni géneris inimícum et super eam Spíritum Sanctum tuum mitte, ut armáta cælesti virtúte gravíssimum persecuátur inimícum vel morbum et cunctis suméntibus proficiat ad salútem. Per Christum Dóminum nostrum. Rx Amen.

Orémus.

Oratio

**B**éne X dic, Dómine omnípotens, has aquas, quas ad usum géneris humáni, ad abluéndum ómnium peccatórum crímina præstítisti, ut invocáto super eas nōmine sancto tuo, ubicúmque aspéras fúerint vel potátæ, salutáris tui munus invioláble per has aquas tribuátur, et omne, quod sórdidum est, effugéatur, et tuæ pietátis beneficio in ómnibus præstétur sánitas córporis et ánimæ per eum, qui ventúrus est judicáre vivos et mórtuos et sǽculum per ignem. Rx Amen.

Orémus.

Oratio

**B**éne X dic, Dómine sancte Pater, hanc creatúram aquæ, ut sit remédium humáno géneri ad ómnia mala córporis et ánimæ tollénda et ómnia nóxia inimíci expellénda, et præsta in ea per invocationem, sanctíssimi nōminis tui tutélam mentis et córporis. Per Christum Dóminum nostrum. Rx Amen.

Orémus.

Oratio

**D**eus, qui in diversárum natiónum pópolis præcláros veræ fidei constituísti propagatóres:

## Appendix

concéde, quæsumus; ut omnes, qui ad sanctissimi Doctoris nostri Willibrordi patrocínia confúgiunt, præsentis incolumitatis prosperitatisque gáudium et futuræ beatitudinis glóriam consequántur. Per Dóminum. Rx Amen.

Benedictio Dei omnipoténtis, Patris, et Fílii, ✕, et Spíritus Sancti, descéndat super hanc aquam, et máneat semper. Rx Amen.

Et aspergatur aqua benedicta.

7

## BENEDICTIO AQUÆ, SALIS ET PANIS IN HONOREM S. HUBERTI EP.

**contra morsum rabidi canis**

Approbata a S. R. C. pro Archidiócesi Coloniensi

Hæc benedictio fieri solet tam pro hominibus quam pro jumentis in Sacello S. Huberti coram Reliquiis ejusdem S. Episcopi.

Pentes benedictionem conferunt “panem et aquam,” et Sacerdos, superpelliceo ac stola alba indutus, hæc benedit coram expositis Reliquiis, ut infra sequitur: dein benedicuntur et ipsi petentes, prout etiam inferius sequitur. Tum insinuatur, ut de pane et aqua benedicta sumant per novem dies, ter in die, scilicet mane jejuni, ante prandium et ante cœnam; deinde orent singulis his diebus dicendo “semel Credo et novies Pater et Ave,” et his novem diebus suscipiant interea Ss. Sacraenta Pœnitentiæ et Eucharistiæ, et singulis annis festum S. Huberti venerentur ut præceptum, offerant ad altare, osculentur sacras Reliquias, et sic abeant in pace.

### **Exorcismus aquæ**

V. Adjutórium nostrum in nōmine Dómini.

Rx Qui fecit cælum et terram.

**E**xorcízo te, creatura aquæ, in nōmine Dei ✕ Patris omnipoténtis, et in nōmine Jesu ✕ Christi Fílii Deus, et in nōmine Spíritus ✕ Sancti, ut omne virus rabiéi et omnis spíritus immundus et incúrsio sátanæ superéetur et expellátur, et ut fias aqua exorcizáta ad expelléndam et effugándam rábiem et venénum ejus, et omnem morbum tam hóminum quam pécorum et invídiam malórum spirítuum atque omne phantásma inimíci, et ut ipsum virus rabiéi et stabíliter ipsum inimícum eradicáre váleas, per virtútem Dómini nostri Jesu Christi, qui venturus est judicáre vivos et mórtuos et sǽculum per ignem.

Rx Amen.

### **Exorcismus salis**

**E**xorcízo te, creatura salis, per Deum ✕ vivum, per Deum ✕ verum, per Deum ✕ sanctum, per Deum totius creaturæ, ut efficiáris sal exorcizatum ad evacuándam et expelléndam rábiem et omne virus ejus, inimicúmque et omnem virtútem ejus atque étiam omnem morbum tam hóminum quam pécorum, quae necessitatibus humánis dignátus es donáre, ut possint salva ad usus necessários proficere, et hómines salváti mente et córpore cóngruam tibi exhibeant servitútem per virtútem Dómini nostri Jesu Christi, per quem créata sunt ómnia et perficiúntur univérsa: Qui venturus est judicáre vivos et mórtuos et sǽculum per ignem. Rx Amen.

## Appendix

### Benedictio panis

Orémus.

Oratio

**D**ómine sancte, Pater omnípotens, æterne Deus, bene ✕ dícere dignérис hunc panem tua sancta spirituálí benedictióne, ut sit ómnibus suméntibus salus mentis et córporis, atque contra omnes morbos et univérsas inimicórum insídias tutámen. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, panem vivum, qui de cælo descéndit, et dat vitam et salútem mundo: Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia Sécula sæculórum. **R** Amen.

*Aspergatur aqua benedicta: deinde fiat commixtio sails et aquæ per modum, crucis, dicendo:*

Hæc commíxtio salis et aquæ páriter fiat in nómine Pa ✕ tris, et Fí ✕ lii, et Spíritus ✕ Sancti, ut prosit tam homínibus quam animálibus ad sanitátem.

Vox Dómini super aquas, Deus majestátis intónuit, Dóminus super aquas multas; hómines et juménta salvábis, Dómine, quemádmodum multiplicásti misericórdiam tuam, Deus: áperis tu manum tuam, et imples omne ánimál benedictióne.

**V.** Dóminus vobíscum. **R**. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Oratio

**D**eus invísibilis et insuperábilis impérii Rex, imménsam pietátem et misericórdiam tuam per sanctum et treméndum nomen Fílli tui súpplices deprecámur, ut super has creatúras panis et aquæ bene ✕ dictiónem tuam per poténtiam invisíbilis operatiónis infúndas, et hómines páriter et juménta, quæ in usum et cómmodum hóminum cóndere dignátus es, cum ex eísdem accéperint vel gustáverint, hæc bene ✕ dictio et sancti ✕ ficatió salvet, et a rábie et ab omni noxa et incúrsu malígnō, te protegénte, custódiat. Per eúmdem Christum Dóminum nostrum. **R** Amen.

Orémus.

Oratio

**P**ræsta, Dómine, bene ✕ dictiónem copiósam super has creatúras panis et aquæ, ut fiant salúbre remédiūm tum homínibus tum béstiiis advérsus rábiem omnésque malígni hostis insídias, et læsis ad recuperatióñem sanitátis, íntegris vero sanísque ad conservatióñem poténter et efficáciter proficiant. Per Christum Dóminum nostrum. **R** Amen.

Orémus.

Oratio

**D**ómine Deus, Pater omnípotens, per quem disponúntur ómnia, quæ ad usum vitæ possidémus, béne ✕ dic étiam has creatúras panis et aquæ ad effugándum inimícum arcendámque rábiem ab homínibus vel juméntis, et per virtútem gloriosíssimi nómínis Jesu Christi Fílli tui, quod cunctis malígnis spirítibus est treméndum atque terríbile, hujus panis et aquæ usum ómnibus suméntibus salúbrem fac esse medicinam. Per eúmdem Christum Dóminum nostrum. **R** Amen.

Orémus.

Oratio

**D**eus, qui labóribus hóminum étiam ex mutis animálibus solátia præbuísti: súpplices te rogámus; ut, sine quibus non álitur humána condítio, nostris fáciás úsibus non períre. Per Christum Dóminum nostrum. **R** Amen.

## Appendix

Orémus.

Oratio

**O**mnípotens sempiterne Deus, qui beáti et gloriósi Confessóris Hubérti Pontíficis et Patróni nostri méritis divérsos sàepe languóres morbósque depulísti: concéde propítius; ut cuncti, qui ejus implórant auxílium, ab intestatióne dàemonum, a subitánea et improvísá morte, a rábie et ab omni malo ac perículo ánimæ et córporis júgiter liberéntur. Per Christum Dóminum nostrum. **R**. Amen,

Orémus.

Oratio

**A**vérite, quásumus, Dómine, a fidélibus tuis cunctos miserátus erróres, et sàviéntis morbi (rabiéi) qui grassátur in animália, depélle pernícitem, ut, quos suo mérito flagéllas dévios, fóveas tua miseratióne compúnctos. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum: Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sácula sáculórum. **R**. Amen.

Deinde benedictio super hominem pronuntiatur. (Si plures sint, omnia dicuntur numero plurali). Sacerdos versus homine in genuflexum dicit:

### Pro uno vel una

- ℣. Adjutórium nostrum in nómíne Dómini.  
℟. Qui fecit cælum et terram.  
℣. Salvum (-am) fac servum tuum (ancíllam tuam).  
℟. Deus meus, sperántem in te.  
℣. Mitte ei auxílium de sancto.  
℟. Et de Sion tuére eum (eam).  
℣. Dómine, exáudi oratióñem meam.  
℟. Et clamor meus ad te véniat.  
℣. Dóminus vobíscum. **R**. Et cum spíritu tuo

### Pro uno vel una

Orémus. Oratio

**D**eus infirmitatis humáne præsídium auxílii super hunc fámulum tuum (hanc fámulam tuam) osténde virtútem, ut, ope misericórdiæ tuæ adjútas (-a), Ecclésiæ tuæ sanus (-a) et a rábie incólumis repræsentári mereántur. Per Christum Dóminum nostrum. **R**. Amen.

℣. Amávit eum Dóminus et ornávit eum. **R**. Stolam glóriæ índuit eum.

Orémus.

Oratio

**D**eus, qui ánimæ sancti Hubérti Confessóris tui atque Pontíficis perénnem glóriam contulísti: concéde propítius; ut cuncti, qui ipsíus implórant auxílium, petitiónis suæ salutárem consequántur efféctum. Per Christum Dóminum nostrum. **R**. Amen.

**Mox imponatur stola capiti ipsius hominis; si sint plures, binis et binis imponatur.**

Per intercessióñem sancti Hubérti Pontíficis et Patróni nostri líberet te (**vos**) Deus a rábie et ab omni malo córporis et ánimæ, et perdúcet te (**vos**) in vitam ætérnam. in nómíne Patris, et Fílli, **X** et Spíritus Sancti. **R**. Amen.

### Pro pluribus

- ℣. Adjutórium nostrum in nómíne Dómini.  
℟. Qui fecit cælum et terram.  
℣. Salvos (-as) fac servos tuos (ancíllas tuas).  
℟. Deus meus, sperántes in te.  
℣. Mitte eis auxílium de sancto.  
℟. Et de Sion tuére eos.  
℣. Dómine, exáudi oratióñem meam.  
℟. Et clamor meus ad te véniat.  
℣. Dóminus vobíscum. **R**. Et cum spíritu tuo

### Pro pluribus

Orémus. Oratio

**D**eus infirmitatis humáne præsídium auxílii super hos fámulos tuos (has fámulas tuas) osténde virtútem, ut, ope misericórdiæ tuæ adjúti (-æ), Ecclésiæ tuæ sani (-æ) et a rábie incólumes repræsentári mereántur. Per Christum Dóminum nostrum. **R**. Amen.

Benedictio S. Machuti

**Formula inscribendi in album confraternitatis  
S. Huberti Patroni**

Si quis velit inscribi, quod tamen necesse non est.

Ante inscriptionem Sacerdos stola indutus dicit:

℣. Adjutórium nostrum in nōmine Dómini.

℟. Qui fecit cælum et terram.

Orémus.

Oratio

**A**ctiones nostras, quæsumus, Dómine, aspirando præveni et adjuvando proséquere, ut cuncta nostra oratio et operatio a te semper incípiat, et per te cœpta finiátur. Per Christum Dóminum nostrum.

℟. Amen.

Post inscriptionem Sacerdos dicit:

Orémus.

Oratio

**O**mnipotens sempiterne Deus, qui beati et gloriósi Confessóris Huberti Pontíficis et Patróni nostri méritis divérsos sæpe languores morbósque deputásti: concéde propítius; ut cuncti, qui ejus implorant auxílium, ab infestatióne dæmonum, a subitánea et improvísá morte, a rábie et ab omni malo ac perículo ánimæ et cörperis júgiter liberéntur. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

**O**radiosa lampas supra candelábrum pósita, o méritis præcipuis ínclyte Hubérte! per tua suffrágia, languéntium suscípiens vota, confer cunctis tibi devótis vitæ subsídia, et per tua mérita evádere váleant insánias, morbos et cuncta perícula ánimæ et cörperis. ℟ Amen.

Benedictio Dei omnipoténtis, Patris, et Filli, ☧ et Spíritus Sancti, descéndat super te (vos), et máneat semper. ℟. Amen.

8

**BENEDICTIO PANIS ET AQUAM  
IN HONOREM S. MACHUTI EP.**

*Approbata a S. R. C. pro Diœcesi Buscoducensi*

℣. Adjutórium nostrum in nōmine Dómini.

℟. Qui fecit cælum et terram.

℣. Sit nomen Dómini benedictum.

℟. Ex hoc nunc et usque in sǽculum.

℣. Dómine, exáudi oratióñem meam.

℟. Et clamor meus ad te véniat.

℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Oratio

**O**mnipotens sempiterne Deus, qui solo verbo ómnia creásti, et per Fílium tuum hóminem

## Appendix

pérditum redemísti, ac Spíritum Sanctum tuum fidélium córdibus infudísti, sanctæque Trinitatis fidem per Apóstolos tuos eorúmque successóres in toto mundo prædicáre fecísti, pro cuius fidei propagatióne gloriósus Conféssor tuus Machútus plúrimos sustínuit labóres, quos tibi grates fuísse multis miráculis declaráre dignátus es; fámulos tuos ad ejus patrocínia fugiéntes cleménter exáudi, et hanc creatúram panis et aquæ cælesti bene ✕ dictióne sanctífica, tuámque virtútem désuper infunde: et præsta; ut, qui fide íntegra illis usi fúerint, ab omni illusióne diabólica et univérsis malis, languóoribus et infirmitáibus, ejus intercessióne liberéntur, et in sanctis tuis, per quos mirabília operáris, majestátem tuam colláudent, et in Ecclésia tua gratiárum tibi réferant actiōnes. Per eúmdem Christum Dóminum nostrum. Rx. Amen.

Benedictio Dei omnipoténtis, Patris, et Fílii, ✕ et Spíritus Sancti descéndat super hanc substántiam panis et aquæ, ut ad effugándos dæmones, morbósque pelléndos, divinæ grátiæ sumat efféctum, sitque ómnibus eam suméntibus adjutórium et remédium.

Rx. Amen,

Orémus.

Oratio

**D**eus, cujus Unigénitus Jesus Christus Dóminus noster Apóstolis suis dixit: Qui credit in me, ópera, quæ ego fácio, et ipse fáciet, et majóra horum fáciet; quique beátum Machútum Confessórem tuum atque Pontíficem dono curatiónis mirabíliter ornásti: quæsumus; ut ipsius deprecatione hæc múnera suscípias, eísque uténtibus salutária esse concédas. Per eúmdem Christum Dóminum nostrum. Rx. Amen.

Per mérita sancti Machúti benedicántur hæc múnera in nómine Patris, et Fílii, ✕ et Spíritus Sancti. Rx. Amen.

Crux in hac Oratione præsignata fieri debet cum Reliquia vel Imagine S. Machuti,

9

## BENEDICTIO PANIS ET AQUÆ IN HONOREM S. ADELHAIDIS VIRG.

Approbata a S. R. C. pro Archidiœcesi Coloniensi

V. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.

Rx. Qui fecit cælum et terram.

V. Sit nomen Dómini benedictum.

Rx. Ex hoc nunc et usque in sǽculum.

V. Dóminus vobíscum. Rx. Et cum spíritu tuo

Orémus.

Oratio

**F**idélium Deus ómnium fortitúdo, et salus, qui socrum beáti Petri Apóstoli tui magnis fébribus deténtam, pio motus rogatiónis afféectu sanásti; sanctí ✕ fica et bénē ✕ dic creatúras has panis et aquæ tuo sanctíssimo nómine, et méritis sanctæ Adelháidis Vírginis, quam, spreto sǽculo, servítio tuo glorióse mancipáre dignátus es: præsta, ejúsdem intercedéntibus méritis, ut quicúmque morbórum vexatióibus gravántur, per hujus panis et aquæ sumptiónem húmilem a cunctis ánimæ et córporis languóribus liberéntur, atque incólumes Ecclésiæ tuæ repræsentári mereántur, ut gratiárum in ea tibi júgiter réferant actiōnes: Qui vivis et regnas in sǽcula sǽculórum. Rx. Amen.

Benedictio S. Adelhaidis

Orémus.

Oratio

**B**éne ✕ dic, Dómine, mentis sanctæ Adelháidis creatúras has panis et aquæ, qui gloriósó corpore tuo benedixísti aquas Jordánis et panes in desérto, ac præsta, ut omnes gustántes ex eis tam córporis quam ánimæ recipiant sanitátem: Qui vivis et regnas in sǽcula sǽculórum. **R**. Amen.

**V**. Oro pro nobis, sancta Adelháidis.

**R**. Ut digni efficiámur promissiónibus Christi.

Orémus.

Oratio

**C**oncéde, quæsumus, omnípotens et misericors Deus, ut per virtútem benedictiónis hujus aquæ et panis, et per méritum passiónis Dómini nostri Jesu Christi et per intercessiónem beátæ Vírginis Maríæ ac sanctæ Adelháidis et ómnium Sanctórum, omnes fidéles, qui pie ac devóte aquam istam gustáverint, ánimæ et córporis sanitátem recipere váleant, ac in tuo servítio semper permanére. Per eúmdem Dóminum. **R**. Amen.

Benedictio Dei omnipoténtis, Patris, et Fílii, ✕ et Spíritus Sancti, descéndat super hanc aquam, et máneat semper. **R**. Amen.

Et aspergatur aqua benedicta.

DECRETUM DE USU SALIVA IN  
ADMINISTRATIONE BAPTISMI<sup>1</sup>

Sacra Rituum Congregatio, de mandate Sanctissimi Domini Nostri Pii Papæ XII, rubricam Ritualis Romani Tit. II, cap. II, n. 13 Ita reformandam decrevit: “Postea sacerdos pollice accipit de saliva oris sul (quod omittitur quotiescumque rationabilis adest causa munditiei tuendæ aut periculum morbi contrahendi vel propagandi) et tangit aures et nares infantis , .” et in futuris ejusdem Ritualis Romani editionibus inserendum mandavit.

Quibuscumque contrariis non obstantibus.

Die 14 Januarii 1944

S C. CARD. SALOTTI, Ep. Præn., *Præfectus.*  
L † S                            A. CARINCI, *Secretarius.*

---

<sup>1</sup>AAS An. et vol. xxxvi, 20 Januarii 1944

## INDICES

---

### I

#### **INDEX RITUALIS**

##### **Titulus I**

Caput unicum—De iis quæ in administratione Sacramento- pærum generaliter servanda sunt ..... 4

##### **Titulus II**

Cap. 1 De Sacramento Baptismi rite administrando.....	6
Cap. 2 Ordo Baptismi parvolorum (Vide pag. 472) .....	12
Cap. 3 De Baptismo adultorum.....	18
Cap. 4 Ordo Baptismi adultorum (Vide pag. 472).....	20
Cap. 5 Ordo supplendi omissa super infantem baptizatum.....	37
Cap. 6 Ordo supplendi omissa super adultum baptizatum.....	42
Cap. 7 Ritus servandus cum Episcopus baptizat.....	55
Cap. 8 Benedictio Fontis seu aquæ baptismalis extra pervigilium Paschæ et Pentecostes, cum aqua consecrata non habetur.....	56

##### **Titulus III**

Cap. 1 De Sacramento Pœnitentiæ .....	58
Ordo ministrandi Sacramentum Pœnitentiæ.....	58
Cap. 2 Absolutionis forma communis.....	61
Cap. 3 De modo absolvendi ab excommunicatione extra sacramentalem confessionem.....	62
Cap. 4 Ritus absolvendi excommunicatum jam mortuum.....	63
Cap. 5 De modo absolvendi a suspensione vel ab interdicto extra sacramentalem confessionem et dispensandi super irregularitate.....	64

##### **Titulus IV**

Cap. 1 De sanctissimo Eucharistiæ Sacramento.....	66
Cap. 2 Ordo administrandi sacram communionem.....	68
Cap. 3 De communione paschali.....	70
Cap. 4 De communione infirmorum.....	71
Instructio a S. R. C. edita die 9 Jan. 1929 de Communione plurim infirmorum.....	75

##### **Titulus V**

Cap. 1 De Sacramento Extremæ Unctionis.....	75
Cap. 2 Ordo admistrandi Sacramentum Extremæ Unctionis.....	77
Cap. 3 Septem Psalmi Pœnitentiales cum Litaniis Sanctorum.....	81
Cap. 4 De visitatione et cura infirmorum.....	89
Cap. 5 Modus juvandi morientes.....	96
Cap. 6 Ritus benedictionis Apostolica cum indulgentia plenaria in articulo mortis.....	98
Cap. 7 Ordo commendationis animæ.....	100
Cap. 8 De expiratione.....	109

## Index Ritualis

### Titulus VI

Cap. 1 De Exsequiis.....	111
Cap. 2 De iis Quibus neganda est ecclesiastica sepultura.....	112
Cap. 3 Exsequiarum ordo.....	114
Cap. 4 Officium defunctorum.....	125
Ad Vesperas.....	125
Ad Matutinum.....	135
In I Nocturno.....	139
In II Nocturno.....	146
In III Nocturno.....	153
Ad Laudes.....	163
Cap. 5 De Exsequiis absents defuncti corpore, sive in die tertio, septimo, trigesimo et anniversario, sive in allo die.....	171
Cap. 6 De Exsequiis parvolorum.....	173
Cap. 7 Ordo sepeliendi parvulos.....	173

### Titulus VII

Cap. 1 De Sacramento Matrimonii.....	180
Cap. 2 Ritus celebrandi Matrimonii Sacramentum.....	182
Cap. 3 De benedictione mulieris post partum.....	185

### Titulus VIII

Cap. 1 De benedictionibus regulæ generales.....	187
Cap. 2 Ordo ad faciendam aquam benedictam.....	188
Cap. 3 Benedictio candelarum.....	189
Cap. 4 Benedictio domorum in Sabbato Sancto et rellquo Tempore Paschali.....	190
Cap. 5 Benedictio domorum extra Tempus Paschale.....	190
Cap. 6 Benedictio loci vel domus.....	191
Cap. 7 Alia benedictio domus.....	191
Cap. 8 Benedictio thalami.....	192
Cap. 9 Benedictio navis.....	192
Cap. 10 Benedictio super fruges et vineas.....	192
Cap. 11 Benedictio peregrinorum ad loca sancta prodeuntium.....	193
Cap. 12 Benedictio peregrinorum post redditum .....	196

### Benedictiones esculentorum præsertim in Pascha

Cap. 13 Benedictio agni.....	198
Cap. 14 Benedictio ovorum.....	198
Cap. 15 Benedictio panis.....	198
Cap. 16 Alia benedictio panis.....	199
Cap. 17 Benedictio novorum fructuum.....	199
Cap. 18 Benedictio ad quodcumque comestibile.....	199
Cap. 19 Benedictio olei.....	200

## Index Ritualis

### Benedictiones ab Episcopis vel ab aliis facultatem habentibus faciendæ

Cap. 20 Benedictio sacerdotalium indumentorum.....	201
Cap. 21 Benedictio mapparum seu tobalearum altaris.....	202
Cap. 22 Benedictio pallæ et corporalis .....	202
Cap. 23 Benedictio tabernaculi seu vasculi pro sacrosancta Eucharistia conservanda .....	203
Cap. 24 Solemnis benedictio crucis .....	203
Cap. 25 Solemnis benedictio imaginis Jesu Christi Domini nostri, vel B. Mariæ Virginia, vel alias Sancti.....	204
Cap. 26 Ritus benedicendi et imponendi primarium lapidem pro ecclesia ædificanda.....	205
Cap. 27 Ritus benedicendi novam ecclesiam seu oratorium publicum.....	210
Cap. 28 Ritus reconciliandi ecclesiam violatam, quæ fuerit tantummodo benedicta .....	214
Cap. 29 Ritus benedicendi novum cœmeterium .....	217
Cap. 30 Ritus reconciliandi cœmeterium violatum .....	218
Cap. 31 Ritus benedicendi, populos et agros ex Apostolicæ Sedis indulto.....	220
Cap. 32 Ritus benedictionis Apostolicæ statis diebus super populum elargendæ, servandus a sacerdotibus quibus a S. Sede hujusmodi facultas indulta est .....	225
Cap. 33 Ritus absolutionis generalis et benedictionis Papalis ex Apostolicæ Sedis indulto pro regularibus Ordinibus et Tertiariis ad eos pertinentibus .....	225

### **Titulus IX**

Cap. 1 De processionibus .....	229
Cap. 2 De processione in Festo Purificationis B. M. V. ....	230
Cap. 3 De processione in die Palmarum.....	234
Cap. 4 De processione in Litaniis majoribus in Festo S. Marci Ev., et in minoribus triduo Rogationum ante Ascensionem Domini .....	242
Cap. 5 De processione in Festo sanctissimi Corporis Christi.....	243
Cap. 6 De processione ad petendam pluviam.....	248
Cap. 7 De processione ad postulandam serenitatem.....	250
Cap. 8 De processione ad repellendam tempestatem.....	251
Cap. 9 De processione tempore penuriæ et famis .....	252
Cap. 10 De processione tempore mortalitatis et pestis.....	253
Cap. 11 De processione tempore belli .....	254
Cap. 12 De processione in quacumque tribulatione .....	256
Cap. 13 De processione pro gratiarum actione .....	257
Cap. 14 De processione in translatione sacrarum Reliquiarum.....	262

### **Titulus X**

Cap. 1 Litaniæ sanctissimi nominis Jesu.....	263
Cap. 3 Litaniæ de sacro Corde Jesu.....	265
Cap. 3 Litaniæ Lauretans B. Maria Virginis.....	266
Cap. 4 Litaniæ de S. Joseph.....	268

## [Index Ritualis](#)

### **Titulus XI**

Cap. 1 De exorcizandis obsessis a dæmonio.....	269
Cap. 2 Ritus exorcizandi obsessos a dæmonio.....	271
Cap. 3 Exorcismus in satanam et angelos apostaticos.....	285

### **Titulus XII**

Cap. 1 De libris habendis apud Parochos.....	287
Cap. 2 Forma describendi baptizatos in primo libro.....	287
Cap. 3 Forma describendi conrrmatos in secundo libro.....	288
Cap. 4 Forma describendi conjugates in tertio libro.....	288
Cap. 5 Forma describendi defunctos m quarto libro.....	289
Cap. 6 Forma describendi statum animarum in quinto libro.....	289

## **II**

### **INDEX APPENDICIS**

#### **De Baptismo**

Benedictio Fontis seu aquae baptismalis (per formulam breviorem de speciali Apostolics Sedis Indulto).....	290
--	-----

#### **De Confirmatione**

Instructio a S. C. Sacr. edita die 24 Maii 1934 pro simplici Sacerdote Sacramentum Confirmationis ex Sedis Apostolica delegatione administrante.....	291
--	-----

#### **De sanctissima Eucharistia**

Instructio a S. R. C. edita die 11 Martii 1858 pro Sacerdote facultatem habente bis Missam eadem die celebrandi.....	298
Instructio a S. R. C. edita 12 Januarii 1921 pro Sacerdote cacutiente circa Missarum celebrationem eidem ex indulto Apostolico concessam.....	299
Litaniæ, Preces et Oratlones quæ dici debent in expositione XL Horarum in alma Urbe .....	301

#### **De Matrimonio**

I Benedictio nuptialis extra Missam danda ex Apostolico indulto, quando Missa non dicitur.....	304
II Preces recitandas extra Missam super conjuges ex Apostolicae Sedis indulto, quando benedictio nuptialis non permittitur.....	305

#### **De consecratione Altarium exsecratorum**

I Ritus seu formula brevior consecrationis Altaris immobilis, quod amisit consecrationem ob separationem, etsi momentaneam, tabulae seu mensæ a stipite: uti in casu de quo agit Codex Juris Canonici in can. 1200, S 1.....	306
II Ritus seu formula brevior consecrationis Altaris, quod amisit consecrationem; uti in casu de quo agit Codex Juris Canonici in can. 1200, § 2, nn. 1 et 2 .....	307

## Index Ritualis

### **DE BENEDICTIONIBUS** **Benedictiones non reservatæ**

1 Benedictio populi cum aqua benedicta, diebus Dominicis Impertienda.....	311
2 Benedictio vini in Festo S. Joannis Ap. et Ev. ....	312
3 Alia benedictio vini in Festo S. Joannis Ap. et Ev. ....	312
4 Benedictio auri, thuris et myrrhffii in Festo Epiphaniæ .....	314
5 Benedictio cretæ in Festo Epiphaniæ .....	314
6 Benedictio domorum in Pesto Epiphaniæ .....	315
7 Benedictio candelarum in Festo S. Blasii Ep. et Mart. ....	316
8 Benedictio panis, vini, aquæ et fructuum contra gutturis ægritudinem in Festo S. Blasii Ep. et Mart. ....	317
9 Benedictio crucium in agris, vineis, etc., plantandarmn, quæ fit in Festo Inventionis S. Crucis, vel Dominica proxima .....	317
10 Benedictio rogi, qua fit a Clero extra ecclesiam in Vigilia Nativitatis S. Joannis Baptiste ....	318
11 Benedictio herbarum in Festo Assumptionis B. M. V. ....	320
12 Benedictio seminum et segetum In Festo Nativitatis B. Mariæ Virg. ....	322
13 Benedictio instrumentorum organi in ecclesia .....	322
14 Benedictio vexilli processionalis cuiuslibet Societatis .....	323
15 Benedictio metalli pro campana, dum ære conflatur .....	323
16 Benedictio oratorii privati seu domestici .....	324
17 Benedictio officinæ librariæ et machinæ typographicæ.....	324
18 Benedictio bibliothecæ .....	326
19 Benedictio archivi .....	326
20 Benedictio domus scholaris .....	326
21 Alia benedictio domus scholaris.....	327
22 Benedictio primarii lapidis ædificii .....	333
23 Benedictio solemnis navis piscatoriæ.....	333
24 Benedictio viæ ferreæ et curruum.....	336
25 Benedictio vehiculi seu currus.....	336
26 Benedictio machinæ itineri aereo destinatæ.....	337
27 Benedictio pontis .....	338
28 Benedictio fontis .....	338
29 Benedictio putei .....	338
30 Benedictio ignis .....	339
31 Benedictio machinæ ad extingendum incendium.....	339
32 Benedictio seismographi .....	342
33 Benedictio fornacis calcaria .....	342
34 Benedictio fornacis fusorias metallicæ vel coctorile laterum et tegularum .....	343
35 Benedictio seminum.....	343
36 Benedictio camporum vel alpium vel pascuorum .....	345
37 Benedictio contra inundationes aquarum .....	345
38 Benedictio uvarum .....	345
39 Benedictio horrei seu segetum demessarum.....	346
40 Benedictio pistrini .....	346
41 Benedictio adulti ægrotantis .....	347
42 Eadem benedictio pro pluribus infirmis.....	348

## [Index Appendix](#)

43 Benedictio peregrinorum ægrotantium.....	349
44 Benedictio mulieris prægnantis in periculis partus.....	349
45 Benedictio infantis .....	351
46 Benedictio pueri ad obtinendam super ipsum misericordiam Dei .....	341
47 Benedictio puerorum, cum præsertim in ecclesia præsentantur .....	352
48 Benedictio puerorum ægrotantium .....	353
49 Benedictio vestis in nonorem B. Mariæ Virg. ....	355
50 Benedictio vestis in honorem B. Mariæ Virg. vel alicujus Sancti canonizati .....	356
51 Benedictio cinguli in honorem Domini nostri Jesu Christi.....	356
52 Benedictio cinguli in honorem B. Mariæ Virg. vel alicujus Sancti canonizati .....	357
53 Benedictio linteaminum pro infirmis .....	357
54 Benedictio lecticæ pro infirmis .....	357
55 Benedictio vini pro infirmis .....	358
56 Benedictio cujuscumque medicinæ .....	359
57 Benedictio panis et placentarum .....	359
58 Benedictio cerevisiæ .....	359
59 Benedictio casei vel butyri .....	360
60 Benedictio laridi .....	360
61 Benedictio volucrum .....	360
62 Benedictio apum .....	361
63 Benedictio bombycum .....	361
64 Benedictio pecorum et armentorum .....	361
65 Benedictio equorum aliorumve animalium .....	362
66 Benedictio animalium gravi infirmitate laborantium.....	362
67 Alia benedictio animalium gravi infirmitate laborantium.....	363
68 Benedictio sails vel avenæ pro animalibus .....	363
69 Benedictio stabuli equorum, bourn aliorumve armentorum,.....	364
70 Benedictio instrumentorum ad montes concendendos .....	364
71 Benedictio nosocomiorum aliarumque domorum ægrotia curandis .....	365
72 Benedictio ad omnia .....	367

## **Benedictiones reservatæ**

### **I—Benedictiones facienda ab Ordinario vel ab ejus delegate**

1 Benedictio aqua in Vigilia Epiphaniæ Domini .....	368
2 Benedictio solemmor crucis .....	382
3 Benedictio tabernaculi seu ostensorii pro Sanctissimo Sacramento fidelium venerationi exponendo .....	384
4 Benedictio capsarum pro Reliquiis Sanctorum includendis.....	385
5 Benedictio vasorum pro sacris Oleis Includendis .....	385
6 Benedictio sacrorum vasorum allorumque ornamentorum in genere .....	385
7 Benedictio campanæ, quæ ad usum ecclesiæ benedictæ vel oratorii inserviat .....	386
8 Benedictio campanæ, quæ tamen ad usum ecclesiæ vel oratorii non inserviat .....	390
9 Benedictio telegraphi .....	390
10 Benedictio solemnior viæ ferreæ et curruum .....	393
11 Benedictio machinæ ad excitandam lucem electricam .....	394
12 Benedictio deprecatoria contra mures, locustas, bruchos, vermes et alia animalia nociva .....	396
13 Benedictio habitus clericalis .....	397

## [Index Appendicis](#)

### II—Benedictiones faciendæ a Sacerdotibus Apostolicum indultum habentibus

1 Benedictio cingulorum in honorem S. Joseph, Sponsi B. M. V. ....	398
2 Benedictio liliorum in Festo S. Antonii Patavini Conf. ....	399
3 Benedictio puerorum et puellarum in Festis piæ Unionis a Sancta Infantia nuncupatæ .....	400
4 Formula benedictionis Papalis cum indulgentia plenaria in fine concionum .....	401
5 Formula brevior benedictionis Papalis cum indulgentia plenaria pro Tertiariis sæcularibus speciale indultum habentibus .....	401

### **Benedictiones propriæ**

#### **nonnullorum Ordinum regularium seu Congregatio- num religiosarum a Sacerdotibus Apostolicum in- dultum habentibus adhibendæ**

1 Ritus erigendi Stationes Viæ Crucis .....	402
2 Ritus erigendi Stationes Viæ Matris Dolorosa, seu in honorem Septem Dolorum B. M. V. ....	411
3 Benedictio et impositio scapularis SSmae Trinitatis .....	414
4 Benedictio coronarum seu trisagiorum SSmae Trinitatis . ....	416
5 Benedictio et impositio scapularis nigri SS. Crucis et Passionis D. N. J. C .....	416
6 Benedictio et impositio scapularis rubri Passionis et Sacratissimi Cordis D. N. J. C. atque Cordis amantissimi et compatlentia B. Mariæ Virg. immaculatæ .....	418
7 Benedictio et impositio scapularis carulei B. Mariæ Virg. Immaculatæ .....	419
8 Benedictio et impositio scapularis nigri Septem Dolorum B. Mariæ Virg. ....	420
9 Benedictio corona Septem Dolorum B. Maria Virg. ....	421
10 Formula brevior benedicendi coronam Septem Dolorum B. Mariæ Virg. ....	422
11 Benedictio et impositio scapularis Beatae Mariæ Virg. de Monte Carmelo .....	422
12 Alia benedictio et impositio scapularia B. Mariæ Virg. de Monte Carmelo .....	425
13 Formula brevior benedicendi et imponendi scapulare B. Maris Virg. de Monte Carmelo .....	428
14 Formula brevior benedicendi et imponendi quunque scapularia SSmae Trinitatis Passionis D. N. J. C., B. Mariæ Virg. sub respectivo titulo immaculatæ Conceptionis, Septem Dolorum, et Montis Carmeli .....	429
15 Benedictio scapularis pretiosi Sanguinis .....	431
16 Benedictio funicularum et vittarum pretiosi Sanguinis .....	431
17 Benedictio vestis votivæ pretiosi Sanguinis .....	432
18 Benedictio et impositio scapularis Sacri Cordis Jesu .....	432
19 Benedictio et impositio scapularis immaculati Cordis B. M. V. ....	433
20 Benedictio et impositio scapularis Sacrorum Cordium Jesu Mariæ .....	434
31 Benedictio et impositio scapularis B. M. V. de Mercede . ....	435
22 Benedictio ejusdem scapularis sine impositione .....	436
23 Benedictio et impositio scapularis B. M.V. sub titulo “Salus infirmorum” .....	437
24 Benedictio et impositio scapularis B. M. V. de Bono Consilio .....	440
25 Benedictio et impositio scapularis S. Joseph, Sponsi B.M.V. ....	441
26 Benedictio et impositio cincturae in honorem B. M. V. ....	441
27 Benedictio et impositio chordæ in honorem S. Francisci Assisiensis .....	443
28 Benedictio et impositio cinguli lanei in honorem S. Francisci de Paula .....	444

### Index psalmorum numericus

29 Benedictio cingulorum in honorem Sancti Thomæ Aquinatis ad servandam castitatem .....	444
30 Benedictio et impositio sacri numismatis B. Mariæ Virg. immaculatæ, vulgo Medaille miraculeuse .....	445
31 Benedictio numismatum S. Benedicti .....	446
32 Formula brevior benedicendi numismata S. Benedicti .....	447
33 Benedictio coronæ Domini.....	447
34 Benedictio coronarum pretiosissimi Sanguinis.....	448
35 Benedictio coronarum Sacratissimi Rosarii B. M. V. ....	449
36 Formula brevier benedicendi coronam Sacratissimi Rosarii B. M. V. ....	449
37 Benedictio rosamm Societatis Sacratissimi Rosarii.....	449
38 Benedictio candelarum Societatis Sacratissimi Rosarii .....	450
39 Benedictio coronarum S. Brigittæ .....	450
40 Benedictio corona S. Joseph .....	451
41 Benedictio anuli S. Joseph .....	451
42 Benedictio innrmorum cum ligno Sanctissimæ Crucis D. N. J. C. seu signum S. Mauri Abb. ....	452
43 Benedictio aquæ in honorem B. Maris Virg. et S. Torelli Conf. pro infirmis .....	453
44 Benedictio aqua cum Reliquulis S. Petri Mart. ....	453
45 Benedictio palmarum vel aliorum ramorum In Festo S. Petri Mart. ....	454
46 Benedictio aquæ In honorem S. Vincentii Ferrerii pro infirmis .....	455
47 Benedictio aqua in honorem S. Raymundi Nonnati pro infirmis .....	456
48 Benedictio candelarum in honorem Sancti Raymundi Nonnati, quæ præsertim pro felici partu accendi solent.....	457
49 Benedictio olei in honorem S. Serapionis Mart.....	458
50 Benedictio aquæ in honorem S. Alberti Conf. ....	458
51 Benedictio aquæ in honorem B. Ignatii Conf. ....	459
52 Benedictio aquæ in honorem S. Vincentii a Paulo pro infirmis .....	460

**Benedictiones approbatæ pro aliquibus locis  
a Sacerdotibus Apostolicum indultum habentibus  
adhibendæ**

1 Benedictio et impositio scapularis S. Michaelis Archangeli .....	462
2 Benedictio et impositio scapularis S. Joseph, Sponsi B. M. V. ....	463
3 Benedictio cinguli in honorem S. Philumenæ Virg. et Mart. ....	463
4 Benedictio aquæ in Festo Sacr. Lanceæ et Clavorum Domini .....	464
5 Benedictio personæ in honorem et cum invocatione B. M. V. sub titulo “Auxilium Christianorum” .....	464
6 Benedictio aquæ in honorem S. Willibrordi Ep. ....	465
7 Benedictio aquæ, salis et panis in honorem S. Huberti Ep. contra morsum rabidi canis .....	466
8 Benedictio panis et aquæ in honorem S. Machuti Ep. ....	469
9 Benedictio panis et aquæ in honorem S. Adelhaidis Virg.....	470

III

**INDEX PSALMORUM NUMERICUS**

3 Dómine, quid multiplicati .....	283
5 Verba mea auribus .....	139

### **Index psalmorum numericus**

6 Dómine, ne in furore tuo . . . Miserere.....	81, 140, 365
7 Dómine, Deus meus .....	141
8 Dómine, Dóminus noster .....	20, 333
10 In Dómino confido .....	283
12 Usquequo, Dómine .....	283
15 Conserva me, Dómine .....	92
19 Exaudiat te Dóminus .....	93
21 Deus, Deus meus, respice .....	282
22 Dóminus regit me.....	146, 000
23 Dómini est terra.....	175,185
24 Ad te, Dómine, levavi.....	147
26 Dóminus illuminatio.....	148
28 Afferte Dómino.....	21, 372
30 In te, Dómine, speravi.....	281
31 Beati quorum.....	81
34 Judica, Dómine.....	280
37 Dómine, ne in furore tuo . . . Quoniam.....	82
39 Exspectans exspectavi.....	154
40 Beatus qui intelligit.....	155
41 Quemadmodum desiderat . .....	21, 156
45 Deus noster refugium .....	254, 372
47 Magnus Dóminus, et laudabilis nimis .....	423
50 Miserere mei, Deus, secundum magnam .....	62,83,115,164,218,386
53 Deus. in nomine tuo salvum me fac.....	271, 279, 387
56 Miserere mei, Deus, miserere mei .....	387
62 Deus, Deus meus .....	166
64 Te decet hymnus .....	165, 320
65 Jubilate Deo, omnis terra, psalmum .....	258, 340
66 Deus misereatur nostri.....	250, 350, 387
67 Exsurgat Deus .....	215, 278
67 In ecclesiis benedicite .....	215
69 Deus, in adjutorium meum intende.....	87, 279, 302, 387
78 Deus, venerunt gentes .....	255
80 Exsultate Deo .....	259
83 Quam dilecta .....	206
84 Benedixisti, Dómine .....	223
85 Inclina, Dómine, aurem tuam .....	93, 388
86 Fundamenta ejus .....	209
90 Qui habitat .....	94, 278
94 Venite, exsultemus .....	135
95 Cantate Dómino caniticum novum: cantate .....	259
96 Dominus regnavit .....	395
99 Jubilate Deo, omnis terra: servite .....	260
101 Dómine, exaudi orationem meam: et clamor.....	83
102 Benedic, anima moa, Dómino: et omnia .....	260
103 Benedic, anima mea. Dómino; Dómine, Deus meus .....	391
112 Laudate, pueri, Dóminum .....	173, 351, 352
114 Dilexi, quóniam .....	125

## Index psalmorum alphabeticus

116 Laudate Dóminum, omnes Gentes .....	261, 324
117 Confitemini Domini , . . Dicat .....	106, 279
118 Beati immaculati .....	174
119 Ad Dóminum .....	126, 000
120 Levavi oculos meos .....	127, 212
121 Latatus sum .....	212
126 Nisi Dóminus .....	208
127 Beati omnes .....	196, 304
129 De profundis clamavi .....	88, 114, 124, 128, 170
132 Ecce quam bonum .....	423
137 Conntebor tibi, Dómine, in toto corde meo; quoniam.	129
140 Dirigitur, Dómine, oratio mea .....	155
142 Dómine, exáudi orationem meam: auribus .....	84
145 Lauda, ánima mea .....	131
146 Laudate Dóminum, quóniam bonus .....	249, 372
147 Lauda, Jerusalem .....	251
148 Laudate Dóminum de cælis .....	176, 261
149 Cantate Dómino canticum novum: laus ejus .....	261
150 Laudate Dóminum in sanctis ejus .....	168, 261, 322

## IV

## INDEX PSALMORUM ALPHABETICUS

119 <b>Ad</b> Dóminum .....	126, 212
24 Ad te, Dómine, levavi .....	147
28 Afferte Dómino .....	21, 372
118 <b>Beati</b> immaculati .....	174
127 Beati omnes .....	196
31 Beati quorum .....	81
40 Beatus qui intelligit .....	155
102 Benedic, anima mea, Dómino: et omnia .....	260
103 Benedic, anima mea. Dómino: Dómine, Deus meus .....	391
84 Benedixisti, Dómine .....	223
95 <b>Cantate</b> Dómino canticum novum: cantate .....	259
149 <b>Cantate</b> Dómino canticum novum: laus ejus .....	261
137 Confitebor tibi Dómine, in toto corde meo: quoniam .....	139
117 Confitemini Dómino . . . Dicat .....	106, 279
15 Conserva me, Dómine .....	92
129 <b>De</b> profundis clamavi .....	84, 114, 124, 128, 170, 388
62 Deus, Deus meus .....	166
21 Deus, Deus meus, respice .....	282
69 Deus, in adjutorium meum intende .....	87, 279, 302, 387
53 Deus, In nómine tuo salvum me fac .....	271, 279, 387
66 Deus misereatur nostri.....	250, 350, 387
45 Deus noster refugium.....	254, 372
78 Deus, venerunt Gentes.....	255
114 Dilexi, quóniam .....	125
140 Dirigatur, Dómine oratio mea .....	155

## index Canticorum et Hymnorum

7 Dómine, Deus meus .....	141
8 Dómine, Dóminus noster .....	20, 333
142 Dómine, exaudi orationem meam: auribus .....	84
101 Dómine, exaudi orationem meam: et clamor .....	83
6 Dómine, ne in furore... Miserere.....	81, 140, 365
37 Dómine, ne in furore... Quoniam.....	82
3 Dómine, quid multuplicati .....	283
23 Dómini est terra .....	175, 185
26 Dóminus illuminatio.....	148
22 Dóminus regit me .....	146, 312
96 Dóminus regnavit .....	395
132 Ecce quam bonum .....	425
19 Exaudiat te Dóminus.....	93
39 Exspectans exspectavi .....	154
80 Exsultate Deo .....	259
67 Exsurgat Deus .....	278
86 Fundamenta ejus .....	209
85 Inclina, Dómine, aurem tuam .....	93, 388
10 In Dómino confido .....	283
67 In ecclesiis benedicite .....	278
30 In te, Dómine, speravi .....	281
65 Jubilate Deo, omnis terra, psalmum.....	258, 340
99 Jubilate Deo, omnis terra: servite .....	260
34 Judica, Dómine .....	83
121 Lætatus sum .....	212
145 Lauda, anima mea .....	131
147 Lauda, Jerusalem .....	251
148 Laudate Dóminum de cælis .....	176, 261
150 Laudate Dóminum in sanctis ejus .....	168, 261, 322
116 Laudate Dóminum, omnes Gentes .....	261, 324
146 Laudate Dóminum, quoniam bonus .....	249, 372
112 Laudate, pueri, Dóminum.....	173, 351, 352
120 Levavi oculos meos.....	127, 212
47 Magnus Dóminus, et laudabilis minis .....	425
56 Miserere mei, Deus, miserere mei .....	387
50 Miserere mei, Deus, secundum magnum.....	62, 83, 115, 164, 218, 386
126 Nisi Dóminus .....	208
83 Quam dilecta .....	206
41 Quemadmodum .....	21, 156
90 Qui habitat .....	94, 278
64 Te decet hymnus .....	165, 320
12 Usquequo, Dómine .....	283
94 Venite, exsultemus .....	135
5 Verba mea auribus .....	139

## Index Symbolorum, Litaniarum et Bened. alphab.

### V

#### INDEX CANTICORUM

Benedicite, omnia opera Dómini, Dómino.— <i>Canticum trium Puerorum</i> .....	178
Benedictus Dóminus, Deus Israel.— <i>Canticum Zachariæ</i> .....	122, 169, 193, 374, 390, 394
Ego dixi: In dimicuo dierum meorum.— <i>Canticum Ezechiæ</i> .....	167
Magnificat.— <i>Canticum beatæ Mariæ Virginis</i> .....	130, 315, 375

### VI

#### INDEX HYMNORUM

<i>Æterne Rex altissime</i> .....	247
<i>Pange, lingua, gloriosi Córporis</i> .....	243
<i>Sacris solemnīis</i> .....	244
<i>Salutis humanæ Sator</i> .....	246
<i>Stabat Mater dolorosa</i> .....	407, 412
<i>Tantum ergo Sacramentum</i> .....	248
<i>Te Deum laudamus</i> .....	257, 377, 409, 413
<i>Ut queant laxis resonare nbrls.</i> .....	318
<i>Veni, Creator Spiritus</i> .....	327, 402
<i>Verbum supernum prodiens</i> .....	245
<i>Vexilla Regis prodeunt</i> .....	404

#### INDEX SYMBOLORUM

<i>Credo in Deum</i> .— <i>Symbolum Apostolorum</i> .....	14, 33, 40, 52
<i>Quicumque vult salvus esse</i> .— <i>Symbolum Athanasianum</i> .....	276

#### INDEX LITANIARUM

<i>Sanctorum</i> .....	85
<i>Sanctorum in ordine commendationis animæ</i> .....	100
<i>Sanctorum in expositione XL Horarum</i> .....	301
<i>Sanctorum pro benedictione aquæ in Vigilia Epiphaniæ Domini</i> .....	368
<i>Sanctissimi nominis Jesu</i> .....	263
<i>De Sacro Corde Jesu</i> .....	265
<i>Lauretanæ B. Mariæ Virg.</i> .....	266
<i>De Sancto Joseph</i> .....	268

### IX

#### INDEX BENEDICTIONUM ALPHABETICUS

*Benedictiones Romano Pontifici reservatæ littera. R, benedictiones autem Ordinario reservatæ littera r notantur.*

<i>Absolutio generalis pro Regularibus. R</i> .....	225
<i>Absolutio generalis pro Tertiariis sacerdotalibus. R</i> .....	401
<i>Absolutio generalis in articulo mortis.</i> .....	98

## Index Benedictionum alphabeticus

Adulti ægrotantis.....	347
Adultorum aegrotantium.....	348
Aëreo itineri destinatæ (machinæ).....	337
Æris pro campana conflanda.....	323
Agni.....	198
Agrorum et populorum. <b>R</b> .....	220
Alpium vel camporum vel pascuorum.....	343
Altarium exsecurorum consecratio. <b>r</b> .....	306
Animalium.....	361
Animalium gravi infirmitate laborantium.....	362, 363
Animalia nociva (contra), <b>r</b> .....	396
Anuli nuptialis.....	183
Anuli S. Joseph. <b>R</b> .....	451
Apostolica benedictio in articulo mortis.....	98
Apostolica benedictio super populum. <b>R</b> .....	225
Apostolica benedictio in fine concionum. <b>R</b> .....	401
Apum.....	361
Aquæ, idest Ordo ad faciendam aquam benedictam.....	188
Aquæ baptismalis extra pervigilium Paschæ et Pentecostes.....	56
Aquæ baptismalis per formulam breviorem. <b>R</b> .....	290
Aquæ in Festo S. Blasii Ep. et Mart.....	317
Aquæ in Festo Sacr. Lanceæ et Clavorum Domini. <b>R</b> .....	464
Aquæ in honorem B. Mariæ V. et S. Torelli Conf. <b>R</b> .....	453
Aquæ in honorem S. Adelhaidis Virg. <b>R</b> .....	470
Aquæ in honorem S. Alberti Conf. <b>R</b> .....	458
Aquæ in honorem S. Huberti Ep. <b>R</b> .....	466
Aquæ in honorem S. Ignatii Conf. <b>R</b> .....	564
Aquæ in honorem S. Machuti Ep. <b>R</b> .....	469
Aquæ in honorem S. Petri Mart. <b>R</b> .....	453
Aquæ in honorem S. Raymundi Nonnati. <b>R</b> .....	456
Aquæ in honorem S. Vincentii Ferrerii. <b>R</b> .....	455
Aquæ in honorem S. Vincentii a Paulo. <b>R</b> .....	460
Aquæ in honorem S. Willibrordi Ep. <b>R</b> .....	465
Aquæ in Vigilia Epiphaniæ Dómini. <b>r</b> .....	368
Aquarum inundationes (contra).....	345
Archivi.....	326
Armentorum.....	361
Auri in Festo Epiphaniæ.....	314
Avenæ pro animalibus.....	363
<b>B</b> ibliothecæ.....	326
Bombycum.....	361
Bruchos (contra), <b>r</b> .....	396
Butyri vel casei.....	360

## Index Benedictionum alphabeticus

Campanæ, quæ ad usum ecclesiæ benedictæ vel oratorii inserviat. <b>r</b> .....	386
Campanæ quæ tamen ad usum ecclesiæ vel oratorii non inserviat. <b>r</b> .....	390
Camparum vel alpium vel pascuorum.....	343
Candelarum.....	189
Candelarum in Festo S. Blasii Ep. et Mart.....	316
Candelarum in honorem S. Raymundi Nonnati. <b>R</b> .....	457
Candelarum Societatis Sacratissimi Rosarii <b>R</b> .....	450
Capsarum pro Reliquiis Sanctorum includendis <b>r</b> .....	385
Casei vel butyri.....	360
Cerevisiæ.....	359
Chordæ in honorem S. Francisci Assisiensis. <b>R</b> .....	443
Cincturæ in honorem B. Mariæ Virg. <b>R</b> .....	441
Cinguli in honorem Domini nostri Jesu Christi.....	356
Cinguli in honorem B. Mariæ Virg. vel alicujus Sancti canonizati.....	357
Cinguli in honorem S. Joseph. Sponsi B. M. V. <b>R</b> .....	398
Cinguli in honorem S. Francisci de Paula. <b>R</b> .....	444
Cinguli in honorem S. Philumenæ V. et M. <b>R</b> .....	463
Cinguli in honorem S. Thomæ Aquinatis. <b>R</b> .....	444
Clericalis habitus, <b>r</b> .....	397
Cœmeterii novi. <b>r</b> .....	217
Cœmeterii violati reconciliatio.....	218
Comestibili cujuscumque.....	199
Conjugum extra Missam. <b>R</b> .....	304,305
Coronæ Domini. <b>R</b> .....	447
Coronæ Domini pro agonizantibus. <b>R</b> .....	438
Coronæ Sacratissimi Rosarii B. M. V. <b>R</b> .....	449
Coronæ B. Mariæ Virg. pro cincturatis. <b>R</b> .....	442
Coronæ Septem Dolorum B. M. V. <b>R</b> .....	421,422
Coronæ S. Birgittæ. <b>R</b> .....	450
Coronæ S. Joseph. <b>R</b> .....	451
Coronæ pretiosissimi Sanguinis. <b>R</b> .....	448
Coronæ SSmae Trinitatis. <b>R</b> .....	416
Corporalis et pallæ. <b>R</b> .....	202
Cretæ in Festo Epiphanie. ....	314
Crucis. <b>r</b> .....	203
Crucis per formulam solemniorem. <b>r</b> .....	382
Crucium in agris, vineis, etc., plantandarum.....	317
Crucium lignearum pro erigendis Stationibus. Viæ Crucis, <b>R</b> .....	403,404
Crucium parvarum rubri coloris pro scapularibus. <b>R</b> .....	437
Currus seu vehiculi.....	336
Curruum et viæ ferræ.....	336
Curruum et viæ ferræ per formulam solemniorem <b>r</b> .....	393
Deprecatoria benedictio contra mures, locustas, bruchos, vermes, et alia animalia nociva, <b>r</b> .....	396
Domorum in Festo Epiphanie .....	315
Domorum in Sabbato Sancto et reliquo Tempore Paschali.....	190
Domorum extra -Tempus Paschale.....	190

## [Index Benedictionum alphabeticus](#)

Domus.....	191
Domus scholaris.....	326
<b>E</b> cclesiæ novæ. <b>r</b> .....	210
Ecclesiæ violatæ reconciliatio.....	214
Equorum.....	362
Esculentorum præsertim in Pascha.....	198
<b>F</b> ontis .....	338
Fontis seu aquæ baptismalis extra pervigillum Paschæ et Pentecostes.....	56
Fontis per formulam breviorem. <b>R</b> .....	290
Fornacis calcarias.....	342
Fornacis fusoriæ metallicæ vel coctoriæ laterum et tegularum.....	343
Fructuum novorum.....	199
Fructuum in Festo S. Blasii Ep. et Mart.....	317
Frugum et vinearum.....	192
Funiculorum et vittarum pretiosi Sanguinis. <b>R</b> .....	431
<b>H</b> abitus clericalis. <b>r</b> .....	397
Herbarum in Festo Assumptionis B. M. V.....	320
Horrei seu segetum demessarum.....	346
<b>I</b> gnis.....	339
Imaginis D. N. J. C. et B. Mariæ V. vel alias Sancti. <b>r</b> .....	204
Imaginum pro Viæ Crucis <b>R</b> .....	403
Imaginum pro Matris Dolorosæ. <b>R</b> .....	411
Indumentorum sacerdotalium. <b>r</b> .....	201
Infantis.....	351
Infirmorum adultorum.....	347
Infirmorum puerorum.....	353
Infirmorum cum ligno S. Crucis seu signum S. Mauri Abb. <b>R</b> .....	452
Inundationes aquarum (contra).....	345
Instrumentorum organi in ecclesia.....	322
Instrumentorum ad montes conscendendos.....	364
<b>L</b> apidis primarii pro ecclesia ædificanda. <b>r</b> .....	205
Lapidis primarii pro quocumque ædificio.....	333
Laridi.....	360
Lecticæ pro infirmis.....	358
Librariæ officinæ et machinæ typographicæ.....	324
Liliorum in Festo S. Antonii Patavini. <b>R</b> .....	399
Linteaminum altaris <b>r</b> .....	202
Linteaminum pro infirmis.....	357
Loci.....	191
Locustas (contra), <b>r</b> .....	396
<b>M</b> achinæ ad excitandam lucem electricam. <b>r</b> .....	394
Machinæ ad exstinguendum incendium.....	339
Machinæ itineri aereo destinatæ.....	337

## [Index Benedictionum alphabeticus](#)

Machinæ typographicæ .....	324
Mapparum altaris. <b>r.</b> .....	202
Medicinæ cujuscumque.....	359
Mettalli pro campana, dum ære conflatur.....	323
Mulieris prægnantia in periculis partus.....	349
Mulieris post partum.....	185
Mures (contra), <b>r</b> .....	396
Myrrhæ in Festo Epiphaniæ .....	314
 <b>N</b> avis.....	192
Navis piscatoriæ.....	333
Numismatis B. M. V. immaculatæ, vulgo Médaille miraculeuse <b>R</b> .....	445
Numismatum S. Benedicti. <b>R</b> .....	447,447
Nuptialis extra Missam. <b>R</b> .....	304,305
 <b>O</b> fficinæ librariæ et machinæ typographicæ.....	324
Olei.....	200
Olei. in honorem S. Serapionis Mart <b>R</b> .....	458
Omnis rei, seu ad omnia.....	367
Oratorii publici <b>r</b> .....	210
Oratorii privati seu domestici.....	324
Organi in ecclesia.....	322
Ornamentorum sacrorum in genere. <b>r</b> .....	385
Ostensorii seu tabernaculi pro Ssmo Sacramento exponendo. <b>r</b> .....	384
Ovorum.....	198
 <b>P</b> allæ et corporalæ. <b>r</b> .....	202
Palmarum in Festo S. Petri Mart, <b>R</b> .....	454
Panis.....	198
Panis et placentarum.....	359
Panis in Festo S. Blasii Ep. et Mart.....	317
Panis in honorem S. Adelhaidis Virg, <b>R</b> .....	470
Panis in honorem S. Huberti Ep. <b>R</b> .....	466
Panis in honorem S. Machuti Ep. <b>R</b> .....	469
Papalis benedictio in articulo mortis.....	98
Papalis benedictio super populum. <b>R</b> .....	225,401
Papalis benedictio in fine concionum. <b>R</b> .....	401
Papalis benedictio pro Regularibus. <b>R</b> .....	225
Papalis benedictio pro Tertiariis sacerdotibus. <b>R</b> .....	401
Paramentorum sacerdotalium. <b>r</b> .....	201
Pascuorum vel camporum vel alpium.....	343
Pecorum et armentorum.....	361
Peregrinorum ad loca sancta prodeuntium.....	193
Peregrinorum post redditum.....	196
Personæ in honorem B. M. V. sub tit “Auxillium Christianorum”. <b>R</b> .....	464
Pistrini.....	346
Placentarum.....	359
Pontis.....	338
Populi cum aqua benedicta, diebus Dominicis.....	311

## [Index Benedictionum alphabeticus](#)

Populi apostolica benedictio. <b>R</b> .....	225, 401
Populi in fine concionum. <b>R</b> .....	401
Populorum et agrorum. <b>R</b> .....	220
Primarii lapidis pro ecclesia ædificanda. <b>r</b> .....	205
Primarii lapidis pro quocumque ædificio.....	333
Pueri ad obtinendam super ipsum misericordiam Dei.....	351
Puerorum cum præsertim in ecclesia præsentantur.....	352
Puerorum ægrotantium.....	353
Puerorum et puellarum in Festis piæ Unionis a S. Infantia nuncnpatae. <b>R</b> .....	400
Putei.....	338
Pyxidis seu vasculi pro Ssmi Eucharistia conservanda. <b>R</b> .....	203
 <b>R</b> amorum in Festo S. Petri Mart. <b>R</b> .....	454
Reconciliatio cœmeterii violati.....	218
Reconciliatio ecclesiæ violatæ.....	214
Rei cujuscumque, seu ad omnia.....	367
Rogi extra ecclesiam in Vigilia Nativitatis S. Joannis Baptistæ .....	318
Rosarium Societatis Sacratissimi Rosarii, <b>R</b> .....	449
 <b>S</b> alis pro animalibus.....	363
Salis in honorem S. Huberti Ep. <b>R</b> .....	466
Scapularis sacri Cordis Jesu. <b>R</b> .....	432
Scapularis immaculati Cordis B. M. V. <b>R</b> .....	433
Scapularis sacrorum Cordium Jesu et Mariæ. <b>R</b> .....	434
Scapularis Crucis et Passionis D. N. J. C. <b>R</b> .....	416
Scapularis Passionis et Cordis D. N. J. C. atque Cordis B.M.V. immaculatæ <b>R</b> .....	418
Scapularis S Joseph Sponsi B. M. V. <b>R</b> .....	441
Scapularis B. Mariæ V. de Bono Concilio. <b>R</b> .....	440
Scapularis B. Mariæ V. immaculatæ. <b>R</b> .....	419
Scapularis de Mercede. <b>R</b> .....	435,436
Scapularis de Monte Carmelo. <b>R</b> .....	422,425,428
Scapularis sub tit. "Salus infirmorum".....	437
Scapularis Septem Dolorum.....	420
Scapularis Sancti Michaelis Archangeli. <b>R</b> .....	462
Scapularis pretiosi Sanguinis. <b>R</b> .....	431
Scapularis Ssmæ Trinitatis <b>R</b> .....	414
Scapularium quinque Ssmæ Trinitatis, Passionis D.N.J.C., immaculatæ Conceptionis, Septem Dolorum et Montis Carmeli. <b>R</b> .....	429
Scholaris domus.....	326
Segetum demessarum.....	346
Segetum in Festo Nativitatis B. M. V.....	322
Seismographi.....	342
Seminum.....	343
Seminum in Festo Nativitatis B. M. V.....	322
Signum S. Mauri Abb.....	452
Stabuli equorum, boam aliorumve armentorum.....	364
Stationum Viæ Crucis. <b>R</b> .....	402
Stationum Matris Dolorosæ. <b>R</b> .....	411
 <b>T</b> abernacali seu vasculi pro Ssma Eucharistia conservanda. <b>r</b> .....	203

### Index Benedictionum alphabeticus

Tabernaculi seu ostensorii pro Ssmo Sacramento exponendo. <b>r.</b> .....	384
Tabularum pictarum Viæ Crucis. <b>R</b> .....	403
Tabularum pictarum Matris Dolorosa . <b>R</b> .....	411
Telegraphi. <b>r</b> .....	390
Thalamī.....	192
Thuris in Festo Epiphaniae.....	314
Tobalearum altaris. <b>r</b> .....	202
Trisagiorum Ssmæ Trinitatis. <b>R</b> .....	416
Typographicæ machinæ. ....	324
<b>U</b> varum.....	345
<b>V</b> asculi pro Ssma Eucharistia conservanda.....	203
Vasorum sacrorum in genere. <b>r</b> .....	385
Vasorum pro sacris Oleis includendis. <b>r</b> .....	385
Vehiculi seu currus.....	396
Vermes (contra), <b>r</b> .....	548
Vestis clericalis. <b>r</b> .....	397
Vestis in honorem B. Mariæ V.....	355
Vestis in honorem B.M.V. vel alicujus Sancti canonizati.....	356
Vestis votivæ pretiosi Sanguinis. <b>R</b> .....	432
Vexilli processionalis cujuslibet Societati.....	323
Viæ Crucis. <b>R</b> .....	402
Viæ Matris Dolorosæ. <b>R</b> .....	411
Viæ ferreæ et curruum.....	336
Viæ ferreæ per formulam solemnniorem. <b>r</b> .....	393
Vinearum et frugum.....	192
Vini in Festo S. Blasii Ep. et Mart.....	317
Vini in Festo S. Joannis Ap. et Evang.....	312
Vini pro infirmis.....	358
Vittarum et funicularum pretiosi Sanguinis. <b>R</b> .....	431
Volucrum.....	360

# SUPPLEMENTUM

## RITUALIS ROMANI

### AD USUM CLERI

### ANGLIÆ

\*

### BAPTISM OF CHILDREN

*Non -Catholics may not act as sponsors.*

The godfather stands at the godmother's righthand side, and both sponsors answer the questions and say the prayers together. The Priest, having washed his hands and having vested himself in Surplice and VIOLET STOLE, asks (of each separately, if there are more than one):

N. Quid petis ab Ecclésia Dei?

Resp: Fidem.

S: Fides, quid tibi præstat?

Resp: Vitam ætérnam.

N. What do you ask of the Church of God?

Sponsor: Faith.

P: What doth Faith bring thee to?

Sponsor: Life everlasting.

Also to each child separately:

Sacerdos: Si ígitur vis ad vitam íngredi, serva mandáta. Diliges Dóminum Deum tuum ex toto corde tuo, et ex tota áнима tua, et ex tota mente tua, et proximum tuum sicut teípsum.

Priest: If therefore thou wilt enter into life, keep the commandments. Thou shalt love the Lord Thy God with thy all thy heart, and with all thy soul soul and with all thy mind, and thy neighbor as thyself.

He then lightly breathes three times upon the FACE of the infant and says once (over each one separately):

E XI ab eo (ea), immúnde spíritus, et da locum Spirítui Sancto Paráclito.

*Thereupon he makes with his THUMB the SIGN of the CROSS upon the FOREHEAD and upon the BREAST of the infant, saying (each one separately):*

Accipe signum Crucis tam in fron ✕ te, quam in cor ✕ de, sume fidem cælestium præceptórum: et talis esto móribus, ut templum Dei jam esse possis.

Orémus.

*(In the plural for more than one)*

P RECES nostras, quæsumus, Dómine, cleménter exáudi: et hunc Eléctum tuum N. (hanc

\*IN THOSE DIOCESES WHICH HAVE SPECIAL PERMISSION OF THE HOLY SEE, THIS FORM MAY ALSO BE USED FOR THE BAPTISM OF ADULTS

supplementum ad usum cleri Angliæ

Electam tuam N), Crucis Domínicæ impressióne signátum(-am), perpétua virtúte custódi: ut, magnitudinis gloriæ tuæ rudimenta servans, per custodiam mandatórum tuórum ad regeneratiónis glóriam pervenire mereátur. Per Christum Dóminum nostrum. R. Amen.

Then he lays his HAND upon the HEAD of the infant (each one separately) and, with his hand extended, says (in the plural if there be more than one):

Orémus.

**O**MNIPOTENS, sempiterne Deus, Pater Dómini nostri Jesu Christi, respícere dignáre super hunc fámulum tuum N., quem (hanc fámulam tuam N., quam) ad rudiménta fidei vocáre dignátus es: omnem cæcitátem cordis ab eo (ea) expélle: disrumpe omnes láqueos sátanae, quibus fúerat colligátus (-a): áperi ei, Dómine, jánuam pietatis tuæ, ut, signo sapiéntiae tuæ imbútus (-a, ómnium cupiditátum fœtóribus cáreat, et ad suávem odórem præceptórum tuórum lætus (-a) tibi in Ecclésia tua desérviat et proficiat de die in diem. Per eúmdem Christum Dóminum nostrum.

R. Amen.

The Priest then BLESSES the SALT, which when once blessed, may be used at other times for the same purpose.

**E**XORCIZO te, creatúra salis, in nómine Dei ✠ Patris omnipoténtis, et in caritaté Dómini nostri Jesu ✠ Christi, et in virtúte Spíritus ✠ Sancti. Exorcizo te per Deum ✠ vivum, per Deum ✠ verum, per Deum ✠ sanctum, per Deum ✠, qui te ad tutélam humáni géneris procreávit, et pôpulo veniénti ad credulitátem per servos suos consecrári præcépit, ut in nómine sanctæ Trinitatis efficiáris salutáre sacraméntum ad effugándum inimícum. Proinde rogámus te, Dómine Deus noster, ut hanc creatúram salis sanctificándo sanctí ✠ fices, et benedicéndo bene ✠ dices, ut fiat ómnibus accipiéntibus perfécta medicína, pérmanens in viscéribus eórum, in nómine ejúsdem Dómini nostri Jesu Christi, qui ventúrus est judicáre vivos et mórtuos, et sǽculum per ignem. R. Amen.

He then puts a MORSEL of the blessed SALT into the MOUTH of the infant, saying (to each one separately if there be more than one):

N. Accipe sal sapiéntiae: propitiatio sit tibi in vitam ætérnam. R. Amen.

S: Pax tecum. R. Et cum spíitu tuo.

Orémus.

**D**EUS patrum nostrórum, Deus univérsæ cónditor veritatis, te súpplices exorámus, ut hunc fámulum tuum N. (hanc fámulam tuam N.) respícere dignérис propítius, et hoc primum pábulum salis gustántem, non diútius esuríre permítta: quo minus cibo expleátur cælesti, quátenus sit semper spíitu fervens, spe gaudens, tuo semper nómini sérviens.

Perduc eum (eam), Dómine, quæsumus, ad novæ regeneratiónis lavácrum, ut cum fidélibus tuis promissiónum tuárum æterna præmia cósequi mereátur. Per Christum Dóminum nostrum. R. Amen.

**E**XORCIZO te, immûnde spíritus, in nómine Pa ✠ tris, et Fi ✠ lii, et Spíritus ✠ Sancti, ut éxeas, et recédas ab hoc fámulo (hac fámula) Dei N. Ipse enim tibi ímparat, maledicte damnáte, qui pédis super mare ambulávit, et Petro mergénti déxteram porréxit.

Ergo, maledicte diábole, recognósce senténtiam tuam, et da honórem Deo vivo et vero, da

### Ritus administrandi Sacr. Baptismi

honórem Jesu Christo Fílio ejus, et Spirítui Sancto, et recéde ab hoc fámulo( hac fámula) Dei N., quia istum (istam) sibi Deus et Dóminus noster Jesus Christus ad suam sanctam grátiam, et benedictiónem, fontémque Baptísmatis vocáre dignátus est.

Then making with his THUMB the SIGN of the CROSS on the FORHEAD of the infant, he says ( if there be more than one he signs each one separately and says to each one separately):

Et hoc signum sanctæ Cru **X** cis, quod nos fronti ejus damus, tu, maledícte diábole, numquam áudeas violáre. Per eúmdem Christum Dóminum nostrum. **R**. Amen.

He next lays his Hand upon the Head of the infant (each one separately) and, with his Hand extended, says (in the plural if there be more than one):

Orémus.

**A**ETERNAM, ac justíssimam pietátem tuam déprecor, Dómine sancte, Pater omnípotens, ætérne Deus, auctor lúminis et veritátis, super hunc fámulum tuum N. (hanc fámulam tuam N,) ut dignérис illum (illam) illumináre lúmine intelligéntiæ tuæ: munda eum (eam), et sanctifica: da ei sciéntiam veram, ut, dignus (-a) grátia Baptísmi tui efféctus (-a), téneat firmam spem, consílium rectum, doctrínam sanctam. Per Christum Dóminum nostrum. **R**. Amen.

Thereupon he places the Left END of his STOLE upon the first INFANT, and admits him (whom the others follow) into the Church, saying (in the plural if there be more than one):

N. INGREDERE in templum Dei, ut habeas partem cum Christo in vitam ætérnam. **R**. Amen.

**C**REDO in Deum Patrem omnipotentem, Creatorum cæli et terræ. Et in Jesum Christum, Fílium ejus unicum, Dóminum nostrum: Qui concéptus est de Spíritu Sancto, natus María Vírgine, passus sub Pontio Pilato, crucifixus, mórtuus, et sepultus: descéndit ad inferos; tertia die resurrexit a mortuis; ascéndit ad cælos; sedet ad dexteram Dei Patris omnipotentis: inde venturus est judicáre vivos et mórtuos. Credo in Spíritum Sanctum, sanctam Ecclésiam catholícam, Sanctórum communiónem, remissiónem peccatórum, carnis resurrectióne, vitam ætérnam. Amen.

As soon as they have entered the church, the PRIEST, while approaching the font, SAYS, distinctly, along WITH the SPONSORS:

**P**ATER noster, qui es in cælis, sanctificétur nomen tuum. Advéniat regnum tuum. Fiat volúntas tua, sicut in cælo, et in terra. Panem nostrum quotidiánum da nobis hódie. Et dimítte nobis débita nostra, sicut et nos dimittimus debitóribus nostris. Et ne nos inducas in tentatióne: sed líbera nos a malo. Amen.

**I** BELIEVE in God, the Father almighty Creator of heaven and earth; and in Jesus Christ, His only Son our Lord; Who was conceived by the Holy Ghost, born of the Virgin Mary, suffered under Pontius Pilate, was crucified, dead and buried. He descended into hell; the third day He arose again from the dead; and ascended into heaven, and sitteth at the right hand of God the Father almighty; from thence He shall come to judge the living and the dead. I believe in the Holy Ghost, the Holy Catholic Church, the communion of Saints, the forgiveness of sins the resurrection of the body, and life everlasting. Amen.

**O**UR Father, Who art in heaven, hallowed be Thy name; Thy kingdom come: Thy will be done on earth as it is in heaven. Give us this day our daily bread; and forgive us our trespasses, as we forgive them that trespass against us: and lead us not into temptation: but deliver us from evil. Amen.

supplementum ad usum cleri Angliæ

And then before entering the baptistry, with his back to the entrance, he says (in plural for more than one):

THE EXORCISM

**E**XORCIZO te, omnis spíritus immúnde, in nómine Dei ✠ Patris omnipoténtis, et in nómine Jesu ✠ Christi Filii ejus, Dómini et Júdicis nostri, et in virtúte Spíritus ✠ Sancti, ut discédas ab hoc plásmate Dei N, quod Dóminus noster ad templum sanctum suum vocáre dignátus est, ut fiat templum Dei vivi, et Spíritus Sanctus hábitet in eo. Per eúmdem Christum Dóminum nostrum, qui ventúrus est judicáre vivos et mórtuos, et sǽculum per ignem.

R. Amen.

He then moistens his thumb with SPITTLE from his mouth and touches the EARS and NOSTRILS of the infant. While touching first the right ear and then the left, he says (if more than one each separately):

**E**PHPHETA, quod est, Adaperíre.

**E**PHPHETA, that is, be thou opened.

Then he touches the nostrils, saying:

In odórem suavitátis.

And continuing:

Tu autem effugáre, diábole; appropinquábit enim judícium Dei.

Then addressing the person to be baptized, by name, he asks:

N. Abrenúntias satanæ?

N. Do you renounce Satan?

R. Abrenúntio.

Sponsor: I do renounce him.

S: Et ómnibus opéribus ejus?

P: And all his works?

R. Abrenúntio.

Sponsor: I do renounce them.

S: Et ómnibus pompis ejus?

P: And all his pomps?

R. Abrenúntio.

Sponsor: I do renounce them.

The Priest, dipping his THUMB into the OIL of Catechumens [O.S.], ANOINTS the infant upon the BREAST and between the SHOULDERS, in the form of a Cross saying (if more than one, he anoints each separately, and says to each separately):

**E**GO te línio ✠ Oleo salútis in Christo Jesu Dómino nostro, ut hábeas vitam ætérnam.

R. Amen.

He then WIPES his THUMB and the parts anointed with cotton or some like material. He lays aside the violet stole, and puts on another of WHITE color, and enters the baptistry with the sponsor and the child. And, standing by the font and addressing the child (each one separately) to be baptized by name, he asks the sponsor answering:

N. Credis in Deum Patrem omnipoténtem, Creatórem cæli et terræ?

N. Do you believe in God, the Father almighty.Creator of heaven and earth?

R: Credo.

S: I do believe.

### Ritus administrandi Sacr. Baptismi

S: Credis in Jesum Christum, Fílium ejus únicum, Dóminum nostrum, natum, et passum?

R<sup>r</sup>: Credo.

S: Credis et in Spíritum Sanctum, sanctam Ecclésiam cathólicam, Sanctórum communionem, remissiónem peccatórum, carnis resurrectiōnem, et vitam ætérnam?

R<sup>r</sup>: Credo.

Priest: Do you believe in Jesus Christ his only Son, our Lord, who was born into this world and who suffered for us?

S: I do believe.

P: Do you believe in the Holy Ghost, the holy Catholic Church, the communion of Saints, the forgiveness of sins, the resurrection of the body and life everlasting?

S: I do believe.

Then addressing by NAME the child to be baptized, the priest says (to each one separately, if more than one):

N. Vis baptizári?

R: Volo.

N. Wilt thou be baptized?

S: I will.

Then the godfather or the godmother, or both, holding the infant (if both sponsors are present, the godmother holds the infant, resting on her right arm, and the godfather places his right hand on or under the infant's shoulder), the Priest takes the baptismal water in a small vessel or pitcher, and pours it thrice in the form of a cross on the head of the infant: and at the same time, he pronounces the words once only, distinctly and attentively, saying (each one separately):

N. Ego te baptizo in nómine Pa ✕ tris [pours first], et Fí ✕ lii [pours again], et Spíritus ✕ Sancti [pours a third time].

but if there be a doubt whether the child has been baptized, this form is used:

N. Si non es baptizátus (-a), ego te baptizo in nómine Pa ✕ tris, et Fí ✕ lii, et Spíritus ✕ Sancti.

Then dipping his thumb in the HOLY CHRISM [S.C.], and ANOINTING the child on the crown of the HEAD in the form of a Cross (he anoints each separately, if there be more than one) he says (to each separately):

**D**EUS omnípotens, Pater Dómini nostri Jesu Christi, qui te regenerávit ex aqua et Spíritu Sancto, qui dedit tibi remissiónem ómnium peccatórum (*here he anoints*), ipse te líniat ✕ Chrísmate salútis in eodem Christo Jesu Dómino nostro in vitam ætérnam.

R<sup>r</sup>. Amen.

S: Pax tibi.

R<sup>r</sup>. Et cum spíritu tuo.

*He then WIPES his THUMB and the part anointed with cotton or some like material; and lays on the HEAD OF THE CHILD (of each one separately) a WHITE LINEN CLOTH, saying (to each one separately):*

**A**CCIPE vestem cándidam, quam pérferas immaculátam ante tribúnal Dómini nostri Jesu Christi, ut hábeas vitam ætérnam. R<sup>r</sup>. Amen.

**R**ECEIVE this white garment, which mayest thou carry without stain before the judgement seat of our Lord Jesus Christ, that thou mayest have life everlasting. R<sup>r</sup>. Amen.

Thereupon he gives the child or the sponsor (to each separately) a lighted CANDLE, saying to each separately):

**A**CCIPE lámpadem ardéntem, et irreprehensíbilis custódi Baptísmum tuum: serva Dei mandáta, ut, cum Dóminus vénérerit ad nuptias, possis occurrere ei una cum ómnibus Sanctis in aula cælesti, et vivas in sǽcula sǽculórum. **R.** Amen.

**R**ECEIVE this burning light, and keep thy Baptism so as to be without blame: observe the commandments of God, that when our Lord shall come to His nuptials, thou mayest meet Him together with all the Saints, in the heavenly court and live forever. **R.** Amen.

Lastly he says (in the plural, if there be more than one):

**N.** Vade (Ite) in pace et Dómnus sit tecum (vobiscum). **R.** Amen.

**N.**, Go in peace, and the Lord be with thee (you). **R.** Amen.

## ORDER OF SUPPLYING THE CEREMONIES IN THE BAPTISM OF INFANTS

When an infant has been baptized privately and the prayers and ceremonies of Baptism omitted, which is done when in danger of death or other lawful reason urges, afterwards as soon as the child recovers, it should be brought to the church and all the ceremonies supplied.

NOTE.— If the danger of death urges and the Priest administers Baptism privately, he puts on the WHITE STOLE.

NOTE.—A Sponsor, though not required, may be admitted in PRIVATE BAPTISM; but, if there has been none in the private Baptism, there should be one when the ceremonies are supplied in the Church. In this latter case sponsors contract no relationship, or impediment to matrimony.

### VIOLET STOLE

*The Priest asks:*

**N.** Quid petis ab Ecclésia Dei?

The Sponsor answers: Fidem.

Priest: Fides, quid tibi præstat?

The Sponsor: Vitam ætérnam.

Priest: Si ígitur vis ad vitam íngredi, serva mandáta. Díliges Dóminum Deum tuum ex toto corde tuo, et ex tota áнима tua, et ex tota mente tua, et próximum tuum sicut te ipsum.

He then lightly BREATHES three times upon the face of the infant, saying.

**E**XI ab eo(ea), immúnde spíritus, et da locum Spirítui Sancto Paráclito.

Thereupon he makes with his THUMB the SIGN of the CROSS upon the FOREHEAD and upon the BREAST of the infant, saying:

Accipe signum Crucis tam in frón **†** te, quam in cor **†** de, sume fidem cælestium præceptórum, et talis esto moribus, ut templum Dei jam esse possis.

Orémus.

**P**RECES nostras, quæsumus, Dómine, cleménter exáudi, et hunc Eléctum tuum **N.** (hanc Eléctam tuam **N.N.**) Crucis Domínicæ impressióne signátum (-am), perpétua virtúte custódi: ut,

### Ritus administrandi Sacr. Baptismi

magnitúdinis glóriæ tuæ rudiménta servans, per custódiam mandatórum tuórum ad regeneratiónis glóriam pervenire mereatur. Per Christum Dóminum nostrum. Rx. Amen.

He next lays his HAND upon the HEAD of the infant (each one separately) and, with his hand extended, says (in the plural if there be more than one):

Orémus.

**O**MNIPOTENS sempiterne Deus, Pater Dómini nostri Jesu Christi, respícere dignáre super hunc fámulum tuum N., quem (hanc fámulam tuam N., quam) dudum ad rudiménta fidei vocáre dignátus es: omnem cæcitatem cordis ab eo (ea) expélle: disrúmpe omnes láqueos sátanæ, quibus fúerat colligátus (-a): áperi ei, Dómine, jánuam pietatis tuæ, ut, signo sapiéntiæ tuæ im-bútus(-a), ómnium cupiditatum fœtoribus cáreat, et ad suávem odórem præceptórum tuórum lætus(-a)tibi in Ecclésia tua desérviat, et proficiat de die in diem, ut idóneus (-a) sit frui grátia Baptísmi tui, quem suscépit, salis percépta medicína. Per eúmdem Christum Dóminum nostrum.  
Rx. Amen.

He then puts a morsel of the blessed SALT into the MOUTH of the infant (each one separately), saying:

N. Accipe sal sapiéntiæ: propitiatio sit tibi in vitam ætérnam. Rx. Amen.

Priest: Pax tecum.

Rx. Et cum spiritu tuo.

Orémus.

**D**EUS patrum nostrórum, Deus univérsæ cónditor veritatis, te súpplices exorámus, ut hunc fámulum tuum N. (hanc fámulam tuam N.) respícere dignérис propítius, et hoc pábulum salis gustántem, non diútius esuríre permíttas, quo minus cibo expléatur cælesti, quátenus sit semper spíritu fervens, spe gaudens, tuo semper nómini sérviens : et quem (quam) ad novæ regeneratiónis lavácrum perduxísti, quæsumus, Dómine, ut cum fidélibus tuis promissiónum tuárum ætérrna præmia cónsequi mereátur. Per Christum Dóminum nostrum. Rx. Amen.

**E**XORCIZO te, immúnde spíritus, in nómine Pa ✕ tris, et Fí ✕ lii, et Spíritus ✕ Sancti, ut éxeas, et recédas ab hoc fámulo (hac fámula) Dei N. Ipse enim tibi ímparat, maledícte damnáte, qui pédibus super mare ambulávit, et Petro mergénti déxteram porréxit. Ergo, maledícte diábole, recognósce senténtiam tuam, et da honórem Deo vivo et vero, da honórem Jesu Christo Fílio ejus, et Spirítui Sancto, et recéde ab hoc fámulo (hac fámula) Dei N., quia istum (istam) sibi Deus et Dóminus noster Jesus Christus ad suam sanctam grátiam, et benedictiōnem, fontémque Baptísmatis vocáre dignátus est.

Making the SIGN of the CROSS on the FOREHEAD of the baptized infant, he says these words:

**E**T hoc signum sanctæ cru ✕ cis, quod nos fronti ejus damus, tu maledícte diábole, numquam áudeas violáre. Per eúmdem Christum Dóminum nostrum. Rx. Amen.

He next lays his HAND upon the HEAD of the infant (each one separately) and, with his hand extended, says (in the plural if there be more than one):

Orémus.

**A**ETERNAM, ac justíssimam pietatem tuam déprecor, Dómine sancte, Pater omnípotens,

supplementum ad usum cleri Angliæ

æténe Deus, auctor lúminis et veritatis, super hunc fámulum tuum N.N. (hanc fámulam tuam N.N.), ut dignérис eum (eam) illuminare lúmine intellegéntiae tuæ: munda eum (eam) et sanctifica: da ei sciéntiam veram, ut dignus (-a) sit frui grátia Baptísmi tui quem suscépit: téneat firmam spem, consílium rectum, doctrínam sanctam, ut aptus (-a) sit ad retinéndam grátiam Baptísmi tui. Per Christum Dóminum nostrum, Rx. Amen.

Thereupon he places the Left END of his STOLE upon the first INFANT, admits him (whom the others follow) into the Church, saying (in the plural, if there be more than one):

N. Ingrédere in templum Dei, ut hábeas partem cum Christo in vitam æténam. Rx. Amen.

As soon as they have entered the Church, the PRIEST, while approaching the font, SAYS distinctly, along WITH the SPONSORS:

**C**REDO in Deum, Patrem omnipoténtem, Creatórem cæli et terræ. Et in Jesum Christum, Fílium ejus únicum, Dóminum nostrum: qui concéptus est de Spíritu Sancto, natus ex María Vírgine, passus sub Póntio Piláto, crucifixus, mórtuus, et sepultus: descéndit ad íferos; tértia die resurréxit a mórtuis; ascéndit ad cælos; sedet ad déxteram Dei Patris omnipoténtis: inde venturus est judicáre vivos et mórtuos. Credo in Spíritum Sanctum, sanctam Ecclésiam cathólicam, Sanctórum communiónem, remissióinem peccatórum, carnis resurrectióinem, vitam æténam. Amen.

**P**ATER noster, qui es in cælis, sanctificétur nomen tuum. Advéniat regnum tuum. Fiat volúntas tua, sicut in cælo, et in terra. Panem nostrum quotidiánum da nobis hodie. Et dimítte nobis débita nostra, sicut et nos dimíttimus debitóribus nostris. Et ne nos indúcas in tentatióne: sed líbera nos a malo. Amen.

And then before entering the baptistery, with his back to the entrance, he says:

THE EXORCISM

**E**XORCIZO te, omnis spíritus immunde, in nōmine Dei ✕ Patris omnipoténtis, et in nōmine Iesu ✕ Christi Filii ejus, Dómini et júdicis nostri, et in virtute Spíritus ✕ Sancti, ut discédas ab hoc plásmate Dei N., quod Dóminus noster ad templum sanctum suum vocáre dignátus est, ut fieret templum Dei vivi, et Spíritus Sanctus hábitet in eo. Per eúmdem Christum Dóminum nostrum, qui venturus est judicáre vivos et mórtuos, et sæculum per ignem. Rx. Amen.

He then moistens his THUMB with SPITTLE from his mouth and touches the EARS and NOSTRILS of the infant. While touching first the right ear and then the left, he says (if more than one each separately):

**E**PHPHETA, quod est, Adaperíre.

Then he touches the nostrils, saying:

In odórem suavitatis.

and continuing:

Tu autem effugáre, diábole, appropinquábit enim judícum Dei.

Then addressing the person to be baptized, by name, he asks:

N. Abrenúntias satanæ?

R: Abrenúntio.

N. Do you renounce Satan?

R: I do. renounce him.

### Ritus administrandi Sacr. Baptismi

S: Et ómnibus opéribus ejus?

R: Abrenúntio.

S: Et ómnibus pompis ejus?

R: Abrenúntio.

P: And all his works?

R: I do renounce them.

P: And all his pomps?

R: I do renounce them.

The Priest, dipping his THUMB into the OIL of Catechumens [O.S.], ANOINTS the infant upon the BREAST and BETWEEN the SHOULDERS in the form of a Cross, saying (each separately):

**E**GO te línio ✕ Oleo salútis in Christo Jesu Dómino nostro, ut hábeas vitam ætérnam. **R**. Amen.

He then wipes his THUMB and the parts anointed with cotton or some like material. He lays aside the violet stole, puts on another of WHITE color, and enters the baptistery with the sponsor and the child. And, standing by the font and addressing the child (each one separately) to be baptized by name he asks, the sponsor answering:

N. Credis in Deum Patrem  
omnipoténtem, Creatórem cæli et terræ?  
**R**. Credo.

Credis in Jesum Christum,  
Fílium ejus únicum, Dóminum nostrum,  
natum, et passum?  
**R**. Credo.

Credis et in Spíritum Sanctum, sanctam  
Ecclésiam cathólicam, Sanctórum communióne,  
remissiónem peccatórum, carnis  
resurreccióne, et vitam ætérnam?  
**R**. Credo.

N. Dost thou believe in God the Father  
almighty. Creator of heaven and earth?  
**R**. I do believe.

Dost thou believe in Jesus Christ, his only Son,  
Our Lord, who was born and who suffered for  
us?  
**R**. I do believe.

Dost thou believe in the Holy Ghost, the holy  
Catholic Church, the communion of Saints, the  
forgiveness of sins, the resurrection of the body  
and life everlasting?  
**R**. I do believe.

The child having been already baptized, the Priest next dips his thumb in the holy CHRISM [S.C.], and anointing the child (whom the sponsor or sponsors hold) upon the crown of the HEAD in the form of a Cross (if many, he anoints each separately), he says:

**D**EUS omnípotens, Pater Dómini nostri Jesu Christi, qui te regenerávit ex aqua et Spíritu  
Sancto, quique dedit tibi remissiónem ómnium peccatórum (**hic inungit**), ipse te líniat ✕ Chrísmate  
salútis in eódem Christo Jesu Dómino nostro in vitam æternam. **R**. Amen.

S: Pax tibi.

**R**. Et cum spirítu tuo.

He then wipes his THUMB and the part anointed with cotton or some like material; and lays on the HEAD OF THE CHILD (of each one separately) a WHITE linen CLOTH, saying:

**A**CCIPE vestem cándidam, quam pérferas  
immaculátam ante tribúnal Dómini nostri Jesu  
Christi, ut hábeas vitam ætérnam. **R**. Amen.

**R**ECEIVE this white garment, which mayest  
thou carry without stain before the judgment  
seat of our Lord Jesus Christ, that thou mayest  
have life everlasting. **R**. Amen.

Thereupon he gives the child or the sponsor (to each separately) a lighted CANDLE, saying:

**A**CCIPE lámpadem ardéntem, et irreprehensíbilis custodi Baptísmum tuum: serva Dei mandáta, ut, cum Dóminus vénerit ad nuptias, possis occurrere ei una cum ómnibus Sanctis in aula cælesti, et vivas in sǽcula sǽculorum.

R. Amen.

Lastly he says (in the plural, if there be more than one):

N. Vade (Ite) in pace, et Dóminus sit tecum (vobiscum). R. Amen.

**R**ECEIVE this burning light, and keep thy baptism so as to be without blame: Observe the commandments of God, that when our Lord shall come to his nuptials, thou mayest meet Him together with all the Saints in the heavenly court, and live for ever and ever. R. Amen.

N. Go in peace, and the Lord be with thee (you).

R. Amen.

## **THE RECEPTION OF CONVERTS AND PROFESSION OF FAITH**

THE MODE OF RECEIVED FROM THE NEWLY CONVERTED THE PROFESSION OF FAITH ACCORDING TO THE FORM PRESCRIBED BY THE SACRED CONGREGATION OF THE HOLY OFFICE, THE 20TH JULY, 1859.

**I**N the conversion of non-Catholics, inquiry should first be made concerning the validity of their former Baptism. If, therefore, it should be found, after diligent examination, either that no Baptism has been conferred, or that the one conferred was invalid, they must be baptized unconditionally. But if, after the inquiry, there remains a reasonable doubt as to the validity of their former Baptism, then it should be repeated conditionally after the form for the BAPTISM OF ADULTS OR INFANTS.

But if the former Baptism proves to have been valid, then only the ABJURATION or PROFESSION OF FAITH should be exacted. There are three ways of reconciling non-Catholics to the Church:

I. If Baptism is conferred unconditionally, neither Abjuration nor Absolution follows; for the Sacrament of Regeneration wipes away all the past.

II. If the Baptism is to be repeated conditionally, the order to be observed is: 1st. the ABJURATION, or PROFESSION OF FAITH. 2nd. CONDITIONAL BAPTISM. 3rd. SACRAMENTAL CONFESSON with conditional absolution.

III. Lastly, when the former Baptism is judged to be valid, the ABJURATION or PROFESSION OF FAITH alone is received, followed by the ABSOLUTION FROM CENSURES. Should the convert, however, earnestly request that the rites omitted in his former Baptism be now supplied, the Priest may grant his pious desire. But in this case, he should use the form FOR ADULTS, with the changes made necessary by the validity of his former Baptism.

The Priest having on a surplice and violet stole, sits down before the middle of the Altar, if the Blessed Sacrament is not in the Tabernacle, otherwise on the Epistle side. The convert kneels down before him, and touching the book of Gospels with his right hand, makes his Profession of Faith. If he is not able to read, the Priest reads aloud the Profession of Faith, which the convert repeats distinctly after him.

### **PROFESSION OF FAITH\***

**I**, N.N., having before me the holy Gospels, which I touch with my hand, and knowing that no one can be saved without that faith which the Holy, Catholic, Apostolic, Roman Church holds, believes and teaches; against which I grieve that I have greatly erred, inasmuch as I have held and believed doctrines opposed to her teaching—

I now, with sorrow and contrition for my past errors, profess that I believe the Holy, Catholic, Apostolic, Roman Church to be the only and true Church established on earth by Jesus Christ, to which I submit myself with my whole soul.

I believe all the articles of Faith that she proposes to my belief, and I reject and condemn all that she rejects and condemns, and I am ready to observe all that she commands me. And I make the following profession of Faith:

I believe in One only God in three divine Persons, distinct from, and equal to, each other—that is to say, the Father, the Son, and the Holy Ghost;

\* Short form p. 504

supplementum ad usum cleri Angliæ

I believe in the Catholic doctrine of the Incarnation, Passion, Death, and Resurrection of our Lord Jesus Christ; and the personal union of the two Natures, the divine and the human; the Divine Maternity of the Most holy Mary, together with her most spotless Virginity

I believe in the true, real and substantial presence of the Body and Blood, together with the Soul and Divinity, of our Lord Jesus Christ, in the Most Holy Sacrament of the Eucharist

I believe in the seven sacraments instituted by Jesus Christ, for the salvation of mankind—that is to say, Baptism, Confirmation, Eucharist, Penance, Extreme Unction, Order, Matrimony.

I believe in Purgatory, the Resurrection of the Dead, and Everlasting Life.

I believe in the Primacy, not only of honor but also of jurisdiction, of the Roman Pontiff, successor of St. Peter, Prince of the Apostles, Vicar of Jesus Christ.

I believe in the veneration of the Saints and their images;

I believe in the authority of Apostolic and Ecclesiastical Traditions, and of the Holy Scriptures, which we must interpret and understand only in the sense which our holy Mother the Catholic Church has held, and does hold.

And I believe in everything else that has been defined and declared by the sacred Canons and by the General Councils, and particularly by the holy Council of Trent, and delivered, defined, and declared by the General Council of the Vatican, especially concerning the Primacy of the Roman Pontiff, and his infallible teaching authority.

With a sincere heart, therefore, and with unfeigned faith, I detest and abjure every error, heresy and sect opposed to the said Holy, Catholic, Apostolic and Roman Church. So help me. God, and these His holy Gospels, which I touch with my hand.

then while convert is still kneeling, the Priest sitting, says the MISERERE, or the DE PROFUNDIS page 503

**Psalm 50**

**M**ISERERE mei, Deus \* secundum magnam misericordiam tuam.

Et secundum multitūinem miseratiōnum tuārum,\* dele iniquitātem meam.

Amplius lava me ad iniquitātem mea: \* et a peccāto meo munda me.

Quóniam iniquitātem mea ego cognósco: \* et peccátum meum contra me est semper.

Tibi soli peccávi, et malum coram te feci: \*ut justificérис in sermónibus tuis, et vincas cum judicáris.

Ecce enim in iniquitatibus concéptus sum: \*et in peccatis concépit me mater mea.

Ecce enim veritātem dilexísti: \* incérta et occúlta sapiéntiæ tuæ manifestásti mihi.

Aspérges me hyssópo, et mundábor: \* lavábis me, et super nivem dealbábor.

Audítui meo dabis gáudium et lätítiam: \* et exsultábunt ossa humiliáta.

Avérte fáciem tuam a peccatis meis: \* et omnes iniquitátes meas dele.

Cor mundum crea in me, Deus: \*et spíritum rectum ínnova in viscéribus meis.

Avérte fáciem tuam a peccatis meis: \* et omnes iniquitátes meas dele.

### Professio Fidei a neo-conversis

Cor mundum crea in me, Deus: \*et spíritum rectum ínnova in viscéribus meis.

Ne projícias me a fácie tua: \*et spíritum sanctum tuum ne áuferas a me.

Redde mihi laetíiam salutáris tui: \*et spíritu princípali confírma me.

Docébo iníquos vias tuas: \* et ímpii ad te converténtur.

Líbera me de sanguínibus, Deus, Deus salútis meæ: \* et exsultábit lingua mea justítiam tuam.

Dómine, lábia mea apéries: \*et os meum annuntiábit laudem tuam.

Quóniam si voluísse sacrificium, dedísssem útique: \* holocáustis non delectáberis.

Sacrificium Deo spíritus contribulátus: \* cor contrítum, et humiliátum, Deus, non despícies.

Benígne fac, Dómine, in bona voluntáte tua Sion: \* ut ædificéntur muri Jerúsalem.

Tunc acceptábis sacrificium justitiæ, oblationes, et holocáusta: \*tunc impónent super altáre tuum vítulos.

Gloria Patri, etc

or he says:

### Psalm 129

**D**E profúndis clamávi ad te, Dómine: \* Dómine, exáudi vocem meam:

Fiant aures tuæ intendéntes, \* in vocem deprecatiónis meæ.

Si iniquitátes observáveris, Dómine: \* Dómine, quis sustinébit?

Quia apud te propitiatio est: \* et propter legem tuam sustínui te, Dómine.

Sustínuit ánima mea in verbo ejus: \* sperávit ánima mea in Dómino.

A custódia matutína usque ad noctem: \* speret Israël in Dómino.

Quia apud Dóminum misericórdia: \* et copiosa apud eum redémpcio.

Et ipse rédimet Israël, \* ex ómnibus iniquitáribus ejus.

Gloria Patri, etc

The Priest then stands and says:

**K**YRIE, eleison.

**R**. Christe, eleison.

**V**. Kyrie, eleison. Pater noster (*secreto*).

**V**. Et ne nos inducas in tentationem.

**R**. Sed libera nos a malo.

**V**. Salvum fac servum tuum.

**R**. Deus meus, sperantem in te.

**V**. Domine, exaudi orationem meam.

**R**. Et clamor meus ad te veniat.

**V**. Dominus vobiscum.

**R**. Et cum spiritu tuo.

Orémus.

**D**EUS, cui próprium est miseréri semper et párcere: súscipe deprecationem nostram, ut hanc fámulum tuum, quem (fámulam tuam) excommunicatiónis senténtia constrígit, miseratio tuæ pietatis cleménter absolvat. Per Christum Dóminum nostrum. **R.** Amen.

The PRIEST then sits down and turning towards the kneeling convert, absolves him from his heresy, saying:

**A**UCTORITATE Apostólica, qua fungor in hac parte, absólvo te a vínculo excommunicatiónis quam\* (forsan) incurristi, et restítuo te sacrosánctis Ecclésiæ sacraméntis, communióni et unitáti fidélium, in nómine Patris **X**, et Fílii, et Spíritus Sancti. Amen.

Finally, he shall enjoin upon the new convert some salutary penance— e.g., prayer, visits to churches and the like.

Then the Priest and the convert to the Baptismal Font.

In those dioceses which have special permission of the Holy See, the form for the Baptism of Infants may be used also for the Baptism of Adults.

## SHORT FORM

THIS SHORT FORM OF PROFESSION OF FAITH MAY BE USED ONLY IN CASES OF  
VERY GRAVE AND URGENT NECESSITY

*Theologians teach that in case of urgent necessity, as of very grave illness, a short, comprehensive form of Profession of Faith may be used.*

*The following may serve as an example:*

**I**, N.N., do sincerely and solemnly declare that, having been brought up in the Protestant Religion (or other Religion as the case may be), but now by the grace of God, having been brought to the knowledge of the Truth, I firmly believe and profess all that the Holy Catholic, Apostolic Roman Church believes and teaches, and I reject and condemn whatever she rejects and condemns.

Miserere, etc., p.502

By virtue of an Indult granted to many Ordinaries, the following SHORT FORMULA may be used in the CONDITIONAL BAPTISM of ADULT CONVERTS. This is the order: 1. Abjuration, or profession of faith. 2. Short formula below. 3. Sacramental Confession with conditional ablution.

## SHORT FORM

FOR THE CONDITIONAL BAPTISM OF ADULTS

S: N., Quid petis ab Ecclesia Dei?

**R.** Fidem.

P: What dost thou ask of the Church of God?

**R.** Faith.

\* In doubt whether the penitent has incurred excommunication by his heresy, the priest must insert here the word forsán—perchance

Professio Fidei a neo-conversis

N. Credis in Deum Patrem  
omnipoténtem, Creatórem cæli et terræ?  
R. Credo.

Credis in Jesum Christum,  
Fílium ejus únicum, Dóminum nostrum, natum, et  
passum?  
R. Credo.

Credis et in Spíritum Sanctum, sanctam  
Ecclésiam cathólicam, Sanctórum communió-  
nem, remissiónem peccatórum, carnis resur-  
rectiónem, et vitam ætérnam?

R. Credo.

S. Vis Baptizari, si non es valide baptizatus (a)  
?

R. Volo.

S. N. Si non es baptizatus (a), ego te baptizo in nomine Pa **X** tris, et Fi **X** lii, et Spiritus **X** Sancti.

The ceremony of anointing with Chrism, the clothing in white, the placing of the candle in the hand, are not of obligation, but as a matter of edification, and because of their mystic significance, they ought to not be omitted in any case, when they can be performed.

Then follows sacramental confession with conditional absolution.

N. Dost thou believe in God the Father  
almighty. Creator of heaven and earth?  
R. I do believe.

Dost thou believe in Jesus Christ, his only  
Son, Our Lord, who was born and who  
suffered for us?

R. I do believe.

Dost thou believe in the Holy Ghost, the  
holy Catholic Church, the communion of  
Saints, the forgiveness of sins, the  
resurrection of the body and life  
everlasting?

R. I do believe.

P. N., Wilt thou be baptized, if thou art not  
validly baptized?

R. I will.

## THE RITUAL FOR THE CELEBRATION OF MATRIMONY

The Priest puts on a surplice and white stole (but, if the Nuptial Mass is to follow, he puts on all the vestments except the maniple) and is attended by an acolyte holding a vessel of holy water; then standing and facing the man and woman who are kneeling before the Altar, the Bridegroom at the RIGHT hand of the Bride, he addresses them as follows:

### INSTRUCTION BEFORE MARRIAGE

**M**Y dear friends, you are about to enter upon a union, of which God Himself is the author, and which our Divine Saviour has consecrated in a special manner, giving to it a character of sanctity, which places it among the holiest institutions of religion. He knew full well the dangers by which we are surrounded, and the weakness of our nature, which requires a continual encouragement to the discharge of the duties that have been imposed on us. For this reason, He has annexed to the worthy reception of this Sacrament, peculiar graces which dispose the married couple to respect the sacred engagement which they have formed, and enable them to surmount the various obstacles and difficulties they may meet with in the discharge of the duties of life. The present occasion, then, is one of great interest to you both; nor can you view it in any other light than as a most important era in your lives, and most intimately connected with your temporal and eternal welfare. Alas! it but too often happens that the minister of God extends a trembling hand, in the performance of the nuptial ceremony. The scene, it is true, is one of joyous festivity; but how frequently is the blessing which the Priest imparts rendered null by the invisible maledictions of Him who penetrates the inmost recesses of the heart! how frequently, amid the rejoicings of the world, in the storm of tribulation already gathering over the heads of those who come to this holy alliance with unworthy dispositions! How different, we hope, are your prospects!

We have every reason to believe that your anticipations of happiness in this holy state are founded on a solid basis; that you have duly prepared yourselves for this important event, and that your hearts are such, in the sight of God, as to draw down upon you His special favour and blessing.

With confidence, then, in the promises of our Blessed Saviour who condescended to honour, with His divine presence, the happy nuptials of Cana, invite Him to come and preside on this occasion also; to bless the contract you are about to enter into, and to render it, by His grace, a true emblem of that sacred union which exists between Him and His Church; a union of sentiment and action, founded in virtue and the love of God, a union not only for time, but for eternity.

The Priest then asks in the vernacular, in the hearing of two or three witnesses, the man and the woman separately, as follows, concerning their consent. And first he asks the Bridegroom:

**N.** WILT thou take **N.** here present, for thy lawful wife, according to the rite of our holy Mother the Church?

**R.** I will.

Then the Priest asks the Bride:

**N.** WILT thou take **N.** here present, for thy lawful husband, according to the rite of our holy Mother the Church?

**R.** I will.

The consent of one is not sufficient; it must be expressed in some sensible sign by both. After obtaining their mutual consent, the Priest bids the man and the woman JOIN their RIGHT HANDS.

supplementum ad usum cleri Angliæ

In places where it is the custom, the man and woman pledge themselves to each other as follows, repeating these words after the Priest, the MAN first says:

**I**, N.N., take thee, N.N., for my lawful wife, to have and to hold, from this day forward, for better, for worse, for richer, for poorer, in sickness and in health, until death do us part.

Then WOMAN says after the Priest:

**I**, N.N., take thee, N.N., for my lawful husband, to have and to hold, from this day forward, for better, for worse, for richer, for poorer, in sickness and in health, until death do us part.

The Priest then says:

**E**GO conjúngo vos in matrimonium. In nómine Patris, et Filii, ✕ et Spíritus Sancti. Amen.

**I** JOIN you together in marriage, in the name of the Father, and of the Son, ✕ and of the Holy Ghost. Amen.

He then SPRINKLES THEM with HOLY WATER.

This done the Priest BLESSES the RING saying:

**V.** Adjutórium nostrum in nómine Dómini.

**R.** Qui fecit cælum et terram.

**V.** Dómine, exáudi oratióne meam.

**R.** Et clamor meus ad te véniat.

**V.** Dóminus vobíscum.

**R.** Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Let us pray.

**B**éne ✕ dic, Dómine, ánulum hunc, quem nos in tuo nómine bene ✕ dícimus: ut, quæ eum gestáverit, fidelitat-em íntegram suo sponso tenens, in pace et voluntáte tua permáneat, atque in mútua caritáte semper vivat. Per Christum Dóminum nostrum. **R.** Amen.

**B**LESS ✕, O Lord, this ring, which we bless in Thy Name, that she who is to wear it, keeping true faith unto her husband, may abide in Thy peace and obedience to Thy will, and ever live in mutual love. Through Christ our Lord. **R.** Amen.

Then the Priest SPRINKLES the RING with HOLY WATER; and the BRIDEGROOM having received the ring from the hand of the Priest, PUTS IT on the THIRD FINGER of the LEFT HAND of the Bride, saying:

**W**ITH this ring, I thee wed, and I plight unto thee my troth.

*The Priest then says:*

**I**N nomine Patris, et Filii, ✕ et Spiritus Sancti. Amen.

*This done, the Priest adds:*

**V.** Confírma hoc, Deus, quod operátus es in nobis.

**R.** A templo sancto tuo, quod est in Jerúsalem.

### Modus assistendi in Matrimonii celebratione

Kýrie, éleison.  
Christe, éleison.  
Kýrie, éleison.

Pater noster **secreto**

V. Et ne nos indúcas in tentaiónem.  
R. Sed líbera nos a malo.  
V. Salvos fac servos tuos.  
R. Deus meus, sperántes in te.  
V. Mitte eis, Dómine, auxílum de sancto.  
R. Et de Sion tuére eos.  
V. Esto eis, Dómine, turris fortitúdinis.  
R. A fácie inimíci.  
V. Dómine, exáudi oratióne meam.  
R. Et clamor meus ad te véniat.  
V. Dóminus vobíscum. R. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Let us pray.

**R**éspice, quásumus, Dómine, super hos fámulos tuos: et institútis tuis, quibus propagatióne humáni géreri ordinásti, benígnus assíste; ut qu te auctóre jungúntur, te auxiliánte servéntur. Per Christum Dóminum nostrum.  
R. Amen.

**L**OOK down, we beseech Thee, O Lord, upon these Thy servants, and graciously pro-tect Thy institutions, whereby Thou hast provided for the propagation of mankind; that those who are joined together by Thine authority may be preserved by Thy help. Through Christ our Lord. R. Amen.

*After this the Mass Pro Sponso et Pro Sponsa should be said in the presence of the newly married couple.*

*(They may kneel at the Altar-rail or on kneeling stools within the sanctuary).*

### EXHORTATION AFTER MARRIAGE

**H**AVING been united in the holy bonds of Matrimony, give thanks to the Almighty for the favours which He has bestowed upon you. The graces which you have received have been granted for the purpose of animating you in the discharge of the obligations which the marriage life imposes, and which are beautifully expressed in these words of the Apostle: "Let women be subject to their husbands, as to the Lord; for the husband is the head of the wife, as Christ is the head of the Church... Therefore, as the Church is subject to Christ, so also let wives be to their husbands in all things. Husbands, love your wives, as Christ also loved the Church, and delivered Himself up for it, that He might sanctify it, cleansing it by the laver of water in the word of life... So also ought men to love their wives as their own bodies."

**E**VER mindful of these duties which you owe to each other, and to those with whose welfare you may be especially charged, cherish with solicitude the grace that has this day been conferred upon you; it will direct you in every difficulty; it will comfort you in the hour of trial; it will be a continual source of peace, of joy, of mutual affection on earth, and a pledge of your eternal and perfect union in heaven.

## VISITATION OF THE SICK

### EXHORTATION BEFORE EXTREME UNCTION

Our Lord and Saviour Jesus Christ has been pleased to institute, besides the Holy Communion, another heavenly medicine for the benefit of the sick, which is the Sacrament of Extreme Unction; according to what we read in the Epistle of St. James, where it is said: Is any man sick among you, let him bring in the priests of the Church, and let them pray over him, anointing him with oil in the name of the Lord: and the prayer of faith shall save the sick man; and the Lord shall raise him up, and if he be in sins, they shall be forgiven him (5.14).

—You see here the authority for administering to the sick this holy Unction, from the express word of God. And also the great graces and benefits which God promises to bestow on every one who receives this Sacrament with proper dispositions, namely, that He will save the sick man, will raise him up from his sick bed, if He sees his recovery expedient for the welfare of his soul; and, what is infinitely more desirable than corporal health, will impart to him the forgiveness of his sins. Acknowledge, then, the infinite goodness of your Redeemer, and with the most lively sentiments of gratitude and love, embrace the great grace which is here prepared for you in this heavenly institution: and join your attention and devotion, with the prayer you shall now make to our Lord, for the healing of your soul and body, and to obtain for you the full remission of all your sins. And as the eyes, the ears, and the other organs of sense, are the instruments by which men are led to offend Almighty God, they will on that account be anointed with the holy Oil: whilst we apply this holy Oil to your eyes, your ears, and your other senses, do you, with a contrite and humble heart, implore the mercy of God for the forgiveness of all the sins which through these avenues have made their way into your soul. Pray also for His supporting grace in this your illness, and that you may continue to the end ever faithful to Him .

While the Priest is administering this Sacrament to the sick person, one of the assistants may, before each Unction, read one of the following short prayers, corresponding to the organ of sense that is next to be anointed, that it may be repeated by the sick person:

My eyes have seen vanities, but now let them be shut to the world, and open to Thee alone, my Jesus; and pardon me all the sins I have committed by my seeing.

My ears have been open to detraction, profaneness, and unprofitable discourses: let me now give ear to Thy word, to Thy commands, and to Thy call; and pardon me, O Jesus, all the sins I have committed by my hearing.

I have taken delight in the perfumes of this world, which are nothing but corruptions: now let my heart and prayers ascend like incense in Thy sight, and pardon me, O Lord, all the sins I have committed by my sense of smell.

My tongue has many ways offended, both in speaking and tasting; now let its whole business be to cry for mercy: pardon me, dear Jesus, all the sins I have committed by words, or by any excess in eating and drinking.

My hands have offended in contributing to many follies injurious to myself and to my neighbor; now let them be lifted up to Heaven in testimony of a penitent heart; and pardon me, O Lord, all the sins I have committed by the ill use of my hands.

My feet have gone astray in the paths of vanity and sin: now let me walk in the way of Thy commandments; and forgive me, O Lord, all the sins I have committed by my disordered steps.

**EXHORTATION AFTER EXTREME UNCTION**

Return thanks now to your loving Saviour with your whole heart, for having favored you with all these helps in your sickness- Reflect how many are carried off by sudden death, or otherwise die without the holy Sacraments, or any of the extraordinary graces which God has afforded you! Beg of Him that this holy Unction may produce in you all the happy fruits for which it was instituted by the goodness of your Saviour, by healing your soul of all its weaknesses and spiritual maladies: by fortifying you against all the temptations of the enemy: by supporting and comforting you under all your pains and anguish: by preparing and disposing you for whatever may be the holy will of God in your regard: and, if He sees it expedient for you, by restoring you to your bodily health and strength. In the meantime, keep yourself, as much as you can, in the company of your Saviour Jesus Christ: but let it be with the dispositions of a true penitent, often bewailing your sins at His feet, and calling upon Him for mercy. Hide yourself in His Wounds and bathe yourself in His Precious Blood. A truly penitent spirit will be your best security both in life and death. But then, let this be joined with a great confidence in the mercy of God, and in the merits of Jesus Christ who died for you. Keep your eyes fixed upon Him: contemplate the infinite and eternal happiness He has prepared for you in His heavenly kingdom: relinquish from this moment all worldly concerns, and all desires of remaining any longer in this place of banishment: and frequently say with St. Paul: *I desire to be dissolved and to be with Christ*: resign yourself entirely into His hands: let the consideration of the holy will of God, the glory He has prepared for you, and the sufferings your Saviour endured for your sake, animate you to bear with patience all your sufferings. Offer up all your pains and troubles to Him: accept them as a penance justly inflicted on you for your sins: and pray that they may be sanctified and accepted through Him. Beg also the intercession of the Blessed Virgin, and of all the glorious Angels and Saints of God, that you may be helped by their prayers both in life and death.

**QUESTIONS PROPER TO BE ASKED OF THE SICK, TO EXCITE  
THEM TO MAKE ACTS OF THE NECESSARY VIRTUES**

Do you firmly believe all the Articles of Faith which the Holy, Catholic, Apostolic, Roman Church believes and teaches? Rx. I do believe them.

Do you firmly hope that God will be merciful to you: and that through the merits of Jesus Christ you will obtain from Him the forgiveness of your sins, and life everlasting? Rx. I do.

Do you love God with your whole heart? And do you desire to love Him as the blessed do in heaven? Rx. I do.

Are you, for the love of God, sorry from your heart, for every offense you have committed against Him, and against your neighbor? Rx. I am.

Do you, for God's sake, forgive from your heart every one who has ever offended you, or been your enemy? Rx. I do.

Do you now, from your heart, ask pardon of everyone whom you have offended by word or deed? Rx. I do.

Do you receive your present and future sufferings as penance justly inflicted on you by Almighty God; and will you endeavor to bear them with the patience becoming a Christian? Rx. I do so receive them: and will endeavor to bear them with patience and resignation to the holy will of God.

supplementum ad usum cleri Angliæ

If it shall please God to restore you again to your bodily health and strength, will you, during the remainder of your life, carefully endeavor to avoid sin, and to keep all His divine commandments? **R.** This is my determined resolution.

Short Acts of the most necessary Virtues should be suggested to the Sick, leisurely and distinctly, more especially when they are drawing near to their end, and cannot bear longer prayers.

It may likewise be proper, from time to time, to repeat leisurely to the sick person the Apostles' Creed and the Lord's Prayer; as also to set before him the image or picture of Christ crucified, and to present it to him to kiss.

**BEFORE GIVING THE LAST BLESSING**

You have, dear Brother, (or dear Child), by the goodness of God, already received all the Holy Sacraments, ordained to strengthen your soul with the grace of God in your illness, and to arm you for your last conflict in your journey to eternity. However, that nothing may be wanting that can be serviceable to your soul, I will now impart to you, by virtue of the faculty I have received from the Holy See, the Apostolic Blessing of his Holiness, together with a plenary indulgence, for the full discharge of whatever temporal punishment may remain due from you, that might otherwise retard your entrance into heaven. Our Lord Jesus Christ gave to Saint Peter the keys of the kingdom of heaven (Matt. 16), and told him that whatsoever he should bind on earth should be bound in heaven; and whatsoever he should loose on earth should be loosed in heaven.

By this power, derived from Saint Peter to his Successors, and which has by them been communicated to me, I will now proceed to grant you this indulgence.

But you, also, on your part, must endeavor to concur, and by a hearty act of contrition, renounce and detest, both in effect and affection, all your sins, both known and unknown, mortal and venial: and accept with patience and resignation what you may have yet to suffer: offer up all your pains, and your death, in union with the sufferings and death of your Redeemer, in satisfaction for your sins.

Wherefore now raise your heart to heaven by a lively faith in your Saviour Jesus Christ who died for you, and with an entire confidence in His mercy and goodness, offer your whole soul to Him, to love Him for all eternity: beg His pardon from the bottom of your heart, for all your sins: accept the penance of death, as due to them: and trust in His divine mercy that He will now release you from all your sins, and the punishment due to them, and that, at the hour of your death, He receive you into the mansions of eternal bliss. Amen.

# RECOMMENDATION OF A SOUL DEPARTING

The Priest vested in surplice and violet stole, enters the room of the dying person , and says:

**P**eace be unto this house.

**R.** And unto all who dwell therein.

He then sprinkles the dying person, the bed, and the bystanders, with holy water in the form of a Cross, saying the *Aspérges*. He next presents a CRUCIFIX to the dying person to be kissed, and exhorts him to look forward with hope to the attainment of eternal life, placing the Crucifix before his eyes to encourage him to have confidence in his eternal salvation. The Priest then lights a candle, and, kneeling, with the bystanders devoutly recites the LITANY OF THE DYING, as follows:

**L**ORD, have mercy.

Christ, Have mercy.

Lord, have mercy.

Holy Mary, pray for him/ her\*

All ye holy angels and Archangels,

Holy Abel,

All ye choirs of the just,

Holy Abraham,

## St. John the Baptist,

St Joseph,

## All ye holy Patriarchs and Prophets,

St. Peter.

St. Paul.

St. Andrew,

St. John

All ye holy Apostles and Evangelists.

## All ye holy Disciples of the Lord

All ye holy Innocents.

## St. Stephen.

St. Lawrence

All you holy Martyrs

St Sylvester

St. Gregory

## St. Augustine

---

\* After each invocation: pray for him/her

### Commendatio animæ

All ye holy bishops and confessors,  
St. Benedict,  
St. Francis,  
St. Camillus,  
St. John of God.  
All ye holy monks and hermits,  
St. Mary Magdalen,  
St. Lucy,  
All ye holy virgins and widows,  
All ye holy saints of God, Intercede for him/her.  
Be merciful, spare him/her O Lord!  
Be merciful, deliver him/her O Lord!  
Be merciful,<sup>\*\*</sup>  
From Thy anger,  
From death's dangers,  
From an unholy death,  
From the punishments of hell,  
From every evil,  
From the power of the devil,  
Through Thy birth,  
Through Thy cross and passion,  
Through Thy death and burial,  
Through Thy glorious resurrection,  
Through Thy wonderful ascension,  
Through the grace of the Holy Ghost, the Comforter,  
In the day of judgment,  
We who are sinners, we implore Thee, hear us.  
That Thou spare him/her, we beseech Thee, hear us  
Lord, have mercy on us.  
Christ, have mercy on us.  
Lord, have mercy on us.

---

\*\* AFTER EACH INVOCATION: Deliver him/ her O Lord.

When the last agony begins, the following prayers are said:

Let us pray.

**D**EPART, O Christian soul, out of this sinful world, in the name of God the Father Almighty, Who created thee; in the name of Jesus Christ, the Son of the living God, who suffered and died for thee; in the name of the Holy Ghost, Who sanctified thee; in the name of the glorious and blessed Virgin Mary, Mother of God; in the name of blessed Joseph, the illustrious Spouse of the same Virgin; in the name of the Angels, Archangels, Thrones, Dominations, Cherubim, and Seraphim; in the name of the Patriarchs and Prophets, of the holy Apostles and Evangelists, of the holy Martyrs and Confessors; of the holy Monks and Hermits, of the holy Virgins and of all the Saints of God; let peace come to thee this day, and let thy abode be in holy Sion: Through the same Christ our Lord. Rx. Amen.

**O** GOOD and merciful God! who, according to Thy mercy and loving kindness, forgivest the sins of such as repent, and graciously remittest the guilt of their past offenses, mercifully regard this Thy servant, N., and grant him [her] full remission of his [her] sins, who most earnestly begs it of Thee.

Renew, O most loving Father! whatsoever hast been corrupted in him [her] through the frailty of human nature, or violated through the deceits of the devil; make him [her] a true member of the Church, and let him [her] partake of the fruit of Thy redemption.

Have compassion, O Lord! on his [her] tears, and admit him [her], who hath no hope but in Thee, to the Sacrament of Thy reconciliation: Through Christ our Lord. Rx. Amen.

**I** RECOMMEND thee, dear brother [sister], to Almighty God, and commit thee to His mercy, whose creature thou art; that having paid the common debt of nature by giving up thy soul, thou mayest return to thy Maker, who formed thee out of the earth. May, therefore, the noble company of Angels meet thy soul at its departure; may the court of the Apostles receive thee; may the triumphant army of glorious Martyrs conduct thee; may the crowd of joyful Confessors surround thee; may the choir of blessed Virgins go before thee; and may a happy rest be thy portion in the company of the Patriarchs; may St. Joseph, the sweet Patron of the dying, inspire thee with great confidence; may the blessed Virgin Mary, the holy Mother of God, turn her eyes in gentle mercy upon thee, and may Jesus Christ appear to thee with a mild and cheerful countenance, and give thee a place among those who are to be in His presence forever. Mayest thou be a stranger to all who are condemned to darkness, chastised with flames and punished with torments. May God command thy wicked enemy, with all his evil spirits, to depart from thee.

At thy reproach, encircled by Angels, may the infernal spirits tremble and retire into the horrid confusion of eternal night. May God arise, and put His enemies to flight.

May all who hate Him fly before His face; let them vanish like smoke; or as wax before the fire, so let sinners perish in the sight of God. But as to the just, let them rejoice and be happy in His presence. May all the sermons of hell be filled with confusion and shame, and let no evil spirit dare to stop course to heaven. May Christ Jesus, who was crucified for thee, deliver thee from torments; may He deliver thee from eternal death, who for thy sake vouchsafed to die. May Christ Jesus, Son of the living God, place thee in the ever-blooming garden of His Paradise; and may He, the true

### Commendatio animæ

Shepherd, own thee for one of His flock . May He wash away all thy sins, and place thee at His right hand, in the company of His elect. Oh! may it be thy happiness to behold thy Redeemer face to face; to be ever in His presence, in the blessed vision of that Eternal Truth which is the joy of the elect. And thus placed among those happy spirits, mayest thou be forever filled with heavenly delights. **R.** Amen.

Receive Thy servant, O Lord, into the place of salvation which he [she] hopes to attain through Thy mercy. **R.** Amen.

Deliver, O Lord, the soul of Thy servant from all the pains of hell, and from all trials and tribulations. **R.** Amen.

Deliver, O Lord, the soul of Thy servant, as Thou didst deliver Enoch and Elias from the common death of the world.

**R.** Amen.

Deliver, O Lord. the soul of Thy servant, as Thou didst deliver Noe in the flood. **R.** Amen.

Deliver, O Lord, the soul of Thy servant, as Thou didst deliver Abraham from the midst of the Chaldeans. **R.** Amen.

Deliver, O Lord, the soul of Thy servant, as Thou didst deliver Job from his afflictions. **R.** Amen.

Deliver, O Lord, the soul of Thy servant, as Thou didst deliver Isaac from sacrificing hand hand of his father. **R.** Amen.

Deliver, O Lord, the soul of Thy servant, as thou didst deliver Lot from Sodom and the flames of fire. **R.** Amen.

Deliver, O Lord, the soul of Thy servant, as Thou didst deliver Moses from the power Pharaoh, king of Egypt. **R.** Amen.

Deliver, O Lord, the soul of Thy servant, as Thou didst deliver Daniel from the lions den. **R.** Amen.

Deliver, O Lord, the soul of Thy servant, as Thou didst deliver the three children from the firey furnace and from the power of a unmerciful king. **R.** Amen.

Deliver, O Lord, the soul of Thy servant, as Thou didst deliver Susanna from her false accusers. **R.** Amen.

Deliver, O Lord, the soul of Thy servant, as Thou didst deliver David from the hands of Saul and Goliath. **R.** Amen.

Deliver, O Lord, the soul of Thy servant, as Thou didst deliver Peter and Paul out of prison. **R.** Amen.

And as Thou didst deliver that blessed Virgin and Martyr Thecla, from most cruel torments, so vouchsafe to deliver the soul of this Thy servant, and bring it to the enjoyment of Thy heavenly bliss. **R.** Amen.

**W**e commend to Thee, O Lord! the soul of this Thy servant **N.**, and beseech Thee, O Jesus Christ, Redeemer of the world, that, as in Thy love for him [her] Thou becamest man, so now Thou wouldst vouchsafe to admit him [her] into the number of the blessed. Remember, O Lord, that he [she] is Thy creature, not made by strange gods, but by Thee, the only true and living God; for

there is no other true God but Thee, and none can work Thy wonders. Let his [her] soul find consolation in Thy sight, and remember not his [her] sins, nor any of those excesses which he [she] has fallen into, through the violence of passion and corruption. For although he [she] has sinned, yet he [she] still retains a true faith in Thee, Father, Son, and Holy Ghost; he [she] has had a zeal for Thy honor, and faithfully adored Thee, his [her] God, and the Creator of all things.

**R**EMEMBER not, O Lord! the sins and ignorances of his (her) youth; but according to Thy tender mercy, be mindful of him (her) in the eternal glory. Open the heavens to him [her], and let the Angels rejoice with him [her]. Into Thy kingdom, O Lord, receive Thy servant. May St. Michael the Archangel, the chief of the heavenly host, conduct him [her]; let the holy angels come out to meet him [her], and carry him [her] to the city of the heavenly Jerusalem; may blessed Peter, the Apostle, to whom were given the keys of the kingdom of heaven, receive him [her]; may holy Paul, the Apostle, and chosen vessel of election, assist him [her]; may St. John, the beloved Disciple, to whom the secrets of heaven were revealed, intercede for him [her]; may all the holy Apostles, to whom was given the power of binding and loosing, pray for him [her]; may all the Saints and Elect of God, who on earth, suffered torments for the sake of Christ, intercede for him [her]; so that, being freed from the prison of his [her] body, he [she] may be admitted into the kingdom of heaven: through the merits of our Lord Jesus Christ, who liveth and reigneth with the Father and the Holy Ghost, world without end. **R**. Amen.

**M**AY the most clement Virgin Mary, Mother of God, the most loving consoler of the afflicted, commend to her Son, the soul of this servant, **N.**, so that through her maternal intercession he [she] may not fear the terrors of death, but in her company may joyfully enter the desired heavenly home . **R**. Amen.

**I**HAVE recourse to thee, St. Joseph, Patron of the dying, who departed this life under the watchful care of Jesus and Mary, and by these dear pledges I earnestly commend to Thee the soul of this servant, **N.**, in his [her] last agony, that, through thy protection, he [she] may be delivered from the snares of the devil and eternal death, and may deserve to attain to everlasting happiness, through the same Christ our Lord. **R**. Amen.

If the sick person continues in distress of agony, it is proper for the assistants to continue in prayer, repeating the preceeding prayers, or saying the Gospel according to St. John (ch. xvii, 1-26; ch. xviii and ch. xix), or Psalms 117 and 118 v. 1-32.

## JUSJURANDUM

(Ex Motu Proprio Sacrorum Antistitium 1 Sept. 1910)

**E**go N... firmiter ampléctor ac recipio ómnia et singula, quae ab inerrante Ecclésiæ magistério definita, adsérta ac declarata sunt, præsértim ea doctrinæ capita, quae hujus temporis erróribus dirécto adversántur. Ac primum quidem Deum, rerum ómnium principiū et finem, naturáli ratiónis lúmine per ea quae facta sunt, hoc est per *visibilia* creationis ópera, tamquam causam per effectus, certo cognosci, adeoque demonstrári étiam posse, profiteor. **Secundo:** extérrna revelatiónis arguménta, hoc est facta divína, in primisque mirácula et prophetias admítto et agnósco tamquam signa certissima divinitus ortæ Christiánæ Religiónis, eadémque téneo aetátum ómnium atque hóminum, étiam hujus temporis intelligéntiæ esse máxime accommodáta. **Tértio:** firma páriter fide credo, Ecclésiam, verbi revelati custódem et magistrum, per ipsum verum atque históricum Christum, quum apud nos degéret, próximé ac dirécto institútum, eamdemque Super Petrum, apostólicæ hierarciæ príncipem ejúsque in ævum successóres ædificátam. **Quarto:** Fidei doctrinam ab Apóstolis per orthodóxos Patres eódem sensu eadémque semper senténtia ad nos usque transmíssam, sincére recipio: ideoque prorsus rejicio hæréticū commentum evolutiōnis dógmatum, ab uno in alium sensum transeuntium, divérsum ab eo, quem prius hábuit Ecclésia; paritérque damno errórem omnem, quo, divino depósito, Christi Sponsæ trádito ab Eaque fidéliter custodiéndo, sufficitur philosóphicum invéntum, vel creatió humánæ consciéntiæ, hóminum conatū sensim efformatæ et in póstero indefinito progrésso perficiéndæ. **Quinto:** certissime téneo ac sincére profiteor, Fidem non esse cæcum sensum religiónis a látebris *subconsciéntiæ* erumpéntem, sub pressiōne cordis et inflexiōnis voluntatis moráliter informatæ, sed verum assénum intelléctus veritati extrínsecus acceptæ ex auditu, quo nempe, quae a Deo personáli, creatore ac domino nostro dicta, testata et revelata sunt, vera esse crédimus, propter Dei auctoritatē summe verácis.

Me étiam, qua par est, reveréntia, subjicio totóque ánimo adhæreo damnatiōibus, declaratiōibus, præscriptis ómnibus, quae in Encyclicalis littoris « *Pascéndi* » et in Decréto « *Lamentabilii* » continéntur, præsértim circa eam quam históriam dógmatum vocant—

Idem réprobo errórem affirmántium, propósitam ab Ecclésia fidem posse históriæ repugnare, et cathólica dógma, quo sensu nunc intelliguntur, cum veriōribus Christiánæ religiónis originibus cōponi non posse—Damno quoque ac rejicio eorum senténtiam, qui dicunt, christiánū hóminem eruditórem indúere personam dúplicem, áliam credéntis, áliam histórici, quasi licéret histórico ea retinére quae credéntis fidei contradicant, aut præmissas adstrúere ex quibus consequátur dógma esse aut falsa aut dúbia, modo hæc dirécto non denegéntur. — Réprobo páriter eam Scriptúrae Sanctæ dijudicandæ atque interpretandæ rationem, quae, Ecclésiæ traditione, analógia Fidei, et Apostólicæ Sedis normis posthábitis, *rationalistárum* commentis inhæret et críticem textus velut únicam supremamque régulam, haud minus licénter quam témere ampléctitur. — Senténtiam præterea illórum rejicio qui tenent, doctóri disciplinæ históricæ theológiæ tradénæ, aut iis de rebus scribenti seponéndam prius esse opiniónem ante concéptam sive de supernaturáli origine cathólica traditionis, sive de promissa divinitus ope ad perennem conservatiōnem uniuscujusque revelati veri; deinde scripta Patrum singulórum interpretanda solis sciéntiæ principis, sacra quálibet auctoritaté seclusa, eaque judicii libertate, qua profána quævis monuménta solent investigari— In univérsum déniique me alienissimum ab errore profiteor, quo *modernistæ* tenent in sacra traditione nihil inésser divini; aut, quod longe detérius, pantheístico sensu illud admittunt; ita ut nihil jam restet nisi nudum factum et simplex, commúnibus históriæ factis aequandum, hóminum nempe sua indústria, solertia, ingénio, scholam a Christo ejúsque apóstolis inchoátam per subsequentes aetates continuántum. Proinde fidem Patrum firmissime retineo et ad extrénum vitæ spíritum retinébo, de charismate veritatis certo, quod est, fuit eritque semper in *episcopálus ab Apóstolis successione*; non ut id teneátur quod mélius et áptius vidéri possit secundum suam cujusque aetatis cultúram, sed ut *numquam áliter credátur, numquam áliter* intelligátur absoluta et immutabilis véritas ab initio per Apóstolos prædicata.

Hæc ómnia spóndeo me fidéliter, íntegre sinceréque servatúrum et inviolabíliter custoditúrum, nusquam ab iis sive in docéndo sive quomodolibet verbis scriptisque deflectendo, Sic spóndeo, sic juro, sic me Deus adjuvet, et hæc sancta Dei Evangélia.

IF YOU PURCHASED THIS SPECIALLY  
FORMATTED ELECTRONIC EDITION OF  
*Rituale Romanum*  
FROM EBAY OR FROM ANOTHER SITE  
YOU COULD HAVE OBTAINED IT FOR FREE  
and FROM ITS ORIGINAL COMPOSITER  
AT:

**Laudate Dominum  
Traditional Rites and Prayers  
of  
Holy Mother Church**

<http://laudatedominum.net/index.html>

THIS SPECIALLY FORMATTED ELECTRONIC EDITION OF *Rituale Romanum* IS COPYRIGHT OF **Laudate Dominum**. IF YOU DOWNLOADED THIS FILE FROM ANY OTHER SITE THAN **Laudate Dominum**, THEN THE OWNER OF THAT SITE IS A **THIEF** AND A **HYPOCRITE**, BE **THEY RELIGIOUS OR LAYPERSON**, AS THEY DO **NOT** HAVE PERMISSION TO USE IT ON THEIR SITE.

IF YOU WANT THIS TYPE OF FILE ON YOUR SITE, THEN TAKE THE TIME AND TROUBLE TO TYPE OUT AND FORMAT YOUR OWN!!

**“Thou shalt not steal.”**